L. APVLEII MA-DAVRENSIS

Operum

PARS SECVNDA,

qua continentur

BASILEÆ.

L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI Platonici

FLORIDORVM LIBER PRIMVS.



VT fermè religiosis viantium moris est, cùm aliquis lucus, aut aliquis locus sanctus in via oblatus est, votum postulare, a portum apponere, paulisper assidere: ita mihi, ingresso sanctissimam istam ciuitatem, quanquam oppidò festinè, præfanda venia, & habenda oratio, & inhibenda properatio est. Neque enim iustiùs religiosam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus. Parua hæc quippe, & quanquam paucis percontantibus adorata, tamen ignorantibus transcursa. At non itidem maior meus Socrates. Qui cùm decorum adolescentem, & diutulè tacentem conspicatus foret: Vt te videam (inquit) aliquid eloquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. Etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis

a pomum

Socratis dictum.

tis acie & animi obtutu considerandos. Nec ista re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait: *Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem.* Immò enimuerò hunc versum ille ad examinandos homines conuerterat: *Pluris est auritus testis vnus, quàm oculati decem.* Cæterùm si magis pollerent oculorum quàm animi iudicia, profectò de sapientia foret aquilæ concedendum. Homines enim neque longulè dissita, neque proximè adsita possumus cernere: verùm omnes quodammodo *a* cæcutimus, ac, si ad oculos & obtutum istum terrenum redigas, & hebetem; profectò verissimè poëta egregius dixit, velut nebulam nobis ob oculos *b* offusam, non cernere nos, nisi intra lapidis iactum valere. Aquila enimuerò cùm se nubium tenus altissimè sublimauit, euecta alis, totum istud spacium qua pluitur & ningitur, vltra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso (vt ita dixerim) solo ætheris & fastigio hyemis: cùm igitur eò sese aquila extulit, nutu elementi læuorsum vel dextrorsum tanta mole corporis labitur, velificatas alas quò libuit aduertens, modico caudæ gubernaculo, inde cuncta despiciens, ibidem *c* pennarum eminus indefessa remigia, ac paulisper contabundo volatu penè eodem loco pendula circumtuetur: & quærit quorsus potissimùm in prædam supernè sese ruat, fulminis vice: de cœlo improuisa simul campis pecua, simul montibus feras, simul homines vrbibus, vno obtutu sub eo-

a cæci sumus.

b effusam nec *Aquilæ perspicitas.*

c pinnarũ

ſub eodem impetu cernens, vnde roſtro transfodiat, vnde vnguibus inuncet, vel agnum incurioſum, vel leporem meticuloſum, vel quodcunque eſui animatum vel *a* laniatum fors obtulit. Hiagnis fuit (vt fando accepimus) Marſiæ tibicinis pater & magiſter, rudibus adhuc Muſicæ ſeculis, *b* ſolitus ante alios cantus canere. Nondum quidem tam *c* infeſſa anima ſono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia: quippe ad huc ars iſta repertu nouo commodùm oriebatur, nec quicquam omnium eſt, quod poſsit in primordio ſui perfici: ſed in omnibus fermè antè eſt ſpei rudimentum, quàm rei experimentum. Prorſus igitur ante Hiagnim nihil aliud plerique callebant, quàm Virgilianus opilio ſeu bubſequa:

a lanatū. *al.* inanimatū fors

Hiagnis muſicus.

b ſolus

c indefeſſa: *al.* infixa.

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

Quòd ſi quis videbatur paulò largiùs in arte promouiſſe, ei quoque tamen mos fuit vna tibia, velut vna tuba perſonare. Primus Hiagnis in canendo manus diſcapedinauit: primus duas tibias vno ſpiritu animauit, primus læuis & dextris foraminibus, acuto tinnitu & graui bombo concentum muſicum miſcuit. Eo genitus Marſias, cùm in artificio patriſſaret tibicinij, Phryx cæterà, & barbarus, vultu ferino trux, hiſpidus, multibarbus, ſpinis & pilis obſitus; fertur (proh nefas) cum Apolline certauiſſe, *d* turpis cum decoro, agreſtis cum erudito, belua cum Deo, Muſæ cum Minerua, diſsimulamenti gratia

Marſias.

d Therſites cum

iudices astitêre, ad deridendam scilicet monstri illius *a* barbariam, nec minus ad stoliditatem puniendam. Sed Marsias, quod stulticiæ maximum specimen est, non intelligens se deridiculo haberi, priusquam tibias occiperet inflare, prius de se & Apolline quædam deliramenta barbarè effutiuit: laudans sese, quòd erat & coma relicinus, & barba squalidus, & pectore hirsutus, & arte tibicen, & fortunæ egenus, contrà Apollinem (ridiculum dictu) aduersis virtutibus culpabat: quòd Apollo esset & coma intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus, & arte multiscius, & fortuna opulentus. Iam primùm, inquit, crines eius præmulsis antijs, promulsis capronels anteuentuli & propenduli: corpus totum gratissimum, membra nitida, lingua fatidica, seu tute oratione seu versibus malis vtrobique facundia æquiparari. Quid? quòd & vestis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians? Quid? quod & lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat? Quid? quòd & doctissimè & gratissimè cantillat? Hæc omnia, inquit, blandimenta nequaquam virtuti decôra, sed luxuriæ accommodata, circa corporis sui qualitatem præ se maximam speciem ostentare. Risêre Musæ, cùm audirent hoc genus crimina sapienti exoptanda, Apollini obiectata: & tibicinem illum certamine superatum, velut vrsum bipedem, corio execto, nudis & laceris visceribus reliquerunt. Ita Marsias in pœnam cecinit, & ceci-

a barbariem.

Apollo.

& cecidit. Enimuerò Apollinem tam humilis victoriæ puditum est. Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Is igitur cùm esset in tibicinio apprimè nobilis, nihil æquè se laborare, & animo angi & mente dicebat, quàm quòd monumentarij *a* choraulæ, tibicines dicerentur. Sed ferret æquo animo hanc nominum communionem, si mimos spectauisset. Animaduerteret illic penè simili purpura alios præsidere, alios vapulare. Itidem si munera nostra spectaret. nam illic quoque videret hominem præsidere, hominem depugnare, togam quoque parari & voto & funeri. item pallio cadauera operiri, & Philosophos amiciri. Bono enim studio in theatrum conuenistis, vt qui sciatis, non locum authoritatem derogare orationi: sed cum primis hoc spectandum esse, quid in theatro deprehendas. Nam si mimus est, riseris: si funerepus, timueris. Si comœdia est, faueris: si Philosophus, didiceris. Indi, gens populosa cultoribus, & finibus maxima, procul à nobis ad Orientem siti, prope Oceani reflexus, & Solis exortus primus sideribus, vltimis terris super Ægyptios eruditos, & Iudæos superstitiosos, & Nabathæos mercatores], & fluxos vestium Arsacidas, & frugum pauperes *b* Scythicos, & odorum diuites Arabas,

Antigenidas tibicen.

a ceraulæ,

Indi.

b Ityræos,

Eorum igitur Indorum non æquè miror eboris ſtrues, & piperis meſſes, & cinnami merces, & ferri temperacula, & argẽti metalla, & auri fluenta: nec, quòd Ganges apud eos vnus omnium amnium maximus:

Ganges fl.

Eois regnator aquis in flumina centum
Diſcurrit, centum valles illi, oraq; centum,
Oceaniq; fretis centeno iungitur amni.

Nec, quòd iiſdem Indis ibidem ſitis ad naſcentem diem, tamen in corpore color noctis eſt. Nec quòd apud illos immenſi dracones cum immanibus elephantis, pari periculo in mutuam perniciem concertant. Quippe lubrico volumine indepti reuinciunt, & illis expedire greſſum nequientibus, vel omnino abrumpere tenaciſsimorum ſerpentium ſquamas pedicas, neceſſe ſit vltionem à ruina molis ſuæ petere, ac retentores ſuos toto corpore oblidere. Sunt apud illos & varia colentium genera: *a* libentius ego de miraculis hominum, quàm naturæ diſſeruerim. Eſt apud illos gens, quæ nihil amplius quàm bubulcitare nouêre: idque ad cognomen illis Bubulcis inditum. Sunt & mutandis mercibus, callidi, & obeundis prælijs ſtrenui, vel ſagittis eminus, vel enſibus cominus. Eſt præterea *b* genus apud illos præſtabile, Gymnoſophiſtæ vocantur. Hos ego maximè admiror: quòd homines ſunt periti, non propagandæ vitis, nec inoculandæ arboris, nec proſcindendi ſoli. Non illi norunt aruum colere, vel aurum colare, vel equum domare, vel

Draconum cum elephãtis congreſſus.

a genera: Libentiùs

b gẽs apud illos præſtabilis:

Gymnoſophiſtarum diſciplina.

vel taurum ſubigere, vel ouem vel capram tondere vel paſcere. Quid igitur eſt? Vnum pro his omnibus norunt: ſapientiam percolunt, tam magiſtri ſenes quàm diſcipuli iuniores. Nec quicquam *a* æquè penes illos, quàm quòd torporem animi & ocium oderunt. Igitur vbi menſa poſita, priuſquam edulia apponantur, omnes adoleſcentes ex diuerſis locis & officijs ad dapem conueniunt. Magiſtri perrogant, quod factum à lucis ortu ad illud diei bonum fecerit. Hic alius ſe commemorat inter duos arbitrum delectum, ſanata ſimultate, reconciliata gratia, purgata ſuſpicione, amicos ex infenſis reddidiſſe: *b* itidem alius, ſeſe parentibus quidpiam imperantibus obediſſe: & alius, aliquid meditatione ſua reperiſſe, vel alterius demonſtratione didiciſſe. Denique & cæteri commemorant. Qui nihil habet adferre cur prandeat, impranſus ad opus foras extruditur. Alexandro illi, longè *c* omnium excellentiſsimo regi, cui ex rebus actis & auctis cognomentum *d* Magni inditum eſt, ne *e* vir vnicam gloriam adeptus ſine laude vnquam nominaretur. Nam ſolus à condito æuo, quantum hominum memoria extat, in exuperabili imperio orbis auctus, fortuna ſua maior fuit: ſucceſſusque eius ampliſsimos & prouocauit vt ſtrenuus, & æquiparauit vt meritus; & ſuperauit vt melior, ſolusque ſine æmulo clarus, adeò vt nemo eius audeat vel ſperare virtutem, vel optare fortunam. Eius

a apud illos æquè laudo, quàm

b inde

Alexander Magnus.

c olim

d Magno

e niſi

igitur Alexandri multa sublimia facinora, & præclara edita fatigaberis admirando, vel belli ausa, vel domi prouisa: quæ omnia aggressus est meus Clemens, eruditissimus & suauissimus poëtarum, pulcherrimo carmine illustrare. Sed *a* in primis Alexandri illud præclarum, quòd imaginem suam, quò certior posteris proderetur, noluit à multis artificibus vulgò contaminari: sed edixit vniuerso orbi suo, ne quis effigiem regis temerè assimularet ære, colore, cælamine: quin ipse solus eam Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus deliniaret, solus Pyrgoteles cælamine *b* excluderet. Præter hos treis multò nobilissimos in suis artificijs, si quis vspiam reperiretur alius sanctissimi imagini regis manus admolitus, haud secus in eum quàm in sacrilegum vindicaturus. Eo igitur omnium metu factum, solus Alexander vt vbique imaginum summus esset: vtique omnibus statuis, & tabulis & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Quod vtinam pari exemplo Philosophiæ edictum valeret, ne *c* quis imaginem eius temerè assimilaret, vti pauci boni artifices, ijdem probè eruditi, omnifariam sapientiæ studium *d* contemplarentur: neu rudes, sordidi, imperiti, pallio tenus Philosophos imitarentur, & disciplinam regalem tam ad bene dicendum quàm ad bene viuendum repertam,

a cum

b excuderet.

c qui

d cōtemplarent:

repertam, male dicendo, & similiter viuendo contaminarent. Quod vtrumque scilicet perfacile est. Quæ enim facilior res, quàm linguæ rabies, & vilitas morum: aliter ex aliorum contemptu, alter ex sui? Nam viliter semetipsum colere, sui contemptus est: barbarè alios insectari, audientium contumelia est. An non summam contumeliam vobis imponit, qui vos arbitratur maledictis optimi cuiusque gaudere, qui vos existimat mala & vitiosa verba non intelligere: aut si intelligatis, boni consulere? Quis ex rupisconibus, baiulis, tabernarijs tam infans est, vt si pallium accipere velit, disertis maledicat? Hic enim plus tibi debet, quàm dignitati: quanquam nec hæc illi sit cum alijs promiscua. nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci nobiles genere, & ex his consularibus pauci boni, & adhuc ex bonis pauci eruditi. Sed vt loquar de solo honore, non licet insignia eius vestitu vel calciatu temerè vsurpare. Si quis fortè in hoc pulcherrimo cœtu, & illis inuisoribus meis, malignus sedet: quoniam in magna ciuitate hoc quoque genus inuenitur, qui meliores obtrectare malint, quàm imitari: & quorum similitudinem desperent, eorundem affectent simultatem: *a* scilicet vt qui suo nomine obscuri sunt, meo innotescant. Si qui igitur ex illis libitinis splendidissimo huic auditorio velut quædam macula sese immiscuit, velim paulisper suos oculos per hunc incredibilem con-

a scilicet, vti qui

confessum circumferat, contemplatusque frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio Philosophi nunquam *a* vsitata est, reputet cum animo suo, quantum periculum conseruandæ existimationis hic adeat, qui contemni non consueuit: cùm sit arduum & oppidò difficile, vel modicæ paucorum expectationi satisfacere: præsertim mihi, cui & antè parta existimatio, & vestra de me benigna præsumptio, nihil non quicquam sinit *b* diligenter ac de summo pectore hiscere. Quis enim vestrûm vnum mihi solœcismum ignouerit? Quis vel vnam syllabam barbarè pronunciatam donauerit? Quis incondita & vitiosa verba temerè, quasi delirantibus oborientia, permiserit blaterare? Quæ tamen alijs facilè, & sanè meritißimò ignoscitis. Meum verò vnumquodque dictum acriter examinatis, sedulò pensiculatis, ad limam & lineam certam redigitis, cum torno & cothurno iterum comparatis: tantum habet *c* vtilitas excusationis, quantum dignitas difficultatis. Agnosco igitur difficultatem meam, nec deprecor quin sic existimetis: nec tamen vos parua quædam & praua similitudo falsos animi habeat. Quoniam quædam (vt sæpe dixi) palliata mendicabula obambulant: præco cum proconsule, & ipse tribunal ascendit, & ipse togatus illic videtur, & quidem perdiu stat, aut ambulat, aut plerunque contentißimè clamitat. Enimuerò ipse proconsul moderata voce rarenter & sedens lo-

a visitata

b negligenter

c vilitas

dens loquitur, & plerunque de tabella legit. Quippe præconis vox garrula ministerium est, proconsulis autem tabella sententia est: quæ semel lecta, neque augeri litera vna, neque autem minui potest: sed vtcunque recitata est, ita prouinciæ instrumento refertur. Patior & ipse in meis studijs aliquam pro meo captu similitudinem. Nam quodcunque protuli ad vos, excerptum illicò & lectum est: nec reuocare illud, nec antè mutare, nec emendare mihi inde quicquam licet, quò maior religio dicendi habenda est. Et quidem non in vno genere studiorum, plura enim mea extant in Camœnis, quàm Hippiæ in opificijs operibus. Quid istud sit, animo attendatis diligentiùs, & accuratiùs disputabo.

FLORIDORVM
LIBER II.

a VT Hippias è numero sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus: ætas illi cum Socrate, patria vel genus ignoratur: gloria verò magna, fortuna modica: sed ingenium nobile, memoria excellens, studia varia, æmuli multi. Venit Hippias iste quondam certamine Olympio Pisam, non minùs cultu visendus, quàm elaboratu mirandus. Omnia secum, quæ habebat: nihil eorum emerat, sed suis sibi manibus confecerat: & indumenta quibus indutus, & calciamenta quibus

a *Et Hipias sophista.*

bus erat induƈtus, & geſtamina quibus *a* erat conſpicuus. Habebat induti ad corpus tunicam interulam tenuiſsimo textu, triplici licio, purpura dupluci: ipſe eam ſibi ſolus domi texuerat. Habebat cinƈtui balteum: quod genus pictura Babylonica, miris coloribus variegatum: nec in hac eum opera quiſquam adiuuerat. Habebat amiƈtui pallium candidum, quod supernè circumiecerat: Id quoque pallium cooperatoris ipſius laborem fuiſſe. Etiam pedum tegumenta crepidas ſibimet compegerat, & annulum in læua aureum faberrimo ſignaculo, quē oſtentabat: ipſe eius annuli & orbiculum circulauerat, & palam clauſerat, & gemmam inſculpſerat. Nondum omnia eius commemoraui. etenim nō pigebit me commemorare, quod illum non puditum eſt oſtentare: qui magno in cœtu prædicauit, fabricatum ſemet ſibi ampullam quoque oleariam, quam geſtabat, lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate: iuxtaque honeſtam ſtrigileculam, reƈta faſtigiatione clauſulæ, flexa tubulatione ligulæ, vt & ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ex ea riuulo laberetur. Quis *b* tum non laudauit hominem tam numeroſa arte multiſcium? totiugi ſcientia magnificum? tot vtenſilium peritia Dædalum? Quin & ipſe Hippiam laudo: ſed ingenij eius fœcunditatem malo doƈtrinæ, quàm ſupelleƈtilis multiformi inſtrumento æmulari: fateorque me ſellularias quidem arteis minus callere, veſtē de texterna emere, baxeas iſtas de ſuterna

a conſpicatus.

b autem

terna prestinare: enimuerò annulum nec gestare, gemmam & aurum iuxta plumbum & lapillos nulli æstimare: strigilem & ampullam, cæteraque balnei vtensilia nundinis mercari. Prorsum enim non eo inficias, nec radio, nec subula, nec lima, nec torno, nec id genus *a* ferramenta vti nosse: sed pro his præoptare me fateor, vno chartario calamo me reficere poëmata, omne genus apta virgæ, lyræ, socco, cothurno: item satyras, ac gryphos: item historias varias rerum, nec non orationes laudatas disertis, nec non dialogos laudatos Philosophis: atque hæc & alia eiusdem modi tam Græcè quàm Latinè genuino voto, pari studio, simili stilo. Quæ vtinam possem *b* quidem non singulatim ac discretim, sed cunctim & coaceruatim tibi proconsul, vir optime, offerre, ac prædicabili testimonio ad omnem nostram Camœnam frui: non hercule penuria laudis, quæ mihi dudum integra & florens per omneis antecessores tuos ad te reseruata est: sed quoniam nulli me probatiorem volo, quàm quem ipse ante omneis meritò probo. Sic enim natura comparatum est, vt eum quem laudes, etiam ames: porrò quem ames, laudari te ab illo velis. Atq; ego me dilectorem tuum profiteor: nulla tibi priuatim, sed omni publicitùs gratia obstrictus. Nihil quippe à te impetraui, quia nec postulaui. Sed Philosophia me docuit non tantum beneficium amare, sed etiam maleficium: magisque indicio impertire, quàm commodo inseruire: & quod in commune expediat malle,

a ferramentis

b equidē non sigillatim

malle, quàm quod mihi. Igitur bonitatis tuæ diligunt plerique fructum, ego ſtudium. a Id- que facere adorſus ſum, b dum moderationem tuam in prouincialium negotijs contemplor, qua effictim amare te debeant, experti propter beneficium, expertes propter exemplum. Nam & beneficio multis commodaſti, & exemplo omnibus profuiſti. Quis enim à te non amet diſcere, qua'nam moderatione obtineri queat tua iſta gratia, vita iocunda, mitis auſteritas, placida conſtantia, blandusque vigor animi? Neminem proconſulum, quod ſciam, prouincia Africa magis reuerita eſt, minus verita: nullo, niſi tuo anno, ad coërcenda peccata plus pudor quàm timor valuit. Nemo te alius pari poteſtate ſæpius profuit, rarius terruit: nemo ſimiliorem virtute filium adduxit. Igitur nemo Carthagini proconſulum diutius fuit. Nam etiam eo tempore quo prouincias circumibas, manente nobis Honorino, minus ſenſimus abſentiam tuam, quàm vt te magis deſideraremus. Paterna in filio æquitas, ſenilis in iuuene prudentia, conſularis in legato authoritas. Prorſus omnis virtutes tuas ita effingit ac repræſentat, vt mediusfidius admirabilior eſſet in iuuene, quàm in te parta laus, niſi eam tu talem dediſſes, qua vtinam perpetuò liceret frui. Quid nobis cum iſtis proconſulum vicibus? quid cum annis breuibus, & feſtinantibus menſibus? O' celeres bonorum hominum dies! O' præſidum

a Id quod facere adorſus

b dummodo rationē

ſidum optimorum citata curricula? Iam te Seueriane tota prouincia deſideramus. Enimverò Honorinum & honos ſuus ad præturam vocat, & fauor Cæſarum ad conſulatum format, & amor noſter a in præſentiarum tenet, & ſpes Carthaginis in futurum ſpondet, vno ſolatio freta exempli tui, quòd qui legatus mittitur, proconſul ad nos citò reuerſurus eſt:

a impræſentiarū

Sol, qui candentem feruido curſu atq; equis
Flammam citatis feruido ardore explicas.

itemque luminis eius luna diſcipula, nec non quinque cæteræ vagantium poteſtates: Iouis beneficia, Veneris voluptifica, pernix Mercurij, pernitioſa Saturni, Martis ignita. Sunt & aliæ mediæ deûm poteſtates, quas licet ſentire, non datur cernere: vt Amoris, cæterorumque id genus, quorum forma b non viſitata, vis c cognita, quæ item in terris, vtcunque prouidentiæ ratio poſcebat, alibi montium vertites arduos extulit; alibi camporum ſupinam planiciem coæquauit. Item quæ vbique diſtinxit amnium fluores, pratorum virores. Item dedit volatus auibus, volutus ſerpentibus, curſus feris, greſſus hominibus. Pariter enim, vt qui hærediolum ſterilem, & agrum ſcrupoſum, meras rupinas & ſenticeta miſeri colunt: quoniam nullus in teſquis ſuis fructus eſt, nec vllam illic aliam frugem vident, ſed

b inuiſitata,
c cognita.
Quæ

Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ:

ſuis frugibus indigent, aliena furatum eunt,

bbb & vi-

& vicinorum flores decerpunt; ſcilicet vt eos flores carduis ſuis miſceant. Ad eundem modum, qui ſuæ virtutis ſterilis eſt. Pſittacus auis, Indiæ auis eſt, inſtar illi minimo minus quàm columbarum, ſed nec colorum columbarum. non enim lacteus ille, vel liuidus, vel vtrumque ſubluteus, aut ſparſus eſt: ſed color pſittaco viridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis; niſi quòd ſola ceruice diſtinguitur. Enimuerò ceruicula eius circulo mineo, velut aurea torqui, pari fulgoris circumactu cingitur & coronatur. Roſtri prima *a* duritia, cùm in petram quampiam co icitus altiſsimo volatu præcipitat, roſtro ſe, velut anchora, excipit. Sed & *b* capiti eadem duritia, quæ *c* roſtro. Cum ſermonem noſtrum cogitur æmulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magiſtri vt perſentiſcat: hæc ferula diſcenti eſt. Diſcit autem ſtatim pullus vſque ad duos ætatis ſuæ annos, dum facilè os vti conformetur, cum tenera lingua vti conuibretur. Senex autem captus & indocilis eſt, & obliuioſus. Verùm ad diſciplinam humani ſermonis facilior eſt pſittacus, glande qui veſcitur: & cuius in pedibus, vt hominis, quini digituli numerantur. non enim omnibus pſittac s id inſigne, ſed illud omnibus proprium, quò eius lingua latior quàm cæteris auibus, eo faciliùs verba hominis articulantur, patentiore plectro & palato. Id verò quod dicit, ita ſimiliter nobis canit, vel potius eloquitur, vt vocem ſi audias, hominem putes. Nam

Pſittacus.

a duritia. cùm

b capitis

c roſtri.

Nam quidem si videas, idem conari, non eloqui. Verùm enimuerò & coruus & psittacus nihil aliud quàm quod didicerunt pronunciant: Si conuicia docueris, conuiciabitur: diebus ac noctibus perstrepens maledictis: hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Vbi omnia quæ didicit maledicta percensuit, denuò repetit eandem cantilenam. Si carere conuicio velis, lingua excidenda est, aut quamprimum in syluas suas *a* remittendus est. Non enim mihi Philosophia id genus orationis largita est, vt natura quibusdam auibus breuem & temporarium cantum commodauit: hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis serum, vlulis vespertinum, bubonibus nocturnum, gallis antelucanum. Quippe hæc animalia inter se vario tempore & vario modo occinunt & occipiunt carmine: scilicet galli expergifico, bubones gemulo, vlulæ quærulo, noctuæ intorto, cicadæ obstrepero, hirundines perarguto. Sed enim Philosophi ratio & oratio tempore iugis est, & auditu venerabilis, & intellectu vtilis, & modo omnicana. Hæc atque hoc genus alia partim cùm audiret à Diogene Crates, aliàs sibimet ipse suggereret, denique in forum exilit, rem familiarem abijcit, velut onus stercoris, magis labori quàm vsui. Dein cœtu facto maximùm exclamat: Crates, inquit, Crates te manumittes. Exinde non modò solus, verùm nudus & liber omnium, quoad vixit, beatè vixit. Adeoque is cupiebatur, vt virgo

Corui & psittaci sermones.

a remittendus. Non

Crates philosophus.

nobilis, ſpretis iunioribus ac ditioribus procis, vltrò eum ſibi optauerit. Cumque interſcapulum Crates retexiſſet, quod erat aucto gibbere, peramque cum baculo & pallium humi poſuiſſet, eamque ſupellectilem ſibi eſſe puellæ profiteretur, eamque formam quam viderat: proinde ſedulò conſuleret, ne pòſt querela eam caperet. enimuero Hipparche conditionem accipit: Iamdudum ſibi prouiſum ſatis, & ſatis conſultum reſpondit, neque ditiorem maritum, neque formoſiorem vſpiam gentium poſſe inuenire. proinde duceret, quò liberet. Dux Cynicus in porticum ibidem, in loco celebri, coràm luce clariſsima accubuit, coramque virginem imminuiſſet, *a* paratam conſtantiani Zeno procinctu palliaſtri, circunſtantis coronæ obtutu,, magiſtrum in ſecreto defendiſſet. Samos Icario in mari modica inſula eſt: ex aduerſum Miletos, ad Occidentem eius ſita, nec ab ea multò pelagi *b* diſpicitur. Vtrumuis clementer nauigantem, dies alter in portu ſiſtit. Ager frumento piger, aratro irritus, fœcundior olіueto, nec vinitori nec olitori ſcalpitur. Ruratio omnis in ſarculo & ſurculo: quorum prouentu magis fructuoſa inſula eſt, quàm frugifera. Cæterùm & incolis frequens, & hoſpitibus celebrata. Oppidum habet nequaquam pro gloria: ſed quod fuiſſe amplum, ſemiruta mœnium multifariam indicant. Enimuerò fanum Iunonis antiquitùs famigeratum: id fanum ſecundo littore, ſi rectè recor-

Hipparche Cratetem amat.

a paratam pari conſt.

Samos inſ. Miletus.

b diſpeſcit.

recordor, viam viginti haud ampliùs stadia oppido abest. Ibi donarium deæ perquàm opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & huiuscemodi vtensilibus. Magna etiam vis æris, vario effigiatu, veterrimo & spectabili opere. Vel *a* tamen ante aram Bathylli statua à Polycrate tyranno dicata, qua nihil videor effectius cognouisse. Quidam Pythagoræ eam falsò existimant. Adulescens est, visenda pulchritudine, crinibus, fronte parili, separata, per malas *b* reuulsus. Pone autem coma prolixior interlucentem ceruicem scapularum finibus obumbrat. Ceruix succi plena, malæ vberes, genæ teretes, ac modico mento *c* iaculatur, eique prorsus citharœdicus status, deam conspiciens, canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deiectus, ipsos Græcanico cingulo *d* chlamyde velat, vtrunque brachium adusque articulos palmarum. Cætera decoris instrumentis dependent. Cithara baltheo *e* cælata, apta structim sustinetur. manus eius *f* tenera procerulè læua distantibus digitis neruos molitur. Dextra psallentis gestu suo *g* sabulum citharæ admouet, ceu parata percutere. Cùm vox in cantico interquieuit; interim canticum videtur ore tereti semihiantibus in conatu labellis eliquare. Verùm hæc quidem statua esto cuiuspiam puberum, qui Polycrati tyranno dilectus, Anacreonta Teium amicitiæ gratia cantillat. Cæterùm multum abest Py-

a inde
b reuulsis.
c iaculatur,
d chlamyda
e cælato apta,
f teneræ procerulæ
g pulsabulum.

thagoræ philosophi statuam esse, & natu Samius, & pulchritudine apprimè insignis, & psallendi musicæque omnis multò doctissimus, ac fermè id æui quo Polycrates *a* Samum potiebatur. Sed haudquaquam Philosophus tyranno dilectus est. Quippe eo commodùm dominari orso, profugit ex insula clanculò Pythagoras, patre *b* Mesarcho nuper amisso: quem *c* comperior inter sellularios artifices, gemmis faberrimè sculpendis, laudem magis quàm opem quæsisse. Sunt qui Pythagoram aiant eo tempore inter captiuos Cambysæ regis, Ægyptum cùm aduceheretur, doctores habuisse Persarum Magos, ac præcipuè Zoroastrem, omnis diuini arcanum antistitem, posteaque eum à quodam Gillo Crotoniensium principe recuperatum. Verùm enimuerò celebrior fama obtinet, sponte eum petisse Ægyptias disciplinas; atque ibi à sacerdotibus ceremoniarum incredendas potentias, numerorum admirandas vices, Geometriæ solertissimas formulas *d* didicisse: sed nec his artibus animi expletum, mox Chaldæos, atque inde Brachmanas. Hi sapientes viri sunt, Indiæ gens est: eorum ergo Brachmanum Gymnosophistas adisse. Chaldæi sideralem scientiam, numinum vagãtium status, ambitus, vtrorumque varios effectus in genituris hominum ostendêre nec non medendi remedia mortalibus, latis pecunijs, terra cœloque & mari conquisita. Brachmanæ autem pleraque Philosophiæ

a Samo

b Mnesarcho

c comperio

d didicisse: nec his Brachmanes.

sophiæ eius contulerunt, quæ mentium *a* documenta quàm corporum exercitamenta, quot partes animi, quot vices vitæ, quæ dijs manibus pro merito suo cuique tormenta vel præmia. Quinetiam Pherecydes *b* Syrio ex insula oriundus, qui primus versuum nexu repudiato, conscribere ausus est, *c* passim verbis soluto loquutu, libera oratione. Eum quoque Pythagoras magistrum coluit, & infandi morbi putredine in serpentium scabiem solutum religiosè humauit. Fertur & penes Anaximandrum Milesium naturabilia commentatus. nec non & Cretensem Epimenidem *d* inclytum fatiloquum, & Platonem disciplinæ gratia sectatus. Itemque Leodamantem, Creophili discipulum, qui Creophilus memoratur poetæ Homeri hospes & æmulator canendi fuisse. Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque multijugis comitibus disciplinarum toto Orbe haustis, vir præsertim ingenio ingenti, ac profectò supra captum hominis animi augustior, primus Philosophiæ nuncupator & creditor, nihil prius discipulos suos docuit quàm tacere: primaque apud eum meditatio, sapienti futuro linguam omnem coërcere: verbaque, quæ volantia poëtæ appellant, ea verba detractis pinnis, intra murum candentium dentium premere. Prorsus inquam hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. Non in totum æuum tamen vocem desuescebant, nec omnes pari tempore

a documēta, corporum,

Pherecydes. Syrus.

b Syro

c passis verbis,

d inclutū

Pythagoricum silentium.

elingues magiſtrum ſectabantur: ſed grauioribus viris breui ſpacio ſatis videbatur taciturnitas modificata. Loquaciores enimuerò fermè in quinquennium velut exilio vocis puniebantur. Porrò noſter Plato nihil ab hac ſecta vel paululùm deuius Pythagoriſſat. In plurimis æquè & ipſe in nomen eius à magiſtris meis adoptatus, vtrunque meditationibus Academicis didici: & cum dicto eſt opus, impigrè dicere: & cùm tacito opus eſt, libenter tacere. Qua moderatione videor ab omnibus tuis anteceſſoribus haud minus opportuni ſilentij laudem, quàm tempeſtiuæ vocis teſtimonium conſecutus.

FLORIDORVM
LIB. III.

PRiuſquam vobis occipiam, principes Auguſti, gratias agere, ob ſtatuam quam mihi præſenti honeſtè poſtulaſtis, & abſenti benignè decreuiſtis: priùs volo cauſam vobis allegare, cur aliquam multos dies à conſpectu auditorij abfuerim, contulerimque me ad Perſianas aquas, gratiſſima prorſus & ſanis natabula, & ægris medicabula. Quippe ita inſtitui omne vitæ meæ tempus vobis probare, quibus me in perpetuum firmiter dedicaui: nihil a tantulum faciam, quin eius vos & gnaros & iudices habeam. Quid igitur derepentinò ab hoc ſplendidiſsimo conſpectu veſtro diſtulerim, exemplum eius rei paulò ſecus ſimillimũ memorabo, quàm impro-

a tantum, nihil tantulum

improuisa pericula hominibus subitò oboriantur? De Philemone comico, de ingenio eius qui satis nostis, de interitu paucis cognoscite. An etiam de ingenio pauca vultis? Poëta fuit hic Philemon, mediæ comœdiæ scriptor: fabulis cum Menandro in scena dictauit, certauitque cum eo, fortasse impar, certè æmulus. Namque *a* eum & vicit sæpenumerò, pudet dicere. Reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepidè inflexa, agnatos lucidè explicatos, personas rebus competentes, sententias vitæ congruentes; *b* loca non infra soccum, seria non vsque ad cothurnum, raræ apud illum corruptelæ, & vti errores concessi amores. Nec eo minus & leno periurus, & amator feruidus, & seruulus callidus, & amica illudens, & vxor inhibens, & mater indulgens, & patruus obiurgator, & sodalis opitulator, & miles præliator. Sed & parasiti edaces, & parentes tenaces, & meretrices procaces. Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis, fortè recitabat partem fabulæ, quàm recens fecerat. Cumque iam tertio actu, quod genus in comœdia fieri amat, iucundiores affectus moueret, imber repentinò coortus, ita vt mihi ad vos venit vsus nuperrimè, differri auditorij cœtum & auditionis cœptum coëgit. Reliquum *c* tum vanis postulantibus, sine intermissione de incipiti die perlecturum. Postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia conuenêre, sese quisque

Philemon comicus.

a eum etiã vicit

b ioca

c autem varijs

exaduersum quàm proximè collocat. Serus adueniens amicus, annuit locum sessui: impertiunt, extimus quisque excuneati queruntur, farto toto theatro, ingens stipatio, occipiunt inter se queri. Qui non affuerant, percontari antè dicta: qui affuerant, recordari audita cunctisque iam prioribus gnaris, sequentia expectare. interim dies ire, neque Philemon ad condictum venire. Quidam tarditatem poëtæ murmurari, plures defendere. Sed vbi diutiùs æquo sedetur, nec Philemon vspiam compareti missi ex promptioribus qui *a* acciperent, atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. Commodùm ille anima edita obriguerat: iacebatque *b* incubans toro, similis cogitanti. Adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impressum: sed enim iam animæ vacuus, libri oblitus, & auditorij securus. Stetêre paulisper qui introierant, perculsi tam inopinatæ rei, tam formosæ mortis miraculo. Deinde regressi ad populum, renunciauêre, Philemonem poëtam, qui expectaretur, qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam consummasse. Enimuerò iam dixisse rebus humanis VALERE ET PLAVDERE: suis verò familiaribus, dolere & plangere. Hesternum illi imbrem lachrymas auspicasse, comœdiam eius prius ad funebrem facem quàm ad nuptialem venisse. Proin quoniam poëta optimus personam vitæ deposuerit, rectà de auditorio eius exequias eundum;

Philemonis interitus.

a accirent:

b incumbens

eundum: legenda eius esse nunc ossa, mox carmina. Hæc ego ita facta, vt commemoraui, olim didiceram. Sed audies me, meo periculo recordatus. Nam vt meministis, profectò cùm impedita esset imbri recitatio, in propinquum diem, vobis volentibus, protuli, & quidem Philemonis exemplo *a* plenissimè quippe eodem die in palæstra adeò vehementer talum inuerti, vt minimùm abfuerim, quin articulum etiam à crure defringerem: tamen articulus loco concessit, exque eo luxu adhuc fluxus est: & iam dum eum ingenti plaga reconcilio, iamiam sudore affatim corpore diutilè obrigui. Inde acerbus dolor intestinorum coortus, modicò antè sedatus est, quàm me denique violentus exanimaret: & Philemonis ritu compelleret ante lethum abire, quàm lectum; potius implere fata quàm fanda; consummare potius animam quàm historiam. Cùm primùm igitur apud Persianas aquas, leni temperie, nec minus vtili quàm blando fomento gressum recuperaui; nondum quidem ad innitendum idoneè, sed quantum ad vos festinanti satis videbatur, veniebam *b* reditum quod pepigeram, cùm interim vos mihi beneficio vestro non tantùm clauditatem dempsistis, verùm etiam pernicitatem addidistis? An non properandum mihi erat, vt pro eo honore vobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram? Non *c* quia magnitudo Carthaginis mereatur etiam à Philosopho precem pro honore;

a penissimè

b redditū quod pepigeram;

c quia

honore: sed vt integrum & intemeratum vestrum esset beneficium, si nihil ex gratia eius petitio mea defregisset: id est, vt vsquequaque esset gratuitum. Neque enim aut leui mercede emit qui precatur, aut paruum precium accipit qui rogatur: adeò vt omnia vtensilia a emere potius velis, quàm rogare. Id ego arbitror præcipuè in honore obseruandum: quem qui laboriosè exorauerit, sibi debet vnam gratiam quòd impetrarit. Qui verò sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam præbentibus debet: & quòd non petierit, & quòd acceperit. Duplam igitur gratiam vobis debeo: immò enimuerò multijugam, quam vbique equidem & semper prædicabo. Sed nunc in præsentiarum libro isto ad hunc honorem mihi conscripto, itá vt soleo, publicè protestabor. Certa est enim ratio, quæ debeat Philosopho, ob decretam sibi publicè statuam, gratias agere: à qua paululum demutauit liber, quem Strabonis Æmiliani excellentissimus honor flagitat: quem librum sperabo me commodè posse conscribere: scitis eum hodie nobiscum probare. Est enim in studijs tantus, vt prænobilior sit proprio ingenio, quàm patricio consulatu. Quibúsnam verbis tibi Æmiliane Strabo, vir omnium qui vnquam Numantiæ fuêre, aut sunt, aut etiam erunt, inter optimos clarissime, & inter clarissimos optime, inter vtrosque b doctissime, quibus tandem verbis, pro hoc tuo erga me animo gratias

a emere velis,

Strabò Aemilianus.

b doctissime?

rias habiturus es, commemoratu meo? Qua digna ratione tam honorificam benignitatem tuam celebrem, qua remuneratione dicendi gloriam tui facti *a* æquiparem nondum herclè reperio. Sed quæram sedulò, & conitar: *a æquiperē,*

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

Nam nunc *b* in præsentiarum (neque enim diffitebor) lætitia facundiæ obstrepit, & cogitatio voluptate impeditur, ac mens occupata delectatione mauult *c* in præsentiarum gaudere quàm prædicare. Quid faciam? Cupio gratus videri: sed præ gaudio nondum mihi vacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis tristioribus velit in isto vituperare, quòd honorem meum non minus mereor, quàm intelligo: quòd clarissimi & eruditissimi viri tanto *d* testimonio exulto. quippe testimonium mihi perhibuit in curia *e* Carthaginensium, non minus splendidissima quàm benignissima, vir consularis: cui etiam notum esse tantummodo, summus honor est. Is etiam laudator mihi apud principes Africæ viros quodammodò *f* extitit. Nam, vt comperior, nudiustertius libello misso, per quem postulabat locum celebrem statuæ meæ, cum primis commemorauit inter nos iura *g* amicitiæ ac commilitiæ studiorum, eisdem magistris inchoata honestè: tunc postea vota mea omnia secundum dignitatis suæ gradus recognouit. Iam illud primum beneficium, quòd condiscipulum se meminit. Ecce & hoc alterum beneficium,

b impręsentiarum
c impræsentiarum
d honore
e Carthaginiensium,
f adstitit.
g amicitiæ, à commilitio stud.

neficium, quòd tantus se diligi ex pari prædi-
a etiam | cat. Quin a & commemorauit, & alibi gentium
& ciuitatum honores mihi statuarum & alios de-
b potest ad hoc præconiũ viri cõsularis? | cretos. Quid addi b potest? Et hoc præco-
nium viri consularis. Immò etiam docuit argu-
mento suscepti sacerdotij, summum mihi ho-
norem Carthaginis adesse. Iam hoc præcipuum
beneficium, ac longè ante cæteros excellens,
quòd me vobis locupletissimus testis suo etiam
c summã, | suffragio commendat. Ad c summam pollici-
tus est, se mihi Carthagini de suo statuam posi-
turum: vir, cui omnes prouinciæ quadriiuges
& seiuges currus vbique gentium ponere gra-
d ergo | tulantur. Quid d igitur superest ad honoris mei
tribunal & culmen, ad laudis meæ cumulum?
Immò enimuerò quid superest? Æmilianus Stra-
e votis | bo vir consularis, breui e voce omnium futu-
rus proconsul, sententiam de honoribus meis
in curia Carthaginiensium dixit: omnes eius
authoritatem secuti sunt. Nonne videtur hoc
vobis senatusconsultum esse? Quòd Carthagi-
nienses omnes, qui in illa sanctissima curia ad-
erant, tam libenter decreuerunt omnes lo-
f statuæ: | cum f statuere: vt illo scires iccirco alteram
statuam, quantum spero, insequentem curiam
protulisse, vt salua veneratione, salua reueren-
tia consularis sui, viderentur factum eius non æ-
mulati, sed secuti: id est, vt integro die benefi-
cium ad me publicum perueniret. Cæterùm
g beneuolentissimi | meminerant optimi magistratus & g beneuolen-
tissimi principes, mandatum sibi à vobis quod
volebant,

a volebant, id ego nescirem? haud prædicarem? ingratus essem? Quinetiam vniuerso ordini b nostro, amplissimis erga me meritis, quantas maximas possum, gratias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis acclamationibus decorauêre, in qua curia vel nominari tantummodò summus honor est. Igitur quod difficilè factu erat, quodque reuera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus & principibus: Id c præfusiuè dixerim, iam quodammodo mihi obtigit. Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem, nisi æris d precium, & artificis ministerium? quæ mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus vnquam defuêre, ne e in Carthagine desint, vbi splendidissimus ordo etiam de rebus maioribus iudicare potius solet, quàm computare. Sed de hoc tum ego perfectiùs, cùm vos effectiùs. Quin etiam tibi Nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem f statuæ meæ, libro etiam conscripto, pleniùs gratias, g canacique libro mandabo, vti per omneis prouincias eat: totoque ab hinc orbe, totoque ab hinc tempore, laudes benefacti tui vbique gentium semper annorum repræsentet. Viderint, quibus mos est oggerere se & ociosis præsidibus, vt impatientia linguæ commendationem ingenij quærant, & affectata amicitiæ vestræ specie glorientur. Vtrumq; eius à me, Scipio Orfite, longè abest. Nam & quantulumcunque ingenium meum,

a volebát. Id
b vestro amplissimis
c præfiscine
d prelium, artificis
e vt Carthagini
f statua mea,
g canaciusque

meum, iampridem pro captu suo hominibus notius est, quàm vt indigeat nouæ commendationis. Et gratiam tuam, tuorumque similium malo, quàm iacto: magisque sum tantæ amicitiæ cupitor, quam gloriator: quoniam cupere nemo, nisi verè putet, potest. Potest autem quiuis falsò gloriari. Ad hoc ita semper ab ineunte æuo bonas artes sedulò colui, eamque existimationem morum ac studiorũ cùm in prouincia *a* nostra, tum etiam Romæ penes amicos tuos quæsisse me, tute ipse locupletissimus testis es: vt non minus vobis amicitia mea capessenda sit: quàm mihi *b* vestra est concupiscenda. Quippè non promptè veniam impertire, rarenter adeundi assiduitatem eius requirentis est: summumque argumentum amoris, frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseuerantem celebrare, desinentem desiderare. Quoniam necesse est eiusdem esse, cuius angat absentia. Cæterùm vox cohibita silentio perpeti, non magis vsu iuerit, quàm nares grauedine oppletæ, aures spiritu obseratæ, oculi albugine obducti. Quid si manus manicis restringantur? Quid si pedes pedicis coartentur? Iam rector nostri animus aut somno soluatur, aut vino mergatur, aut morbo sepeliatur: profectò vt gladius vsu splendescit, situ rubiginat, ita vox in vagina silentij condita diutino torpore hebetatur. Desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit. Tragœdi adeò ni cotidie proclament, claritudo arteriæ obsolescit. Igitur iten-

a vestra.

b vestra cõcupiscẽda.

Identidem boando purgant rauim. Cæterùm ipsius vocis hominis exercendi casus, labor superuacaneo studio plurifariam superatur. Siquidem voce hominis & tuba rudore toruior, & lyra concentu variatior, & tibia questu delectabilior, & fistula susurru iucundior, & buccina significatu longinquior. Mitto dicere *a* mu- torum animalium immediatos sonores, distinctis proprietatibus admirandos: vt est taurorũ grauis mugitus, luporũ acutus vlulatus, elephãtorum tristis barritus, equorũ hilaris hinnitus: nec non auium instigati angores, nec non leonum indignati fremores, cæteræque id genus voces animalium truces ac liquidæ, quas infesta rabies vel propitia voluptas *b* cient. Pro quibus homini vox diuinitùs data, angustior quidem, sed maiorem habet vtilitatem mentibus, quàm auribus delectationem. Quo magis celebrari debet frequentius vsurpata, & quidem non nisi *c* adiutorio tanto viro præsidente. In hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum *d* benignorum, equidem etsi fidibus apprimè callerem, non nisi cõfertos homines consectarer. In solitudine cantillauit:

a multorũ

b ciant.

c auditorio

d benignorum. Equidem

Orpheus, in syluis inter delphines Arion.

Quippe, si fides fabulis, Orpheus exilio desolatus, Arion nauigio præcipitatus. Ille immanium bestiarum delinitor; hic misericordium beluarum oblectator: ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur. eos ego im-

Orpheus. *Arion.*

pensiùs admirarer, si hominibus potiùs quàm bestijs placuissent. Auibus hæc secretaria, vt inquam magis congruerint merulis, & lusciniijs, & oloribus. Et merulæ in remotis tesquis fringultiunt: lusciniæ in solitudine Africana canticum adolescentię garriunt: olores apud auios fluuios carmen senectæ meditatur. Enimuerò qui *a* pueris & adolescentibus & senibus vtile carmen prompturus est, is in medijs milibus hominũ cantat: ita vt hoc meum de virtutibus *b* Orfici carmen est, [illegible]rum quidem fortasse, sed serium: nec minùs gratũ quàm vtile Carthaginiensium pueris, iuuenibus & senibus, quos indulgẽtia sua præcipuus omnium proconsul subleuauit, temperatoque desiderio & moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securitatem. Metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attigi, ne me *c* in præsentiarum refrenes, vel tua generosa modestia, vel mea ingenua verecundia. Sed nequeo, quin ex plurimis quæ in te meritissimò admiramur, ex his plurimis quin vel paucissima attingam. Vos ea mecum ciues, ab eo seruati, recognoscite.

a pueris, adolesc.

b Orfiti

c imprræsentiarum

FLORIDORVM
LIB. IIII.

TAnta multitudo ad audiendum conuenistis; vt potiùs gratulari Carthagini debeam, quòd tam multos eruditionis amicos habet: quàm excusare, quòd Philosophus non recusauerim dissertare. Nam &

pro

pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta, & pro magnitudine frequentiæ locus delectus est. Præterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pauimenti marmoratio, nec proscenij contabulatio, nec scenæ columnatio, sed nec culminũ eminentia, nec lacunarium refulgentia, nec sedilium circunferentia: nec quod hîc aliâs mimus hallucinatur, comœdus sermocinatur, tragœdus vociferatur, funerepus periclitatur, præstigiator furatur; histrio gesticulatur; cæteriq; omnes ludiones ostentãt populo qđ cuiusq; artis est: sed istis omnib. superseßis, nihil ampliùs spectari debet, quàm conuenientiũ ratio, & dicentis oratio. Quapropter vt poëtæ solent, hic ibidem varias ciuitates substituere, vt ille tragicus, qui in theatro dici *a* solet:

a facit:

Liber qui augusta hæc loca Cithæronis colis:

item ille comicus:

Qui b paruam partem postulat Plautus loci
De c nostris magnis atq; amœnis mœnibus,
Athenas d quos in Architectis conferam:

b Per paruam
c vestris
d quò sina architectis conferat:

non secus & mihi licet nullam longinquam & transmarinam ciuitatem hîc, sed enim ipsius Carthaginis vel curiam vel bibliothecam substituere. Igitur proinde habetote, si curia digna protulero, vt si in ipsa curia me audiatis: si erudita fuerint, vt si in bibliotheca legantur. Quo vtinam mihi pro amplitudine auditorij prolixa oratio suppeteret: ac non hic maximè clauderet, vbi me facundißimum cuperem. Sed verum verbũ est profectò,

quod aiunt: Nihil quicquam homini tam prosperum diuinitùs datũ, quin ei tamen admixtũ sit aliquid difficultatis, vt etiam in amplissima quaq; lætitia subsit quæpiã vel parua querimonia, coniugatione quadam mellis & fellis. Vbi vber, ibi tuber. Id ego a cùm in aliàs, tum etiam nunc in præsentiarum vsu experior. Nam quãtò videor plura apud vos habere ad commẽdationem suffragia, tantò sum ad dicẽdum nimia reuerentia vestri b cunctatior. Et qui penes extraneos sępenumerò promptissimè disceptaui, idem nunc penes meos hæsito, ac (mirum dictu) ipsis illecebris deterreor, & stimulis refrenor, & incitamentis cohibeor. c At non multa mihi apud vos adhortamina suppetunt; quòd sum vobis nec lare alienus, nec pueritia d inusitatus, nec magistris peregrinus, nec secta incognitus, nec voce inauditus, nec libris illectus, improbatúsue? Ita mihi & patria in concilio e Africæ, id est vestro, & pueritia apud vos, & magistri vos. Et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hîc inchoata est: & vox mea vtraque lingua iam vestris auribus ante proximum sexennium probè cognita. Quin & libri mei non alia vbique laude cariùs censentur, quàm quòd iudicio vestro comprobantur. Hæc tanta ac tot fuga inuitamẽta communia non minus vos ad audiendum prolectant, quàm me ad dicendum retardant. Faciliusq; laudes vestras alibi gentium, quàm apud vos prædicarim; ita apud vos cuique modestia obnoxia

a cùm etiã alias, tum etiam in præsentiarum

b contatior.

c An

d inuisitatus.

e Africę: enimuerò & pueritia

obnoxia est; apud extraneos autem veritas libera semper *a* adeò, & vbique. Vos quippe vt parentes ac primos magistros meos celebro, mercedemque vobis rependo: non illam quam Protagoras sophista pepigit, nec accepit: sed quam Thales sapiens nec pepigit, & accepit. Video quid postuletis, vtramque narrabo. *b* Protagoras, qui sophista fuit longè multiscius, & cum primis Rhetoricæ repertoribus perfacundus: Democriti physici ciuis, æquæuus, inde ei suppeditata doctrina est. Hûc Protagoram aiunt, cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis vberem, conditione temeraria pepigisse, vt sibi tum demum id argenti daret, si primo tyrocinio agendi penes iudices vicisset. Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exorabula iudicantium, & decipula aduersantium, & artificia dicentium, versutus alioquin & ingeniatus ad astutiam facilè perdidicit; *c* contentusque scire quod concupierat, cœpit nolle quod pepigerat, sed callidè nectendis moris frustrari magistrum, diutileque nec afferere velle, nec reddere, vsq; dum Protagoras eum ad iudices prouocauit. Expositaq; conditione, *d* qua docendum receperat, anceps argumētum ambifariam proposuit: Nam, Siue ego vicero, inquit, soluere mercedem debebis, vt cōdemnatus: seu vt viceris, nihilominus reddere debebis, vt pactus: quippe qui hâc primâ causam penes iudices viceris. ita si vincis, in cōditionem incidisti: si vinceris,

a adeò. Et vbiq; vos

b Protagoras quidem sophista

Protagoræ cum Euathlo concertatio.

c contentus scire

d quam in

a damnationem. Quid quæris? in a damnationem, quod quæris. Ratio conclusa iudicibus acriter & vincibiliter videbatur. Enimuerò Euathlus, vtpote tanti veteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. Nam si ita est, inquit, neutro modo, quod petis, debeo. Aut enim vinco, & iudicio dimittor: aut vincor, & pacto absoluor, ex quo non debeo mercedem, si b hac prima causa fuero penes iudices victus. Ita me omni modo liberat, si vinco, conditio: si vincor, sentētia. Nónne vobis videntur hæc sophismatum argumenta, obuersa inuicem, vice spinarum, quas ventus c cùm voluerit inter se d cohercere, paribus vtrinq; aculeis, simili penetratione, mutuo vulnere? Atq; ideo merces Protagoræ tam aspera, tam senticosa, versutis & auaris relinquēda est: cui scilicet multo tāto præstat illa altera merces, quam Thalem memorant suasisse. Thales Milesius ex septem illis sapientia memoratis viris facilè præcipuus: fuit enim geometricæ penes Graios primus repertor, & naturæ rerum certissimus explorator, & astrorum peritissimus contemplator, maximas res paruis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, Solis annua reuerticula. Idem Lunæ vel nascentis incrementa, vel senescentis dispendia, vel delinquentis obstacula. Idem sanè iam procliui senectute diuinam rationē de Sole commentus est; quam equidē non didici modò,

b hāc primam causam

c conuoluerit,

d terere,

Thaletis inuenta.

modò, verùm etiam experiundo comprobaui: quotiens Sol magnitudine sua circulum, quem permeat, metiatur. id à se recens inuentum Thales memoratur edocuisse Mandraytum *a* Priennensem, qui noua & inopinata cognitione impendio delectatus, optare iussit, quantam vellet mercedem sibi pro tanto documento rependi Satis, inquit, mihi fuerit mercedis, Thales sapiens, si id quod à me didicisti, cùm proferre ad quospiam cœperis, tibi non adsciueris, sed eius inuenti me potiùs quàm alium repertorem prædicaueris. Pulchra merces prorsum, ac tali viro digna, & perpetua. Nam & in hodiernum, ac de hinc semper, Thali ea merces persoluetur ab omnibus nobis, qui eius cœlestia studia verè cognouimus. Hanc ego vobis mercedem Carthaginenses vbique gentium dependo, pro disciplinis: quas in pueritia sum apud vos adeptus. Vbique enim me vestræ ciuitatis alumnum fero, vbique vos omnimodis laudibus celebro: vestras disciplinas studiosiùs percolo, vestras opes gloriosiùs prædico, vestros etiam deos religiosiùs veneror. *b* Et nunc quoque igitur principium mihi apud vestras aureis auspicatissimum ab Æsculapio deo capiam, qui arcem *c* nostræ Carthaginis indubitabili numine propitius respicit. Eius Dei hymnum Greco & Latino carmine *d* vobis occinam, iam illi à me dedicatũ. Sum enim nõ ignotus illius agricola, nec recens cultor, nec ingratus antistes: ac iá &

Mandraytus.

a Prienensem.

b Nunc quoque

c vestræ

d vobis sic canam,

prorsa & vorsa facundia veneratus sum; ita vt etiamnunc hymnum eius vtraque lingua canam: cui dialogum similiter Græcum & Latinum prætexui, in quo sermocinabuntur Sauidius Seuerus & Iulius Persius, viri & inter se mutuò, & a nobis, & vtilitatibus publicis meritò amicissimi, doctrina & eloquentia & beneuolentia paribus: incertum modestia quietiores, an industria promptiores, an honoribus clariores. Quibus cùm sit summa concordia, tamen hæc sola æmulatio, & in hoc vnum certamen est, vter eorum magis Carthaginem diligat: atque summis medullitus viribus contendũt ambo, vincitur neuter. Eorum ego sermonem ratus & vobis auditu gratissimum & mihi compositè congruentem: & dedicatur religio summo in principio libri ratio, quemdam ex his qui mihi Athenis condidicere percontari à Persio Græcè, quæ ego pridie in templo Æsculapij disseruerim: paulatimq; illis Seuerũ adiungo, cui interim Romanæ linguæ parteis dedi. Nam & Persius, quamuis & ipse optimè Latinè possit, tamen b hodie vobis Atticissabit. Asclepiades ille, inter præcipuos medicorum, si vnum Hippocratem excipias, cæteris princeps, primus etiam vino reperit ægris opitulari: sed dando scilicet in tempore. cuius rei obseruationem probè callebat: vt qui diligentissimè animaduerteret venarum pulsus inconditos, vel pręclaros. Is igitur cùm fortè in ciuitatem sese reciperet, & rure suo suburbano rediret,

a vobis.

b hodie nobis ac vobis Att.

Asclepiades.

rediret, aspexit in pomerijs ciuitatis funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine qui exequias venerant circunstare, omnis tristissimos & obsoletissimos vestitu. Propius accessit, a vt incognosceret more ingenij, quisnam esset: quoniam percontanti nemo responderat: at verò vt ipse aliquid in illo ex arte reprehenderet. Certè quidem iacenti homini, ac propè deposito fatum attulit. Iam miseri illius membra omnia aromatis persperſa, iam os ipsius vnguine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam cœnæ paratum: contemplatus enim diligentissimè, quibusdam signis b animaduertit, etiam atque etiam pertractauit corpus hominis, & inuenit in illo vitam latentem: confestim exclamauit, viuere hominem: procul c igitur faces abigerent; procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent. Murmur interea exortum, partim medico credendum dicere; partim etiam irridere medicinam. Postremò propinquis etiam hominibus inuitis, quòd ne iam ipsi hæreditatem habebant, an quòd adhuc illi fidem non habebant, ægrè tamen ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem. Atq; ita vespillonum manibus extortum, velut ab Inferis postliminio domum retulit, confestimq; spiritum recreauit: d confestim animam in corporis latibulis delitescentem, quibusdã medicamẽtis prouocauit. Sapientis viri super mensam cele-

a vt etiam cognoscere, more ingenij humani, quisnam

b animaduertit Etiam.

c ergo

d confestimque anim.

bre dictum est: Prima, inquit, cratera ad sitim pertinet: secunda ad hilaritatem: tertia ad voluptatem: quarta ad insaniam. Verumenimuerò Musarum cratera, versa vice, quãtò crebrior, quantoq; meracior, tantò propior ad animi sanitatem. Prima cratera Literatoris ruditatem eximit: secunda Grammatici doctrina instruit: tertia Rhetoris eloquentia armat. Hactenus à plerisque potatur. Ego & alias crateras Athenis bibi, Poëticæ commentam, Geometricæ limpidam: Musicæ dulcem: Dialecticæ *a* amarulam. *b* Iam verò *c* vniuersitas Philosophiæ, inexplebilem scilicet nectariam. Canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xenocrates satyras, Apuleius *d* noster hæc omnia: nouemq; Musas pari studio colit, maiore scilicet voluntate quàm facultate. Eoq; propensius fortasis laudandus est, ꝙ omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. Ita vt contrà in maleficijs, etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur cruenta mente, pura manu. Ergò sicut ad pœnam sufficit meditari punienda, sic & ad laudem satis est conari prædicanda. Quæ autem maior laus, aut certior, quàm Carthagini benedicere, vbi tota ciuitas eruditissimi estis, penes quos omnem disciplinam pueri discunt, iuuenes ostentant, senes docẽt? Carthago prouinciẹ nostrẹ magistra venerabilis: Carthago Africæ Musa cœlestis, Carthago Camœna togato-

a austerulam.
b enimuerò
c vniuersas
d vester

na togatorum. Habet interdum & necessaria festinatio honestas moras, sæpe vti malis interpellatam voluntatem. Quippe & illis, quibus curriculo confecta via opus est, adeò vt præoptent pendere equo, quàm carpento sedere, propter molestias sarcinarum, & pondera vehiculorum, & moras orbium, & salebras orbitarum, adde & lapidum globos, & caudicum toros, & camporum riuos, & collium cliuos. Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt deuitari, aduectorem sibimet equum deligunt, diutinæ fortitudinis, viuacis pernicitatis: idem & ferre validum, & ire rapidum:

Qui campos collesq; gradu a perlabitur.

Imò, vt ait Lucilius, tum cũ eo equo per viam concito peruolant: si quẽ interea conspicantur ex principalibus viris nobilem hominẽ, bene consultum, bene cognitum, quamquam oppidò festinant, tamen honoris eius gratia cohibent cursum, releuant gradum, retardant equũ, & illicò in pedes desiliunt, fruticem, quem verberando equo gestant, eam virgam in læuam manum transferunt. Itaque expedita dextra adeunt, *b* auscultant: & si diutulè ille quippiam percontetur, ambulant diutulè, & fabulantur. Denique quantumuis moræ in officio *c* libenter insumunt. Crates ille, Diogenis sectator, qui vt lar familiaris apud homines ætatis suæ Athenis cultus est, nulla domus ei vnquam clausa erat: nec erat patrisfamiliâs tam

a perlabitur vno, vt ait Lucilius.

b ac salutant.

c libentur

Crates.

tam abſconditum ſecretum, quin eò tempeſtiuè Crates interueniret, litium omnium & iurgiorum inter propinquos diſceptator atque arbiter. Quòd Herculem olim poëtæ memorant, monſtra illa immania hominum ac ferarum virtute ſubegiſſe, Orbemque terræ purgaſſe: ſimiliter aduerſum Iracundiam & Inuidiam, atque Auariciam atque Libidinem, cæteraque animi humani monſtra & flagitia. Philoſophus iſte Hercules *a* fuit, eas omneis peſtes mentibus exegit, familias purgauit; malitiam perdomuit, ſeminudus & ipſe, & claua inſignis: etiam Thebis oriundus, vnde Herculem fuiſſe memoria extat. Igitur priuſquam planè Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus eſt; lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata veſtibulo, ipſe bene veſtitus, bene prædiatus: poſt, vbi intellexit nullum *b* ſibi vitæ famulare præſidium legatum, quo fretus ætatem agat, omnia fluxa infirmaque eſſe: quicquid ſub cœlo diuitiarum eſt, eas omneis ad bene viuendum non quicquam eſſe: ſicuti nauem bonam fabrefactam, bene intrinſecus compactam, & extrinſecus eleganter depictam, mobili clauo, firmis rudentibus, procero malo, inſigni carcheſio, ſplendentibus velis, poſtremò omnibus armamentis idoneis ad vſum, & honeſtis ad contemplationem. Eam nauem ſi aut gubernator non agat, aut tempeſtas agat, vt facilè cum illis egregijs inſtrumentis aut profunda hauſerint, aut ſcopuli *c* comminuerint?

Hercules philoſophus.

a fuit. Eas

b ſibi in re familiari præſ.

c commi-

nuerint? Sed & medici cùm intrauerint ad ægrum vti visant, & nemo eorum quòd tabulina perpulchra in ædibus cernant, & lacunaria auro oblita, & gregatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantes, ægrum iubet vti sit animo bono: sed vbi iuxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertractat, venarum pulsum & momenta captat, si quid illic turbatum atque inconditum offendit, illi renunciat, malè morbo haberi. Diues ille cibo interdicitur, ea die in sua sibi copiosa domo panem non accipit: cùm interea totum eius seruitium hilares sunt, atque epulantur. Nec in ea re quicquam efficit conditione. nuerint.

L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOphi Platonici,

DE DOGMATE PLATONIS LIBER VNVS.



LATONI habitudo corporis cognomentum dedit. namque Aristocles priùs nominatus: a Aristo ei fuisse pater dictus est. Cæterùm Perictione Glauci filia mater fuit, & de vtroq; nobilitas satis clara. Nam Aristo pater per Codrum, ab ipso Neptu- no ori-

Plato priùs Aristocles.

a Et Ariston pater

Aristo,

no originem duxit. Ab Solone sapientissimo, qui legũ Atticarũ fundator fuit, maternus deriuatus est sanguis. Sunt qui Platonẽ augustiore conceptu prosatũ *a* dicũt. Cùm quidẽ Apollinis figuratio Perictionæ se miscuisset. Mensẽ etiã qui apud Atticos *b* Thargilion dicit', natus est, die qua apud Delon Latona fertur. Apollinẽ Dianamq; peperisse. Pridie Socratẽ genitũ accepimus. Somnium etiam Socratis *c* circũferunt. nam vidisse sibi *d* visum esse cygni pullũ ex altari, quod in academia Cupidini consecratum est, volasse, & in eius gremio resedisse: & postea olorem illum pennis cœlum petisse, canore musico auditus hominum deorumque mulcentem. Cùm hoc ergo Socrates in *e* conuentum hominum referret; Aristo Platonem puerum oblaturus Socrati magistro commodùm prosequebatur. Quem vbi aspexit ille, ingeniumque intimum de exteriori conspicatus est facie: Hic ille erat amici, inquit, de Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur, ac de talibus Plato, non solùm heroum virtutibus præstitit, verùm etiam *f* æquiparauit diuũm *g* potestatibus. Nam Speusippus, domesticis instructus documentis, pueri *h* eius in ære partiendo ingenium, & admirandæ verecundiæ indolem laudat; & pubescentis primitias labore atque amore studendi imbutas refert, & in viro harum incrementa virtutum & cęterarũ conuenisse testatur. Ex ijsdẽ genitoribus *i* Glauco & Adimanthus ei fratres fuerũt.

Docto-

a dicant:
b Thargelion
c scitum fertur,
d visus est
e cõuentu
f æquiperauit
g potestatis.
h eius acre in percipiendo
i Glaucus & Adimãtus fratres

Doctorem habuit in prima literatura Dionysium; at in palæstra Aristonem, Argis oriundum. Tantosque progressus exercitatio contulit ei, vt Pythia & Isthmia a de lucta certauerit: picturæ non aspernatus artem, Tragœdis & dithyrambis se vtilem finxit. Iamque carminum confidentia elatus, certatorem se profiteri cupiebat: nisi Socrates humilitatem cupidinis ex eius mentibus expulisset, & veræ laudis gloriam in eius animum inserere curasset. Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus. Verùm cùm se Socrati dedisset, non solùm ingenio atque doctrina cæteros Socraticos vicit; verùm etiam labore & elegantia illustrauit. Sapientiam ab eo sibi traditam labore quoque asserere nisus est, & b elegâtia, per quam venustate & maiestate verborum c plurimum adhibuit dignitatis. Sed posteaquam Socrates homines reliquit, quæsiuit vnde proficeret, & ad Pythagoræ disciplinam se contulit. Quam, etsi ratione diligenti & magnifica instructam videbat; rerum tamen continentiam & castitatem magis cupiebat imitari. &, quod Pythagoreorum ingenium adiutum alijs disciplinis sentiebat, ad Theodorum Cyrenas, vt Geometriam disceret, est profectus: & Astrologiam adusque, Ægyptum iuit petitum, vt inde Prophetarum etiam ritus addisceret. Et ad Italiam iterũ venit, & Pythagoræos, Eurytum Tarentinum & seniorem Archytam sectatus, atque ad Indos & Ma-

Platonis præceptores.

a de lucta.

b eleganti perq; venusta maiestate

c plurimùm ei adhibuit

& Magos intendisset animum, nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica. Quapropter inuenta Parmenidis ac Zenonis studiosius executus, ita omnibus quæ admirationi sunt singula suos libros expleuit; vt primus tripartitam Philosophiam copularit: sibique inuicem necessarias parteis neque pugnare inter se tantummodò, sed etiam mutuis adiuuare auxilijs ostéderit. Nam quamuis de diuersis officinis hæc ei essent Philosophiæ membra suscepta, Naturalis ab *a* Heraclitæis, intellectualis à Pythagoræis, Rationalis atque Moralis *b* ab ipso Socratis fonte: vnum tamen ex omnibus, & quasi ꝓprij partus corpus effecit. Et cùm principes harum familiarum impolitas sententias, & *c* incomptas auditoribus tradidissent, eas hic, cùm *d* oratione limando, *e* tum ad orationis angustæ honestissimam speciem deducendo, perfectas atque etiam admirabiles fecit. Multi auditorum eius vtriusque sexus in Philosophia floruerunt. Patrimonium in hortulo, qui Academiæ iunctus fuit, & in duobus ministris, & in patera qua dijs supplicabat, reliquit. Auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestauit. Cæterùm tres eius ad Siciliam aduentus, mali quidam carpunt diuersis opinionibus differentes. Sed ille primò historiæ gratia, vt naturam Ætnæ, & incédia concaui montis intelligeret: secundò peti u Dionysij, vt Syracusanis asisteret, profectus est, & vt municipaleis leges eius prouinciç disceret:

a Heraclitis, *b* ex

c inchoatas auditorib. *d* ratione *e* tum etiã ad

Platonis in Siciliam peregrinationes.

disceret: tertius eius aduentus fugientem Dionem, impetrata à Dionysio venia, patriæ suæ reddidit. Quæ autem consulta (quæ dogmata Græcè licet dici) ad vtilitatem hominũ, viuendiq; & intelligendi & loquẽdi rationem extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam treis partes Philosophiæ congruere inter se primus obtinuit, nos quoq; separatim dicemus de singulis, à naturali Philosophia facientes exordium. Initia rerum esse tria arbitratur Plato, Deum, & Materiam, rerumque Formas: quas Ideas idem vocat, inabsolutas, informes, nulla specie vel qualitatis significatione distinctas. Sed hæc de Deo *a* sentit, quòd sit incorporeus. Is vnus, ait, aperimetros, genitor, rerumq; omnium extortor, beatus & beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta. Quem quidem cœlestem pronunciant, indictum, innominabilem, & (vt ait ipse) *b* ἄῤῥητον, ἀκατωνόμαστον. Cuius naturam inuenire difficile est: si inuenta sit, in multos eam enunciari non posse. Platonis hæc verba sunt: θεὸν εὑρεῖν μὲν οὐ ῥᾴδιον, νοῆσαι δὲ ἀδύνατον. id est, *Deum quidem inuenisse haud facile est, intellexisse autẽ impossibile.* Materiam verò improcreabilem, incorruptamq; commemorat: non ignem, neq; aquam, nec aliud de *c* principijs absolutis elementis esse: sed ex omnibus primam figurarum capacem, factioniq; subiectam, adhuc rudem, & figurationis qualitate viduatam, Deus artifex conformat vniuersam. Infinitam verò iccirco, quòd ei sit inter-

Rerum initia tria.

Deus.

a sentit. Quòd

b ἀόρατον, ἀδάμαστον.

Materia.

c princi- pijs & abs.

minata magnitudo. Nam quod infinitum eſt, indiſtinctum magnitudinis habet finem: atque ideo, cùm viduata ſit fine, infinibilis rectè videri poteſt. Sed neque corpoream, neq; ſanè incorpoream eſſe concedit. Ideó autem non putat corpus, quòd omne corpus ſpecie qualicunq; non careat. Sine corpore verò eſſe non poteſt dicere, quia nihil incorporale corpus exhibeat, ſed vi & ratione ſibi eam videri corpoream. Atque ideo nec actu ſolo, neq; tamen ſola opinione cognitionis intelligi. Nanq; corporea propter inſignem euidentiam ſui, ſimili iudicio cognoſci. Sed quæ ſubſtantiam nō habent corpoream, cogitationibus ea videri: vnde adulterata opinione, ambiguam materiæ huius intelligi qualitatem. Ideas verò, id eſt, formas omnium ſimplices & æternas eſſe, nec corporales tamen. Eſſe autem ex ijs quæ Deus ſumpſerit, exempla rerum quæ ſunt, erúntve: nec poſſe amplius quam ſingularum ſpecierum ſingulas imagines in exemplaribus inueniri, gignentiumque omnium ad inſtar cæræ
a figurationes formas & a ſignificationes ex illa exemplo-
b impreſſione rum b figuratione ſignari τὰς οὐσίας, quas eſſentias dicimus, duas eſſe ait, per quas cuncta gignantur, mundusque ipſe: quarum vna, cogitatione ſola concipitur: altera, ſenſibus ſubijci poteſt. Sed illa quæ mentis oculis comprehenditur, ſemper & eodē modo & ſui par, & ſui ſi-
c Atenim milis inuenitur, vt quæ verè ſit. c Etenim altera opinione ſenſibili & irrationabili æſtimāda eſt,

quam nasci & interire ait: & sicut superior verè esse memoratur, hanc verè non esse possumus dicere. Et primæ quidem substantiæ vel essentiæ primùm Deum esse & mentem, formasque rerum, & animam. Secundæ substantiæ, omnia quæ informantur, quæque gignuntur, & quæ ab substantiæ superioris exemplo originem ducunt, quæ mutari & conuerti possunt, labentia, & ad instar fluminum profuga adhuc illa, quam dixi, intelligendi substantia, quoniam constanti nititur robore: & quæ de ea disputantur, ratione stabili & fide plena sunt. At *a* huius quæ veluti vmbra & imago est superioris, rationes quoque & verba, quæ de ea disputantur, *b* in constanti sunt disciplina. Initium omnium corporũ materiam esse memorauit. Hanc & signari impressione formarum. Hinc prima elementa esse progenita, ignem & aquam, terram & aëra. Quæ si elementa sunt, simplicia esse debent, neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari. Quæ istis euenit, quarum substantia multimoda potestate, *c* commixtione conficitur. Quæ cùm ordinata, permixtaq. essent, ab illo ædificatore mundi Deo ad ordinem, numeris & mensuris in ambitum deducta sunt. Hæc è plurimis elementis ad vnum redacta esse: & ignem quidem & aëra & aquam *d* habere principium ex trigono, quę sit anguli recti, non paribus angulis Et prioris quidem formæ tres species existere: pyramidem, & octangulũ, & vigesiesan-

a huius;

b inconstanti.

c coitione

d habere originem atq; princ.

gulam sphæram, non paribus. Terram verò, directis quidem angulis, trigonis, & vestigijs paribus esse. Et prioris quidem formæ tres species existere, pyramidem, octangulam, & vigintiangulam. Sphæram & pyramidem figuram ignis in se habere, octangulam verò aëris, angulatam vicies sphæram aquæ dicatam esse. æquipedum verò trigonũ efficere ex sese quadratum. Quadratum verò cubum, quæ terræ sit propria. Quapropter mobilem pyramidis formam igni dedit, quòd eius celeritas agitationi videatur esse consimilis. Secundæ velocitatis octangula sphæra est. Hanc aëri detulit, qui leuitate & pernicitate post ignem secũdus esset. *a* Vigesimalis sphæra est loco tertio. Huius forma fluida & volubilis, & aquæ similior est visa. Restat tesserarum figura: quæ cùm sit immobilis, terræ constantiam non absurdè sortita est. Et alia initia inueniri forsitan posse, aut quæ Deo nota sunt, vel ei qui sit dijs amicus. Sic de primis elementis igni & aqua, cæterisq;. & illa constare particulatim animalium & inanimantium corpora, Mundumque omnem ex omni aqua, totoque igni & aëris vniuersitate, cunctaque terra esse factum: & non solùm nullam horum partem extra orbem relinqui, sed nihil quidem *b* eius & extrinsecus inueniri. Hæc autem inuicem ex se apta & connexa esse. Iccircoque in igne atque in terra, & aqua & aëre esse situs. Et sicut ignis aëris cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrenæ iungatur.

a Vicenalis

b eius extrinsecus

gatur. Hinc vnum esse Mundum, & in eo omnia, nec relictum esse locum: nequa elementa superesse, ex quibus alterius Mundi corpus posit esse. Ad hæc attributa est ei perpetua iuuentus, & inuiolata valetudo. Eoque nihil præterea extrinsecus est relictum, quod corrumpere posset eius ingenium: *a* etsi superesset nō eum læderet, cùm ita apud se ex omni parte compositus atque ordinatus foret, vt aduersantia & contrariæ naturæ, disciplinæque eius officere non possent. Iccirco autem perfectissimo & pulcherrimo mundo instar pulchræ & perfectæ sphæræ à fabricatore Deo quæsitum est, vt sit nihil indigens: sed operiens omnia, coërcensque contineat, pulcher & admirabilis, suiq; similis, sibique respondens. Hinc illi & septem motus locorum habeantur, *b* progressus & retrocessus, dexterioris ac sinistri, sursum & deorsum nitentium, & quæ in gyrum circuitumque *c* torquentur. Hæc vna Mundo relicta est sapientia & prudentia propria, vt rationabiliter volueretur. Et hunc quidem Mūdum nunc sine initio esse dicit: alias originem habere, natumque esse. Nullum autem eius exordium atque initium esse, ideò quòd semper fuerit. Natiuum verò videri, quòd ex his totius natura & substantia constet, quæ nascendi sortitæ sunt qualitatem. Hinc & tangitur & videtur, sensibusque corporis est obuius. Sed quod ei nascendi causam Deus præstitit, ideo *d* immortalis est semper futurus. Animam

Mundus vnus

a & si

Motus septem.

b processus

c torquēt.

Sex superioribus remotis, hæc vna

d immortali perseuerantia est

Anima.

verò animantium omnium non corpoream esse, nec sanè perituram cum corpore fuerit absoluta, *a* omniq; gignentium esse seniorem, atque ideo & *b* imperare & regere ea quorum curam fuerit diligentiamq; *c* secuta, ipsamque semper & per se moueri, agitatricem aliorum, quæ natura sui immota sunt atq; pigra. Sed illá cœlestem animam, fontem animarũ omnium optimam & sapientissimá virtutem esse genitricem, *d* subseruire fabricatori Deo, & præstò esse ad omnia inuenta eius *e* annunciat. Verùm substantiá mẽtis *f* eius numeris & modis cõfici cõgeminatis ac multiplicatis *g* argumẽtis, incremẽtisq; per se & extrinsecus partis. & hinc fieri, vt Musica mundus, & canore moueatur. Naturasque rerum binas esse, & earum alteram esse quæ veniat in mentem, quam quidem *δοξαστὴν*: id est, opinabilem appellat Ille, & quę videri oculis & attingi manu possit: alteram cogitabilem & intelligibilem. (detur enim venia nouitati verborum, rerum obscuritatibus seruienti:) & superiorem quidem partem mutabilem esse, ac facilem contuenti: hanc autem, quæ mentis acie videtur, & penetrabili cogitatione percipitur atque *h* conspicitur, incorruptam, immutabilem, constantem, eandemq; & semper esse. Hinc & duplicem rationem, interpretationemq; dicit. Namque illa visibilis, fortuita & muta, perseueranti suspicione colligitur; at hæc intelligibilis, vera, perenni & constãti ratione probatur esse. Tẽpus verò æui esse imagi-

a omniũq;
b imperitare
c sortita:
d subseruire etiam
e pronũciat.
f huius
g augmẽtis
Duplices rerum naturæ.
h concipitur.
Duplex ratio.
Tempus.

imaginem: siquidem tempus *a* mouetur, & perennitas fixa & immota est natura: & ire in eam tempus, & in eius magnitudine *b* finiri ac dissolui posse, si quando hoc decreuerit fabricator mundi Deus. Eiusdem temporis spacijs mensuras mundanæ *c* conuersationis intelligi. Solis quippe & Lunæ globum hoc facere, cæterasque stellas, *d* quas rectè erroneas & vagas dicimus. nostræ enim super earum cursibus opiniones, disputationesq; possunt in errorem intellectũ inducere. Cæterùm ille rerũ ordinator ita reuersiones earum, ortus, obitus, recessus, moras, progressusq; constituit, vt ne modico quidem errori locus esset. Dies quippe cum noctibus mensium spacia complere, menses vicissim annorum orbes inuoluunt: nec prius, quàm signa hæc *e* in lucem ardere cœperunt, iniri potuerunt temporum numeri. *f* Perituram esse obseruationem computationis huius, si hic olim chorus antiquus steterit: namq;, vt mensuræ & reuersiones temporum noscerentur, circuitusque Mundi videretur, Solis *g* intensa sunt lumina. vicissim vt quies desiderata proueniret animantibus, opacitas est inuenta noctis: mensesq; effici, cum luna circuli sui completo curriculo, ad eundem locũ à quo discesserit reuertatur: anni verò spacia concludi, cùm sol quadrinas temporum contigerit vices, & ad idem signũ fuerit inuectus. Horum enumeratio in se reuertentium, & à se proficiscẽtium, intellectu cogitationis inuenit.

a mouet, perennitatis

b fluere

c conuersionis

d quas nos non rectè

Diei & noctis ratio.

e in luce siderea ard.

f Perituram quoq; esse

g incensa sunt lumina & viciss.

Menses.

Ann.

Esse autem stellarum nihilominus certos ambitus, legitimis curriculis perpetuò *a* seruatis, quos vix hominũ solertia comprehendit. Vnde fit vt & Magnus ille vocitatus annus, facilè noscatur: cuius tempus implebitur, cùm vagantium stellarum comitatus ad eundem peruenerit finem, nouumq; sibi exordium & itinera per vias Mundi reparauerit. Globorum verò cœlestium inter se nexorũ per vices mutuas, omnium supremum esse eum, qui *b* inerrabili meatu censetur: eius amplexu cæteros coërceri. Et esse ἀπλανῆ primum ordinem, secundum Saturno datum, Ioui tertium, Martem quartum tenere, quintum Mercurio dari, sextum Veneris esse, septimum Solis itineribus *c* incedi, octauum metiri Lunam. Exinde elementis omnia ac principijs occupari. Ignem autem alijs superiorem esse, mox aëris locum: hinc aquæ proximum: & tunc globum terræ in medio situm æqualem loco, ac figura immobilem stare. Hos astrorum ignes sphæris affixos, perpetuis atque indefessis cursibus labi: & hos animales deos dicit esse. Sphærarum verò ingenium ex igne coalitum & fabricatũ. Iam ipsa animantium genera in *d* treis species diuiduntur: quarum vna est ex natura ignis eiusmodi, qualem Solem & Lunam videmus, cæterasque siderum stellas: alterum ex aëria qualitate, hanc esse dæmonum dicit: tertium ex aqua terraq; coalescere, & mortale genus corporũ ex eo diuidi, terrenũ atq; terrestre.

a seruatos,

Annus magnus.

Sphærarum cœlestium situs.

b inenarrabili

c incendi,

Elementorum dispositio.

Animantiũ genera.

d quatuor

ſtre. ſic enim a χοϊκὰ cenſuit nominanda: terrenumque eſſe arborum, cæterarumq; frugum, quæ humi fixæ vitam trahunt. Terreſtria verò, quæ alit ac ſubſtinet tellus. Deorũ trinas nuncupat ſpecies: b quorum eſt vnus ſummus, primus & ſolus ille vltramundanus, incorporeus, quam patrem & architectum huius c diui orbis ſuperiùs oſtendimus. Aliud genus eſt, quale aſtra habent, cæteraque numina, quos cœlicolas vocamus. Tertium habent, quos medioximos Romani veteres appellant, quòd ex ſui ratione & loco & poteſtate dijs ſummis ſunt minores, hominum natura profectò maiores. Sed omnia quæ naturaliter & propterea rectè feruntur, Prouidentiæ cuſtodia gubernantur, nec vllius mali cauſa Deo poterit aſcribi. Quare d hæc omnia ad fati ſortem e arbitrantur eſſe ferenda. Ita enim definit, prouidentiam eſſe diuinam ſententiam, conſeruatricem proſperitatis eius, cuius cauſa tale f ſuſcipit officium. Diuinam legem eſſe fatum, per quod ineuitabileis cogitationes Dei, atque incepta complentur. Vnde ſi quid Prouidentia g agitur, id agitur etiá fato: & quòd fato terminatur, Prouidentia debet ſuſceptum videri. Et primam quidem Prouidentiam eſſe ſummi exuperantiſſimique Deorum omnium, qui non ſolùm deos cœlicolas ordinauit, quos ad tutelam & decus per omnia Mundi membra diſperſit, ſed natura etiam mortaleis deos, qui præſtarẽt ſapientia cęteris terrenis animãtibus,

a χερσαῖα,
Deorum ſpecies.
b quarum eſt prima vnus & ſolus ſumm.
c diuini
d nec
e arbitratur
Prouidẽtia.
f ſuſcepit
Fatum.
g geritur.

ad æuitatem temporis edidit, fundatisque legibus reliquarum dispositionum, ad tutelam rerum quas quotidie fieri necesse est, dijs cæteris tradidit. Vnde susceptam Prouidentiam dij secundæ prouidentiæ ita *a* grauiter retinent, vt omnia etiam *b* quæ à cœlestibus mortalibus exhibentur, immutabilem ordinationis paternæ statum teneant. Dæmones verò, quos Genios & Lareis possumus nuncupare, ministros deorum arbitrantur, custodesque hominum & interpretes, si quid à dijs velint. Nec sanè omnia referenda ad vim fati putat: sed esse aliquid in nobis, & in fortuna nonnihil: & *c* fortunæ improuidos casus ignorari à nobis fatetur. Instabile enim quiddam, & incurrens *d* intercedere ea solere, quæ consilio fuerunt & meditatione suscepta, quæ non patiatur meditata ad finem venire, & tunc quidem cùm impedimentum *e* illud vtiliter prouenit, res illa felicitas nominatur: at vbi repugnationes istæ nociuæ erunt, infelicitas dicitur. Omnium verò terrenorum, nihil homine præstantius prouidentia dedit. Quare ijdem homines bene pronunciarunt, esse animam corporis dominam. At enim cùm tres partes *f* animi dicat esse: rationabilem: id est, mentis optimam portionem, hanc ait capitis arcem tenere: Irascentiam verò procul à ratione, ad domicilium cordis deductam esse, *g* obsequi eam & respondere in loco sapientiæ: cupidinem atque appetitus *h* postremam

a gnauiter
b quæ cœlitus mort.
Dæmones.
c fortunæ quidē imp.
d incedere solere,
e istud
Felicitas.
Infelicitas.
Hominis præstantia.
f animæ
Animæ potentia.
g obsequique
h postremam mentis port.

ſtremam portionem, infernas abdominis ſedes *a* obtinere, vt popinas quaſdam & latrinarum latebras, diuerſoria nequitiæ atque luxuriæ. Relegatam verò iccirco longius à ſapientia hanc partem videri, ne importuna vicinitas, & rationem conſtitutàm deſuper cunctorum ſaluti, in ipſa *b* cognationum vicinitate perturbaret. Totum verò hominem in capite vultuque eſſe. Namque prudentiam, ſenſusque omneis, non aliàs quàm illa parte corporis contineri. Cætera enim membra ancillari & *c* obſeruire: cibos & alia ſubminiſtrare, vectare vt in ſublime poſsit vt dominum atque rectorem, prudentiaque eius à periculis vendicare. Sed machinamenta quibus ad ſentiendas dijudicandasque *d* qualitates ſenſus inſtructi ſunt, ibidem erga regiam capitis conſtituta eſſe, in conſpectu rationis, vt intelligendi atque *e* perſentiendi veritas adiuuetur. Senſus verò ipſi ad ea quæ ſunt ſenſibilia, aptè *f* compoſita, naturæ intelligentiam cognatam tenent. Et primò oculorum acies gemellas perlucidas eſſe: eas quadam luce viſionis illuſtres, noſcendi *g* literas officium tenere. Auditionem verò aëreæ naturæ participem, aërijs nuncijs percipere ſonores. Iam Guſtatus ſolutiores eſſe ſenſus, ideoque *h* humilioribus potiùs & aquoſis *i* commendatos. Tactum etiam terrenum atque corporeum, ſolidiora quæcunque contingi offendique poſſunt ſentire. Eorum etiam quæ

a tenere.

b cogitationũ vtilitate turbaret.

c ſubſeruire,

d quãtitates & qual.

e perſentiſcendi

Senſuum organa.

f cõpoſiti à natura, int.

g luminis

h humidioribus

i commodatos.

a separata intelligentia est. b bifori via od. c mitescentibus. d sentiri, e res integræ & *Sensuum in homine præstantia.* f hominũ solertia eiusmodi g authorq; est, quòd h siderũq; i ortus, eorumq; cum significantibus *Auditus.* k cõdiscceret, *Lingua.* l Sed & totius

corrupta mutantur, a separanda vis intelligenda est. In media nanque regione oris nares natura constituit, quarum b symphonia odor cum spiritu commeat; conuersiones autem mutationesq; odoratus causas dare, easq; de corruptis vel adustis, vel c madescentibus, vel madefactis d sentire. cùm quidem ea quæruntur, vapore & fumo exhalantur: odor in his iudicium, sensusq; succedunt. Nam si e restent integrè, & aër purus, nunquã eiusmodi auras inficiunt. Et sensus quidem ipsi nobis cõmunes sunt cũ cæteris animantibus. At enim f hominis solertia eiusdem modi beneficio diuino instructior g aptiorque, quòd auditus ille est visusque præstantior. oculis nanque metitus est cœlum, h siderum circuitus, & astrorum obitus atque i ortus cum significantibus spacia comprehendit, ex quo pulcherrimus & vberrimus fons ille philosophiæ profluxit. Auditu verò quid homini magnificentius potuit euenire? per quem prudentiam sapientiamq; k disceret, numerosq; orationis metiretur, ac modos faceret, fieretq; totus ipse modulatus ac musicus? Lingua & dentium vallum, & ipsius osculi venustas accessit, quod quidem alijs animantibus ad explendam victus necessitatem, inferendasque ventri copias comparatum est: sed hominis promptuarium potius rectę rationis, & suauissimæ orationis hoc datum est, vt quæ prudẽtia corde cõceperit, ea sensa promat oratio. l Sed totius corporis habitus & figura

gura membrorum alia conditione sunt optima, alia longè peiora. Inferiora reguntur optimatium præstantia, & ipsa ministerium suggerunt victuale. Pedes denique *a* humótenus capiti obediunt, ac superciliorum sepes præmuniunt oculos, ne desuper proruat, quod teneras visiones, molleisque perturbet. Pulmones loco ac sui genere, cordi plurimum consulunt. Cùm exardescit ira, trepidansque celerioribus motibus vertex cordis ipsius madens sanguine, pulmonis excipitur mollitia, siti, frigore. *b* Splenem verò iecori non frustra esse finitimum, vt eius redundantia participatis haustibus releuet, abstergatq; ea quæ sordium fuerint, purumq; ac sincerũ præstet quod maximè fibris est commodũ. Ventrem gyris intestinorum circumplexum, & nexibus impeditũ esse, ne esculenta & poculenta sese penetrarent, sed vt retenta paulisper vtilitatem sui, & *c* sensum animantibus *d* exhiberent, neque exhaustis & labentibus ijs quæ inferuntur, momentis omnibus appetendi cibi necessitas imminerет, & ad hoc vnum occupari nobis dies noctesque necesse esset. Visceribus ossa sunt tecta: eadem reuincta sunt neruis: & tamen ea quæ sunt internuncia sentiendi, sic sunt operta visceribus, ne crassitudine sensus hebetentur. Illa etiam quæ in iuncturis & copulis nexa sunt, ad celeritatem faciliùs *e* se mouendam, haud multis impedita sunt visceribus. Denique ipsius capitis verticem specta: contectum tenui cute,

Pedes.
a humerotenus capiti
Pulmo.
Splen.
b Lienem verò iocinori
Venter.
c censum
d exhiberent: Nam ne exh.
Viscera,
e se mouẽda,

cute. capillisque hirsutum videbis, aduersum vim frigoris & caloris. At enim illæ opumæ sunt partes, quas labor subigit: vt *a* femina, ipsaque sessitandi regio est. Quid de cibatu ipso loquar? quê itinera ex vtero *b* manentia. fibris iecoris adiuncta, dispertiunt in cruoris *c* simili-tudinê versum, vt eum ex eo loco per omneis artus natura solers deriuari faciat. Sed regione cordis venarum meatus oriûtur, per *d* pulmonis spiracula viuacitatem transferentes, quam de corde susceperût, & rursus ex illo loco diuisæ per membra in totum hominem iuuant spiritum. *e* Hinc ille anhelandi vices haustæ, redditæque alterno modo, ne mutuis impediâtur occursibus. Venarum diuersæ sunt qualitates, quas ad *f* procurandum eregione seruitium, per medullas renum commeare, & suscipi *g* inguinum loco certum est, & rursum venarum genitale semen humanitatis exire. At cùm totius *h* corporis dicat esse substantias, primam vult videri ex igne & aqua & cæteris elementis: aliam ex consimilibus partibus viscerum, ossiculorum, cruoris, & cæterorum: tertiam de discrepantibus diuersisque membris: id est, capite, vtero, & articulis disparibus: *i* vnde substantia, quæ de simplicibus constat elementis, si id quod ex necessitate victus extrinsecus arrogatur, quomodo *k* congruit generi singulorum, qualitatem corporis temperiemq; custodit: at illis quæ de consimilibus *l* robur, his quæ inter se disparia suprà diximus,

a femina ipsa quæ

Cibatus.

b manâtia

c habitudinem

Venarum ortus & qualitates.

d pulmonû

e Hîc

f procreâdû è regione ceruicû, per

g ignium *al.* in inguinum

h corporis duas dicat

i Vnde & subst.

k congruit & gen.

l robur auget his

diximus, pulchritudinem nutrit: & simul æqualitas illa sicci, humidi, feruentis ac frigidi, sanitatem, vireis, speciemq; largitur: sicut illa intemperans atq; immoderata permixtio, singulis vniuersisque vitiatis, *a* anima celeri exitio *b* corripitur. Tripartitam animam esse dicit. primam eius rationabilem esse partẽ: aliam excandescentiam, vel *c* irritabilem: tertiam appetitum, eandemq; cupiditatem possumus *d* dicere. Sed tunc animanti sanitatem adesse, vireis & pulchritudinem, cùm ratio totum regit, parentq; inferiores duæ partes, *e* concordesq; inter se iracundia & voluptas, nihil appetunt, nihil *f* commouent, quod inutile esse *g* dixerit ratio. Eiusmodi ad *h* æqualitatem partibus animæ temperatis, corpus nulla *i* conturbatione frangitur. Alioquin inuehit ægritudinem, inualentiamque & fœditatem, cùm incompositæ & inæquales inter se erunt: cùm irascentiam & consilium subegerit, sibique subiecerit cupiditas: aut cùm dominam illam reginamq; rationem, licet obsequente, & k placata cupidine, ira flagrantior vicerit. Sed ægritudinem mentis stultitiam dicit esse, eamque in parteis duas diuidit: quarum vnam imperitiam nominat, alteram insaniam vocat. & imperitiæ morbum ex gloriosa iactatione contingere, cum eorum quorum ignarus est *l* aliquis, scientiam mentitur. Furorem verò, pessima consuetudine & libidinosa vita solere euenire: hancq; insaniã nominari, quam vitiosa qualitas corporis *m* prodidit,

a animal
b corrumpit.
Animal tripartita.
c irritabilitatem:
d nuncupare.
e concordantesque
f commonent,
g duxerit
h æquabilitatem
i perturbatione
k pacata
Aegritudo mentis.
Imperitia
l aliquis, doctrinam scientiáq;
Furor.
m prodit.

didit, cũ ea quę sunt rationi parata in ipso vertice, importunis a auxilijs coartantur. At enim tunc hominẽ esse perfectũ, cùm anima & corpus æqualiter copulãtur, & inter se conueniũt, sibiq; respõdent, vt firmitas mentis prȩualentibus corporis viribus non sit inferior. Corpus verò tunc natiuis incremẽtis augetur, cùm valetudinis portio procurata salubriter modum necessarij victus nescit excedere, nec valetudo obteritur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarcinæ immoderatius inuecti, vel non vt oportet digesti distributique per corpus. Tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum & vireis retinent, cùm id quod infertur ad totius corporis conseruationem, veluti singillatim exæquatum cunctis partibus diuiditur. Verùm enimuerò cùm id minimè fit, tunc sequitur exitium corporis.

a angustijs

Homo perfectus.

Corpus quãdo validũ.

L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOphi Platonici,

DE PHILOSOPHIA LIBER VNVS.



ORALIS b Philosophia caput est, Faustine fili, vt scias, quibus ad Beatam vitam perueniri rationibus possit. Verùm ad beatitudinem ante alia bonorum fine

b philosophiæ

fine contingenti, vt ostendam, quæ de hoc Plato senserit. Bonorum igitur alia eximia ac prima per se dicebat esse: per *a* perceptionem cætera fieri bona existimabat. Prima bona esse Deum summum, mentemq; illā quam τὸν νοῦν idem vocat. Secundum ea, illas quæ ex priorum fonte profluerēt, esse animi virtutes, prudentiam, iusticiam, pudicitiam, fortitudinem. Sed his omnibus præstare prudentiam. secundam numero ac potestate continentiam posuit: has iusticiam sequi, fortitudinem quartam esse. Differentiam hanc bonorum esse constituit. Partim diuina per se, & prima, simplicia dici bona, alia hominum: nec eadem omnium existimari. Diuina *b* quippe esse, atque simplicia, virtutes animi. Minora autem bona, eaque quorundam esse quæ cum corporis cōmodis congruunt, vt illa quæ nominamus: *c* Externa, sapientibus, & cum ratione ac modo viuētibus, sunt sanè bona: stolidis, & eorum vsum ignorantibus, oportet esse mala. Bonorum primum est verum, & diuinum, illud optimum, & amabile, & concupiscendum, cuius pulcritudinem rationabiles appetunt mentes, natura duce, instinctæ eādem ad eius ardorem: *d* sed quæ non omnes adipisci queunt. Qui neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere, ad id feruntur quod hominum est. Secundum, nec commune multis, nec quidem omnibus similiter bonum. Namq; appetitus, & agēdi aliqd cupido, aut vero bono

Bonorum diuisio.

a præceptionem

b quapropter

c Externa: quæ sap.

d & quod

eee inci-

incitatur, aut eo quod videatur bonum. vnde natura duce cognatio quædam eſt cum bonis, ei animæ portioni, quæ rationi conſentit. Accidens autem bonum eſſe putatur, quod corpori, rebusque venientibus extrinſecus copulatur & illum quidem qui natura imbutus eſt, ad ſequendum bonum, non modò ſibimet intimatum putat, ſed omnibus etiam hominibus: nec pari aut ſimili modo, verùm etiam vnumquenque acceptum eſſe, dehinc proximis, & mox cæteris qui familiari vſu vel noticia iunguntur. Hominem ab ſtirpe ipſa neq; abſolutè bonum, nec malum naſci, ſed ad vtrunque procliue ingenium eſſe. habere quidē ſemina quædam vtrarumque cum naſcendi origine copulata, quæ educationis diſciplina in partem alteram debeant emicare. Doctoresq; puerorū nihil antiquius curare oportet, quàm *a* vt amatores virtutum vel inter ſe moribus & inſtitutis eos ad id prorſus *b* imbibere, vt regere & regi diſcant magiſtra iuſticia. Quare præter cętera induci ad hoc cęteros oportere, vt ſciant quæ ſequenda fugiendaque ſint, honeſta eſſe, ac turpia, illa voluptatis, hæc laudis. Hactenus dedecoris ac turpiturdinis, honeſta eadémque quæ ſunt bona, confidenter optare nos oportere. Tria genera ingeniorum ab eo ſunt comprehenſa, quorum præſtans, egregium appellat vnum: alterum, deterrimum peſſimumque: tertiumq; ex vtroq; medio temperatum, medium nuncupauit. Mediocritatis huius vult

a vt ſint am.
b imbuere,

Tria genera ingeniorum

vult esse *a* participem puerum docilem, & virum progredientem ad modestiam, eundemq; commodum ac venustum. Eiusmodi *b* enim medietates inter virtutes & vitia intercidere dicebat Tertium quiddam, ex quo alia laudanda, alia culpanda essent. Inter scientiam validã alteram falsam, *c* peruicaci vanitate iactatam: inter pudicitiam, libidinosamq; vitam, & *d* abstinentiam, intemperantiamq; posuit, fortitudini ac timori medios pudorem & ignauiam fecit. Horum *e* quoque quos mediocres vult videri, neque sinceras esse virtutes, nec *f* vitia, tamen mera & intemperata, sed hinc atque inde permixta esse. Maliciam verò deterrimi & omnibus vitijs imbuti hominis dicebat esse: quod accidere *g* dicebat, cùm optima & rationabilis *h* proportio, & quæ etiam imperare cæteris debet, seruit alijs. Illæ verò vitiorum doctrices iracundia & libido, ratione sub *i* iugo missa domantur. Eandem malitiam de diuersis constare, abundantia, inopiaq;. Nec solùm ea *k* in qualitatis vitio claudicare arbitratur, sed etiam incumbere dissimilitudinem. Neque enim posset cum bonitate congruere, quæ à semetipsa tot modis discrepet: & non solùm disparilitatem, sed etiam *l* concinnitatem præ se gerat. Quapropter tres partes animæ, tribus dicit vitijs vrgeri. Prudentiam indocilitas impugnat, quæ non abolitionẽ infert scientiæ, sed contraria est disciplinæ *m* discẽdæ. Huius duas ab eo species accepimus, imperitiam & fatuitatem:

a participes

b quippe medietatis int.

c peruicaciæ

d abstinẽtiam & tẽperantiam pos.

e quippe

f vitia temeraria &

g cẽsebat;

h portio;

i iugum missa domantur.

k inæqualitatis

l inconcinnitatem

Partiũ animarum defectus.

m discẽdi.

tem: quarum imperitia sapientiæ, & fatuitas prudentiæ inueniuntur inimicæ. Iracundiam, audacia. Eius comitatum sequuntur indignatio & incommobilitas, dicta Græcè *a* ἀναλγησία, Ita enim dixerim, quæ non extinguit incitamenta irarum, sed ea stupore deficit immobili. Cupiditatibus luxuriam applicat, id est appetitus voluptatem: & desiderium, ad fruendum potiendumq; haustus inexplebiles. Ex hac manat auaritia, atque lasciuia: quarum altera liberalitatem *b* coërceat, altera immoderatius fundendo patrimonij *c* prodigat facultates. Sed virtutes Plato habitum esse dicit *d* ment's, optimè & nobiliter figuratæ: quæ concordem *e* sibi quietem, constantem etiam eum *f* faciunt cui fuerint fideliter intimatæ, non tantummodò verbis, sed factis & etiam secũ & cum cæteris. Hoc verò procliuius, si ratio in regni sui solio constituta sit, appetitus & iracundias semper domitas & in frenis *g* habet Ipsæq; ita obediunt, vt tranquillo ministerio fungantur. Vnimodam verò esse virtutem, quod bonum suapte natura adminiculo non indiget. perfectum autem cùm sit, solitudine debet esse contentum. Nec solùm qualitas, verùm etiam similitudo cum virtutis ingenio coniungitur. Ita enim secum ex omni parte congruit, vt ex se apta sit, sibique respondeat. Hinc etiam medietates, easdemq; virtutes, ac summitates vocat: nec solùm quòd careant redundantia & egestate, sed quòd in meditullio quodam vitiorum sitæ

a ἀναιδυνία.
b coërcet,
c prodigit
Virtutes.
d mētis, optima &
e sibi, quietum,
f facit cui fuerit fideliter intimata. non verbis modò, sed etiā factis secū & cū alijs congruentem.
g habet: ipsique

sitæ *a* sunt. Fortitudo quippe circumsistitur hinc audacia, inde timiditate: audacia quidem confidentia fit abundantia, metus verò vitium deficientis audaciæ. Virtutum perfectæ quædam sunt, imperfectæ aliæ. Et imperfectæ *b* sunt, quæ in omnibus beneficio solo naturæ proueniunt, vel quæ solis disciplinis traduntur, & *c* mag's ratione discuntur. Eas igitur quæ ex omnibus his constant, dicimus esse perfectas. Imperfectas virtutes semet comitari negat. Eas verò quæ perfectæ sunt, indiuiduas sibi, & inter se connexas esse, ideo maximè arbitratur, quòd ei cui sit egregium ingenium, si accedat industria, vsus & disciplina, quam dux rerum ratio fundauerit, nihil relinquetur quod non virtus administret. Omnes virtutes cum animæ partibus diuisit: & illam virtutem quæ ratione sit *d* nexa, & est *e* spectatrix omnium rerum, prudentiam dixit, atque sapientiam. quarum sapientiam, disciplinam vult videri diuinarum humanarumque rerum: Prudentiam verò, scientiam esse intelligendorum bonorum & malorũ, eorũ etiam media quę dicũtur. In ea verò parte quæ iracundior habeatur, fortitudinis sedem *f* esse, vireis animæ, neruósque ad ea implenda, quæ nobis seuerius agenda legum imponuntur imperio. Tertia pars mentis est cupidinum & desideriorum, cui necessariò Abstinentia comes est, quam vult esse seruatricem conuenientiæ eorũ quę natura recta prauaque sunt. In homine ad placentiam ac

a sint.

Virtutum diuisio.

b sunt illæ, quæ

c magistrâ rat.

d nixa,

e spectatrix & dijudicatrix om.

Sapientia.

Prudentia.

f esse & vireis

Abstinentia.

mediocritatem libido reflectitur, actusque voluptarios ratione huius dicit ac modestia coërceri. Per has treis animæ *a* parteis iusticiam æqualiter *b* diuidentes, quas causam esse dicit, vt vnaquæq; *c* potiorem ratione ac modo ad fungendum munus obediat. Hanc ille heros iusticiam modò nominat, nunc vniuersæ virtutis nuncupatione complectitur: & item fidelitatis vocabulo nuncupatur. sed cùm ei à quo possidetur est vtilis, beneuolentia est: at cùm foras spectat, & est fida speculatrix vtilitatis alienæ, iusticia nominatur. Est & illa iusticia, quę quartum vulgata diuisione virtutum locum possidet, quæ cum religiositate, id est ὁσιότητι copulatur: quarum religiositas deûm honori ac supplicijs diuinæ rei mancipata est, illa verò hominum societatis & concordiæ remedium atque medicina est. Duabus autem æqualibus de causis vtilitatem hominum iusticia regit: quarum est prima, *d* minorum obseruantia, & diuisionum æqualitas, & eorum quæ pacta sunt symbola: ad hæc ponderum, mensurarumque custos, & communicatio opum publicarum. Secunda finalis est, & veniens ex æquitate partitio, vt singulis in agros dominatus congruens deferatur, ac seruetur bonis potior, minor non bonis. Ad hæc, bonus quisque natura & industria in honoribus & officijs præferatur: pessimi ciues luce careant dignitatis. Sed ille iustus in deferendo honore, ac seruando, modus est qui est suffragator bonorum & malorũ subiu-

a parteis quartã virtutẽ iustic.
b diuidentes scientiáq; cau.
c potiore
Beneuolentia.
Iustitia.
d numerorum

subiugator: vt semper in ciuitate emineant quę sunt omnibus profutura, iaceant & subiecta sint cum suis *a* actoribus vitia. Quod facilius obtinebitur, si duobus exemplis instruamur: vnius, diuini & tranquilli & beati. *b* alterius, inreligiosi & inhumani, ac meritò intestabilis, vt pessimo quidem alienus, & auersus à recta viuendi ratione, facultates suas diuino *c* illi melior esse velit. Hinc Rhetoricæ duæ sunt apud eum partes: quarum vna est disciplina contemplatrix bonorum, iusti tenax, apta & conueniens cum secta eius qui publicitus vult videri: alia verò adulandi scientia est, captatrix verisimilium, vsus nulla ratione collectus Sic enim ἄλογον τριβὴν elocuti sumus, quæ persuasum velit, quod *d* dicere non valeat. Hanc ἀνάξιον ληκύθου diffiniuit Plato, quam ciuilis articuli vmbram, id est, imaginem nominauit. Ciuilitatem, quam politicen vocat, ita vult à nobis intelligi, vt eam esse ex virtutum numero sentiamus: nec solum agentem, atque in ipsis *e* administrationibus, verùm spectari ab ea vniuersa, atque discerni. Nec solùm prouidentiam prodesse ciuilibus rebus, sed omnem sensum eius, atque propositum fortunatum, & beatum statum facere ciuitatis. Hæc eadem vtilitatem animæ procurat duobus modis. Altera nanq; legalis est, iuridicialis altera. Sed prior consimilis est exercitationi, per quam pulchritudo animæ & robur acquiritur: sicut exerçitatione valetudo corporis, gratiaq; continetur.

a auctoribus

b alterius verò relig.

Rhetoricæ partes.

c illi bono similiores esse

d docere

e administrationibus rerum

Prouidētia duplex.

Iuridicialis illa medicinæ pars est. nam morbis animę medetur, sicut illa corporis. Has disciplinas vocat, plurimumq; earum curationem cõmoditatis afferre profitetur. Harum imitatrices esse coquinariam & vnguentariam. Sed artem sophisticam, professionemque iuris blandam, & assentationum illecebris turpes profitentibus, inutiles cunctis: quarum sophisticam coquinæ coniungit. Nam vt illa medicinæ professione interdum opinionem imprudentium captat, quasi ea quæ agit cum morborum medela cõueniant: sic sophistice imitata iuridicialem statum, dat opinionem stultis, quasi iusticię studeat, quam iniquitati fauere constat. Vnguentariam verò professores iuris imitantur. Nam sicut illa remedio vult esse, per quod species corporibus ac valitudo seruentur, nõ modò vtilitatem corporum minuit, sed robur etiam viresque frangit, *a* iterum colorem ad desidiam sanguinis mutat. Sic hæc in scientiam mutata iuris, simulat quidem virtutem se animis augere, *b* eneruato quod in illis natiuæ fuerit industriæ. virtutes eas doceri & studeri posse arbitratur, quæ ad rationabilem animam pertinent, id est sapientiam & prudentiam. & illas quæ vitiosis partibus pro remedio resistunt: id est, fortitudinem & continentiam rationabiles quidem *c* esse, superiores virtutes pro disciplinis haberi. Cæteras, si perfectæ sunt, virtutes appellat: si semiperfectæ sunt, non *d* illas disciplinas vocandas esse censet, sed non

a verũ colorẽ ac desideriam sang.

b eneruat autẽ quod

c esse, sed sup.

d illas quidem disc.

non in totum exiſtimat diſciplinis alienas. *a* Iuſticia vero, quòd trinis animæ regionibus ſparſa ſit, artem viuendi ac diſciplinam putat: & nũc docilem eſſe, nunc vſu & *b* experientia prouenire. Bonorum autem quædam ſui gratia aſſerit appetenda, vt beatitudinem, vt bonum gaudium: alia non ſui gratia, vt medicinam: alia ſui & alterius, vt prouidentiam, cæteraſque virtutes, quas & ſui cauſa expetimus, vt præſtantes per ſe, & honeſtas: & alterius, id eſt beatitudinis, quæ eſt virtutum exoptatiſsimus fructus. Hoc pacto etiam mala quædam ſui cauſa *c* fugienda ſunt, alia cæterorum, pleraque & ſui & aliorum: vt ſtultitia, & *d* huiuſmodi vitia, quæ & ſui cauſa vitanda ſunt, & eorum quæ accidere ex his poſſunt, id eſt miſeriæ atque infelicitates. Eorum quæ appetenda ſunt, quædam abſolutè bona dicimus, quæ ſemper atque omnibus cùm aſſunt, inuehunt commoda: vt virtutes, quarum beatitas fructus eſt. alia quibuſdam, nec cunctis, vel perpetuò bona: vt vires, valitudo, diuitiæ, & quæcunque corporis ac fortunæ ſunt. Pari pacto, & eorum quæ declinanda ſunt, quædam omnibus ac ſemper videri mala, quoniam nocent atque obſunt: vt ſunt vitia, & infortunia. quædam alijs, nec ea ſemper nocere: vt ægritudinem, egeſtatem, & ſimilia. Sed virtutem liberam, & in nobis ſitam, & nobis voluntate *e* appetendam: peccata verò eſſe non minus libera, & in nobis ſita, non tamen ea ſuſcipi voluntate. Nanque

Iuſticia. *a* Iuſtitiam *b* experiẽdo. *Bonorũ & malorum genera.* *c* fugitãda *d* eiuſmodi *e* appetẽdam. Peccẽ.

ille virtutis ſpectator, cùm eam penitus intellexit bonam eſſe, & benignitate *a* præſtare, eam affectabit profectò, & eam ſectandam exiſtimabit ſui cauſa. *b* Ac item ille qui ſenſerit vitia nō ſolùm turpitudinem exiſtimationi inuehere, ſed nocere alio pacto, fraudiqùe eſſe, quî poteſt ſponte ad earum conſortium ſe *c* ingerere? Sed ſi ad huiuſmodi mala pergit, ac ſibi *d* vſum eorum vtilem credit, deceptus errore, & imagine boni ſollicitatus quidem, ſciens verò ad mala præcipitatur. Diſcrepes *e* quidem à communi ſententia, ſi non quidem ignores, quid inter pauperiem ac diuitias interſit: & cùm hæc in procliui ſita ſint, nec pauperies honeſtatem, vel turpitudinem diuitiæ allaturæ ſint, ſi egeſtatem rerum victui neceſſariarum copijs præferas, ineptire videaris. & adhuc illud abſurdius, ſi quis ſanitatem corporis ſpernat, eligens morbos. Sed illud poſtremæ dementiæ eſt, cùm quis pulchritudinem virtutis oculis animæ viderit, vtilitatemque vſu & ratione perſpexerit, non ignarus quantum dedecoris atque incommodi adipiſcatur ex participatione vitiorum, tamen addictum ſe velit vltijs. Corporum ſanitatem, vireis, indolentiam, cæteraque eiuſmodi bona extraria, item diuitias, & cætera quæ fortunæ commoda *f* dicimus, ea non ſimpliciter bona nuncupanda eſſe. Nam ſi quis ea poſsidens, vſu ſe abdicet, ea *g* ſibi inutilia erunt. *h* Si quis autem eorũ uſum conuerterit ad malas arteis, ea illi etiã noxia videbuntur.

a preſtare, ad eam
b Vt
c iungere?
e quippe
f ducimus,
g illi
h Si quis autẽ ijs abutitur, obnoxius erit vitijs qui ea poſsidet, habere hoc etiam cùm obit non poteſt.

debuntur. Vnde colligitur, bona hæc simpliciter dici non oportere: nec etiam ea quæ sunt morbosa, vt pauperiem, cæteraque existimari mala oportet. Nam qui tenuis est, si *a* modificetur, nullam noxam ex eo *b* sentiet. Etiam qui rectè pauperie sua vtitur, nō solùm nihil capiet incommodi, verùm ad tolerāda cætera melior atque præstantior *c* erit. Si igitur nec habere pauperiem, neque eam ratione regere contrarium *d* est paupertas malum non est. Voluptatem verò neq; bonum esse absolutè, neq; simpliciter malū: sed eam quæ sit honesta, nec pudendis rebus, sed gloriosis actibus veniat, non esse fugiendam: illam verò, quàm aspernatur natura ipsa, turpi delectatione quæsitam, vitari oportere censebat. *e* Solitudinem & laborem, si *f* naturales essent, & ab ipsa virtute descenderent, & essent pro aliqua præclara administratione susceptæ, appetibiles dicebat esse. Sed si aduersum Naturam turpissimarum rerum causa gignerentur, malas *g* detestabilesq; esse. Non sola *h* initia voluntate accidere *i* animis, conuenire corporibus, sed esse medium quendam statum: qualis est, cùm abest tristicia, nec tamen læticiam adesse sentimus Ex his quæ in nobis sunt, primum bonum atque laudabile est virtus, bonū studenti. Ideo honestum appellari oportet: solum quippe quod honestum est, bonum *k* dicimus: & malum, turpe & meritò, quod turpe est, bonum non potest dici. Amicitiam ait sociam, eamq; consensu consistere,

a mo dificetur in sumptibus null.
b sentiet:
c fiet.
d paupertas per se mal.
Voluptas bona aut mala
e Sollicitudinem
f naturabiles
g intestabilesque
h vitia
i animis, & venire
k ducimus, vt &
Amicitiæ.

consistere, reciprocamque esse, ac dilectionis vicem reddere, quando *a* reclamat æqualiter: Hoc amicitiæ commodo prouenit, cùm amicus eum quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Æqualitas ista non aliter prouenit, nisi similitudo in vtroque *b* parilitate charitateque conueniat. Pares enim paribus irresolubili nexu iunguntur, ita discrepantes, & inter se disiuncti sunt, nec aliorum amici. Inimicitiarum autem vitia gignuntur ex maleuolentia per morum dissimilitudinem, & distantiam vitæ, & sectas, atq; ingenia contraria. Alia etiam amicitiæ genera dicit esse, quarum pars voluptatis gignitur causa, pars necessitatis. Necessitudinis & liberorum amor naturæ cõgruus *c* est Alius abhorrẽs ab humanitatis clementia qui vulgo Amor dicitur: & est appetitus *d* ardens, cuius instinctu per libidinem capti amatores corporum, in eo quod viderint, totum hominem putant. Eiusmodi calamitates animarum, amicitias idem appellari *e* vetat, quæ nec mutuæ *f* sunt, nec reciprocari queant, vt ament, quæ redamantur, nec constantia illis assit, & diuturnitas desit, amoresq; eiusmodi *g* societate ac pœnitentia terminentur. Plato tres amores hoc genere dinumerat, quòd sit vnus diuinus, cum incorrupta mente & virtutis ratione conueniens, non pœnitendus. Alter degeneris animi, & corruptissimæ voluptatis. Tertius ex vtroq; permixtus, mediocris ingenij, & cupidinis modicæ.

Animas

a redamat

b parili caritate conueniat. Nã vt pares paribus

c est: ille alius

Amor.

d arens,

e vetat. quod nec

f sunt, sed nec

g sanitate

Amores tres.

Animas verò fusciores impelli cupidine corporum: *a* vnum quod illis propositum est, vt eorum vsura potiantur, atque eiusmodi voluptate & delectatione ardorem suum mulceant. Illæ verò facetæ & vrbanæ sunt. Animas bonorum deamare, *b* & factum velle vti qui potiantur plurimum bonis artibus, & meliores præstantioresq; reddantur. Medias ex utroq; constare: nec delectationibus corporis prorsus carere, & lepidis animarum ingenijs capi posse. Vt igitur ille amor *c* deterrimus ac inhumanissimus atque turpis, non ex rerum natura, sed ægritudine corporali, morboque colligitur: sic ille diuinus, deorum munere beneficioq; concessus, aspirante cœlesti cupidine in animos hominum *d* credatur venire Est amoris tertia species, quam diximus mediam, diuini atq; terreni proximitate collectus, nexuq; & consortio parili copulatus: & vt rationi propinquus eu diuinus *e* ille, ita & terrenus ille turpitudini iunctus est voluptatis. Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt: quarum prima honori petarum est, sequens abstemiorum tertia popularis, tyrannicæ damnationis vltima. Quapropter euenit primum illud mentibus vitium, cùm vigor rationis elanguerit, *f* superiorque robustior fuerit animæ portio in qua ira dominatur, oligarchia dicitur. Ea sic nascitur, cùm propter pessimum *g* pastum eius partis animæ quæ ex cupiditatibus cõstat, non solùm rationabilis & irascẽtiæ loca

possi-

a vnumq; illis propositũ esse, vt

b & studere illis, factũq; velle vti quam plurimum potiuntur bon.

c teterrimus

d creditur

e ille; ita terrenus ille cupidini iunct.

Viri culpabiles qui.

f superiórque & rob.

g pactum

possidentur, sed etiam eius quæ non necessarias cupidines acuunt. Hunc talem Plato lucricupidinem, atq; accipitrem pecuniæ nominauit: *a* qualis popularis existit, cùm indulgentia cupidines laboratæ, non solùm iustis desiderijs exardescunt, sed *b* his æquè obuiæ atq; occursantes, & illam consiliariam, & illam alteram *c* rationabilem animã conditionibus suis presserunt. Tyrannidis est luxuriosa & plena libidinis vita, quæ ex *d* diuersis & illicitis voluptatibus conflata, mente tota dominatur. *e* Quis itaq; non pessimum eum, non solùm turpem, & damnosum, & contemptorem deorũ, & immoderatam, & inhumanam, atque insociabilem *f* vitam, ait viuere? Sed nec cum proximis secúmue congruere, atque ideo non modò à cæteris, verùm etiam à se discrepare: nec alijs tantùm, *g* sed sibi inimicum esse: & iccirco hũc talem neque bonis, nec omnino cuiquam, nec sibi quidem amicum esse: sed illum pessimum videri, quòd nulla malignitatis superlatio possit excedere. Hunc talem nunquam in agendis rebus expedire se posse, non solùm propter *h* inscitiam, sed quòd ipse etiam sibimet sit ignotus, & quòd perfecta malitia seditionem mentibus pariat, impediens incœpta eius, atque *i* meditata consilia, nec permittens quicquam eorum quæ volet. Quapropter pessimo deterrimoque, non ea tantùm vitia quæ secundum naturã sunt, pariunt execrabilitatẽ (vt est inuidentia, vt est de alienis incommodis gaudium)

a Qualitas
b etiam quæ obuiæ
c iratiorẽ
d finitis &
e Qui fit aũt nõ pessimus cùm eum, non
f vitam ait viuere, sed
g sed etiã sibi
h inscientiam,
i mediata

gaudium) sed etiam quæ natura non respuit, voluptatem dico, atque ægritudinem, desiderium, amorem, misericordiam, metum, pudorē, iracundiam. Iccirco autē hoc euenit, quòd immoderatum ingenium, in quæcunque proruerit, modum non habet: atque ideo semper ei aut deest aliquid, aut redundat. Hinc e'usmodi hominis amor omni tenore corruptus, quod nō solùm effrenatis cupiditatibus & a inexplicabili siti haurire auet omnia genera voluptatis, b sed etiam quòd formæ iudicio, irrationabili errore distrahitur, ignorans veram pulchritudinem, & corporis effœtam & eneruem & fluxam cutem deamans: nec sa'tem coloratos sole, aut exercitatione solidatos, & opacos vmbra, vel molles desidia, sed cura nimia c modulatos artus magni facit. Non sponte grassari malitiam, multis modis constat. Namque iniuriam, inordinatam passionem, & ægritudinem mentis esse ait: vnde liquidò arbitratur, homines non sponte ferri. Quis enim tantum mali voluntate susciperet, vt in optima mentis suæ parte scelus & flagitiū sciens veheret? Cùm ergo possessio mali ab imprudentibus capitur, vsum eius & actiones oportet ab ignorantibus sust'neri. Iccircoque d id peius est, quàm noceri. Etenim in his rebus nocetur quę sunt viliores, corporis scilicet, quæ vel imminui possunt, vel fraudibus interire, illæsis potioribus, quæ ad ipsam attinent animam. Sed e eis nocere lōgè peius esse Ex quo intelli-

a inexplebili

b sed q ipso etiam

c medullatos

Malitia non spontanea.

d prius est nocere quā noceri: quid enim his rebus nocetur q̄ sunt viliores, corporis & externis? quę vel

e his

gi

gi poteſt, quòd animis bonis eo vitio pernicies infertur, plusque *a* illi nocet qui alium cupit perditum, quàm illi nocet aduerſum quem talia machinatur. & cùm noceri alteri malorum omnium noxium ſit, multo grauius eſt, ſi qui nocet, abeat impunè: grauiusq; & acerbius eſt omni ſupplicio, ſi noxio impunitas differatur, nec hominum interim animaduerſione plectatur. *b* Sed grauius, quàm acerbiſsimorum morborum carere medicina, medentes fallere, nec vri, nec ſecari eas partes quarum dolore incolumitati reſiduarum partium conſulatur. Quare vt optimi medici conclamatis deſperatisq; corporibus non adhibent medenteis manus, ne nihil profutura ratio doloribus ſpacia promulget: ita eos quorum animæ vitijs imbutæ ſunt, nec curari queunt, medicina *c* ſapientiæ emori præſtat. *d* Nam cui nec ex natura, nec ex induſtria, rectè viuendi ſtudium conciliari poteſt, vita exiſtimat Plato eſſe pellendum: vel ſi cupido vitæ eum teneat, oportere ſapientibus tradi, quorum arte quadam ad rectiora flectatur. Et eſt ſanè melius talem regi, nec *e* ipſum in alios habere poteſtatem: nec dominari: ſed *f* ſeruire, ipſum aliorum adijci poteſtati, parendi potius quàm iubendi officia ſortitum. Virum peſsimum non ſolùm deteriorem eſſe dicebat, quòd diſtrahatur ſemper additione vitiorum, etſi deſiderium æſtibus differtur: qui quantò plurium cupidior ſit, tantò ſibimet egentior, & propterea alijs videri poteſt. Sperata

a ſibi obeſt

b Siquidè grauius eſt acerbiſs.

c ſapientię eos mori præſtat.

d Namq; cum cui

e ipſum regendi alios

f ſubire ſeruitium, impotem ipſum aliorum addici pot.

rata quippe, atque exoptata vix pauca, & cum maxima ærumna proueniunt. Hisq; flagrantiores cupidines floresque succedunt: nec futuris tantummodò angitur malis, verùm etiam præteritis trásactisq; torquetur, quos omneis mente sola ab eiusmodi malis deduci posse manifestum est. Sed adprimè bonos, a etiã sine medio critate deterrimos, paucos admodũ, rarioresq́, b etiam (vt ipse ait) numerabiles esse: eos autem qui nec c planè optimi, nec oppidò deterrimi sint, sed quasi mediè morati, plures esse. Sed neque superiores obtinere recta omnia, neque inferiores in omnibus labi. Horum vitia nec grauata, nec intempestiua sunt, aut minimum criminosa: quorum substantia est ex redundantia vel defectu, quibus & adprobationis integritas & modus est & qui inter laudem vituperationemque mediam viam d vadant, vsque capessendarum eiusmodi studia excitantur, vt nunc boni atq; honesti eos ratione inuitent, nunc inhonesta lucra & turpes illiciant voluptates. Talibus viris nec amicitiarum fides perseueret, & amores non semper improbi, nec honesti tamẽ, eorum animos incurrunt. Perfectè sapientem esse non posse dicit Plato nisi cæteris ingenio præstet artibus, & prudẽtiæ partibus absolutus e atq; à puero iam imbutus, factis congruentibus & dictis assuetus, purgata & f effœta animi voluptate, eiectis ex animo hinc abstinentia atque patientia, atq; doctrinis ex rerum scientia eloquentiaque

a &

b b

c planè quidem opt.

d vadãtes, rerũ capess.

Perfectè sapiens qualis.

e atq; iam tum à pueris

f effecata

fff venien-

venientibus. Eum qui per hęc profectus fidenti & securo gradu virtutis via graderetur, adeptum solidam viuendi rationem repentè fieri perfectum: hoc est, repentè præteriti futuriq; æui vltimas partes attingere, & esse quodammodo intemporalem Tum post hæc vt his exclusis, infertisque & immissis omnibus quæ ad beatam vitam fuerunt, non ex alijs pendêre, nec ab alijs deferri sibi posse, sed in sua manu esse, sapiens rectè putat. Quare nec in secundis rebus effertur, nec contrahitur in aduersis, cum se ornamentis suis ita instructum sciat, vt ab ijs nulla vi segregetur. Hunc talem non solùm inferre, sed ne referre quidē oportet iniuriam. Non enim eam contumeliam putat, quam improbus faciat: sed eam non putat, quam patientia firmiter toleret. Qua quidem naturæ lege in animo eius sculptum sit, quod nihil horum posit nocere sapienti, quæ opinantur cæteri mala esse. Equidem sapientem illum, cōscientia sua fretum, securum & confidentem, in omni *a* vita dici futurum, quod & omnia accidentia reputet, & ad meliores rationes trahat, & quod nihil morosè vel difficulter excipiat, sibique persuaserit pertinere res suas ad immortaleis deos. *b* Idem ille diem mortis suæ propitius nec inuitus expectat, quòd de animę immortalitate confidat. Nam vinculis liberata corporeis, sapientis animą remigrat ad deos, & pro merito vitæ puriùs castiúsve transactæ, hoc ipso deorum se conditioni conciliat. Eundem

Malū malo nō pensandum.

a vita futurū quod omnia

b Iam

Animæ immortalitas.

dem sapientem optimum nominat, ac bonum, ac prudentem rectè arbitratur, cuius sanè consilia cum factis rectissimis congruunt, & cui principia profecta sunt à iusti ratione. Ad hoc sapientem & fortissimum dicit *a* esse, eum qui vigore mentis ad omnia percipienda sit paratus. Inde est quòd fortitudinem neruos animi, ipsasq; ceruices ait: vt *b* ignauiam animi, animae ait imbecillitati esse finitimam: diuitem hunc solum quidē rectè putat, quippe cum thesauris omnibus preciosiores solus videat possidere *c* virtutes: quia etiam solus sapiens, opes potest in vsibus necessarijs regere, videri ditissimus debet. Nam cæteri quamvis sint opibus affluētes, tamen quòd vel vsum earum nesciant, vel deducant eas ad pessimas partes, inopes videntur. Egestatem namque non abstinentia pecuniæ, sed præsentia immoderatarum cupidinum gignit. Philosophum oportet, si nihil indigens erit, & omni fortunæ contumax, & superior ijs quæ homines acerba toleratu *d* arbitramur, nihil sic agere, quàm vt semper studeat animam corporis consortio separare: & ideo existimandum Philosophiam esse mortis affectum, consuetudinemque moriendi. Bonos omneis inter se oportet amicos esse, etsi sunt minus noti: & potestate ipsa, qua mores eorum, sectæq; conueniunt, amici sunt habendi. Paria quippe à similibus non abhorrent. Vnde inter solos bonos fidem amicitiæ esse constat. Sapientia boni

Sapiens optimus.

a esse, vt qui vigore

Fortis.

b ignauiā animæ ait

Diues solus.

c virtutes, opes etiam, quia solus

Egestas.

d arbitrātur;

Philosophia.

amatorem adolescentem facit, sed eum qui probitate ingenij sit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere appetitum. nam cum ipsa anima complacita est, homo totus adamatur: sed cum corpus expetitur pars eius deterior est cordi *a* dure. Igitur putandum est, eum qui *b* sit ignarus bonorum, cupitorem quoque eiusmodi rebus esse. *c* His enim lo us *d* bonus desiderijs accenditur, qui bonum illud oculis animi videt: hoc est, esse sapientem. Illud *e* quoq; quoniam qui est ignarus, osor quoque, nec amicus virtutum sit necesse est. Nec frustra hic talis amator est turpium voluptatum. Sapiens non modò meræ voluptatis quidem alicuius gratia veniet ad agendum, nisi profectò fuerint honesta emolumenta virtutis. Hic eundem cum huiusmodi voluptate oportet vitam viuere honestam, & admirabilem, plenamq; laudis & gloriæ. Neque harum modo rerum causa cæteris omnibus præferri. verùm etiam iucunditate & securitate solùm & semper frui: nec angetur carissimis orbatus affectibus, vel quòd ex se omnia sunt apta quæ ad beatitudinem pergũt, vel qđ decreto & lege rectæ rationis interdicitur eiusmodi afflictatio, & quid si de tali se causa discruciet, illam ęgritudinem vel propter eum qui est emortuus suscipiat, quasi in peiore sit parte: aut sua gratia, quòd tali necessitudine doleat se priuatũ esse? Sed neq; obi i causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus illum

a iure igitur vt.
b gnarus
c Is
d bonis
e verò

Mortui non lamentandi.

lum neque aliquid mali passum: ac si fuerit bone voluntatis, etiam melioribus aggregatur. Neque enim alieni gratia, vt qui in se reponit omnia, nec cuiusquam absentia virtutis esse indigens potest, cuius perpetuam possessionem sibi vendicat. Igitur sapiens non erit tristis. Sapientiæ finis est, vt Dei meritis sapiens prouehatur: hancque futuram eius operam, vt æmulatione vitæ ad deorum actus accedat. Verùm hoc ei poterit prouenire, si virum perfectè iustum, pium, prudentem se præbeat. Vnde non solùm in prospectandi cogitatione, verùm etiã agendi opera sequi eum conuenit, quæ dijs atque hominibus sunt probata. Quippe cum summus deorum cuncta hæc non solùm cogitationum ratione consideret, sed prima, media & vltima obeat, compertaque *a* intimæ prouidentiæ ordinationis vniuersitate & constantia regat. Verùm enimuerò illud omnibus beatum videri, cui & bona suppetunt, & quemadmodum carere vitijs debeat, callet. Vna quidem beatitudo est, cum ingenij nostri præsentia tutamur, quæ perficimus. Alia, cùm ad perfectionem vitæ nihil deest, atque ipse sumus contemplatione contenti. Vtrarunque autem fœlicitatum origo & ex virtute manat, & ad ornamentum quidem genialis loci est virtutis. Nullis extrinsecus eorum quæ bona dicimus, adminiculis indigemus. Ad vsum autem vitæ communis, corporis cura, & eorum quæ extrinsecus veniunt, præsidijs opus est: ita tamen,

a intime prouida ord.

Beatitudo duplex.

vt hæc eadem fiant virtute meliora, eiuſque ſuffragio beatitudinis commodis copulentur, ſine qua hæc in bonis minimè ſunt habenda. Nec fruſtra eſt, quòd ſola virtus fortunatiſsimos poteſt facere, cùm abſque hac ex alijs proſperis non poſsit felicitas inueniri. Sapientem quippe pediſſequum & imitatorem Dei dicimus, & ſequi arbitramur Deum, id eſt, τὸν θεόν.

Sapiens imitator Dei.

Non ſolùm autem oportet, dum vitam colit, digna diſcere, nec ea agere quæ eorũ maieſtati diſpliceant, verùm & tunc cùm corpus relinquit: quod non faciet inuito Deo. Nam etſi in eius manu eſt mortis facultas, quamuis ſciat ſe terrenis relictis conſecuturum eſſe meliora, niſi *a* perpetiendum iſtud lex diuina decreuerit, accerſire tamen eum mortem non debere: *b* etſi antè actæ vitæ ornamẽta cohoneſtãt, honeſtiorẽ *c* tamen eſſe, ſecũdi rumoris oportet, cũ ſecurus de poſteritatis ſuę vita, ad immortalitatẽ animã ire *d* permittit: eoq; quod pie vixerit, *e* percipit fortunatorũ habitaturam locũ, in deorum choreis ſemideûmq́; permiſtã.

Mori iniuſſu Dei nefas.

a perpetiendũ eſſe iſtud

b & ſi anteactę

c tamen & rumoris ſecũdi oportet eſſe; cũ

d pmittit;

e præcipit

De ciuitatum verò conſtitutione, de obſeruatione regendarum rerumpublicarum, ita iubet Plato *f* nam principiò ciuitatis definit formam ad hunc modũ: ciuitatem eſſe *g* coniunctionẽ hominum plurimorũ in quibus ſunt regentes, alij citeriores coniuncti inter ſe concordia, & inuicem ſibi opem atq; auxilium deferentes, iiſdem legibus, rectis tamen, officia ſua tẽperantes, vnamq́; ciuitatẽ, iiſdem mœnibus illam futuram.

f Iam

g coniunctionẽ inter ſe hom.

Ciuitas quid

turam, & eadem velle & nolle incolarum a mẽ-tem assueuerunt. Quare suadendum fundatoribus rerum publicarum, vt vsq; ad id locorum, plebes suas b ab eodem eidem rectori noti esse possint, nec sibimet incogniti. sic enim fiet, vt omnes vna mente sint, æquumque sibi factum velint, magnam far è ciuitatem non habitantiũ multitudine, eorũq; magnis viribus vti oportet. Vires enim non corporis, nec pecuniæ, collectas dominatione multorum, æstimandas putat, cum vecordia impotentiaq; sed cum decreto communi virtutibus omnibus ornati viri, incolæ, & omnes fundati legibus obsequũtur, cæteras verò quæ non ad hunc modum forent constitutæ, non arbitrabatur sanas ciuitates. Eas demum fundatas ratione dicebat esse, quæ ordinatæ ad instar animarum forent, vt pars optima, quæ sapientia prudentiaque præcellit, imperitet multitudini. & vt illa totius habeat curam corporis, ita prudentiæ delectus tueatur vniuersæ commoda ciuitatis. Fortitudo etiam, pars virtutis secunda, vt vi sua adpetentiam castigat, & reprimit: ita in ciuitate vigilet. excubitorum loco quidem militet iuuentus, pro vtilitate cunctorum sed inquietos & indomitos, ac propterea pessimos ciues refrenet, contineat, ac si necesse sit, frangat potioris cum consilij disciplina. Illam verò desideriorum tertiam partẽ plebi & agricolis parem c dicit, quam existimat moderatis vtilitatibus sustinendam. At enim rempublicam negat

a mentes

b ad eundem rectorẽ noti omnes esse

Fortitudo.

c ducit.

a subsistere, | b deligatur, | c Morib9 etiã huiusce modi cunct. | Coniugiorum ratio. | d adnectitur

posse a consistere, nisi is qui imperitet habeat sapientiæ studium, aut is ad imperandum b eligatur, quem esse inter omnes sapientissimum constet. c Et huiuscemodi moribus cunctos ciues imbuendos esse dicit, vt ijs in quorũ tutelam atque fidem respublica vlla credatur, auri atque argenti habendi cupido nulla sit. Nec specie communi priuatas opes adpetant, nec huiusmodi hospitia succedant vt cæteris ianua non reclusa, cibos victumque ita sibi curent, vt acceptam mercedem ab his quos protegunt, communibus epulis insumant. Matrimoniaq; non priuatim maritanda esse, sed fieri communia, despondentibus eiusmodi nuptias publicæ ciuitatis, sapientibus & magistratibus, & sorte quadam ei negocio præditis: idque præcipuè curantibus, ne dispares sui, vel inter se dissimiles copulentur. His d aduertitur vtilis necessariaque confusio, vt permixta nutrimenta puerorum, ignotorum adhuc, agnitionis parentibus afferat difficultatem: vt dum suos liberos nesciunt, omnes quos viderint eius ætatis, suos credant, & veluti communium liberorum omnes omnium sint parentes. Hæc ipsorum connubiorum quæritur tempestiua coniunctio: cuius futuram stabilem fidem credit, si cum harmonia musicæ dierum consonent numeri: & qui de talibus nuptijs erunt orti, studijs congruentibus imbuentur, & optimis disciplinis communi præceptorum magisterio docebuntur, non viriles tantummo-

do,

do, verùm etiam fœminarum: quas vult Plato omnibus partibus, quæ propriè virorum putantur, coniungendas esse, bellicis etiam: quippe cum vtrisque natura vna sit, eandem esse virtutem. a Eiusdem ciuitatem nullis extrinsecus latis legibus indigere, regia quippe prudentia & eiusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est, fundata, cæteras leges non requirat. Et hanc quidem, vt figmentum aliquod veritatis, exempli causa per se compositam vult esse rempublicam. Sed & alia optima quidem, & satis iusta, & ipsa quidē specie, & dicis causa ciuitas fabricata, non vt superior sine euidenti, sed iam cum aliqua substantia in hac non suo nomine, & de statu & de commodo ciuitatis requirens originis eius principia & fundamenta disponit: sed eò tendit, quemadmodum ciuitatis gubernator eiusmodi locum, conuentusque multitudinum nactus, iuxta naturam præsentium rerum & cōuenarū, debeat facere ciuitatem plenam bonarum legum & morum bonorum. In hac equidem easdem puerorum nutricationes, easdem vult esse artium disciplinas. Sed in connubijs & partubus b ac domibus descifcit à c prioribus, obseruatione reipublicæ matrimonia priuata & singularia d faciens pro quoq; ipsorum. Et si in contrahendo matrimonio consulere e voluntatem suam debeant, vniuersæ tamen ciuitatis principibus, vt communis commodi causam decernit, spectandam esse. Quare & dites infe-

a Eiusmodi

b & patrimonijs

c prioris obseruatione

d faciens, procorum quoq; ipsi.

e ex voluntate sua

fff 5 riores

riores nuptias nō recusent, & locupletiū cōsortium inopes consequātur: & si vires *a* opū congruunt, ingenia tamen diuersa miscēda esse, vt iracūdo trāquilla iungatur, & sedato homini incitatior mulier applicetur: vt talib9 obseruationū remedijs, soboles natura discrepante cōfecta, *b* mox prouētu meliore coalescat, & ita cōpositarū domorum opibus ciuitas *c* augeatur, puerperiaq; ipsa morū dissimili seminio cōcepta, cùm vtriusq; instar similitudinis traxerint, neq; illis vigorem in rebus gerēdis, neq; tamen spectādis consilium defuturū. Instituēdos verò esse eos, vbicunq; ciuitatis parētes censuerint. Domos verò & possesiones habeāt priuatas, vt queunt singuli, quę quidē nec immēsum augeri per auariciā, nec prodigi per luxuriam, aut deseri per negligentiam sinant, legesq; ciuitati huic promulgari iubet, & legū moderatorem, cùm aliquid tale conciplet, ad contemplandas virtutes hortatur. Imperitandi autem modum eum esse vtilem censet, qui ex tribus fuerit temperatus. Nec enim vel optimatium, vel etiam popularis imperij solos & meros status vtiles arbitratur: nec impunitas rectorum culpas relinquit: sed magis censet his debere cōstare *d* rationē, qui sint potiores *e* potestate, & alij publicarum rerum status definiti ab *f* eo.

a opum non cong.

b morum

c augeatur. Puerperia quoq; ipsa

Imperandi modus vtilis triplex.

d nationē,

e potestate. Et

f eo putantur nitētes ad bonos mores & sup ea publica q̄ vult emēdatione cōstare,

In rectori mandat, vt prius residuas leges cōpleat, aut vitiosas leges correctas velit. Enim mores perniciosos, & disciplinas corrumpentes cōmoda ciuitatis ad meliora conuerterit, à quibus, si consilio & suadela defraudata multitudo deflecti non poterit, abducenda tamen ab incepto vi & ingratis. In act.

In actuosa verò ciuitate describit quemadmodum simul omnis hominum multitudo bonitate & iustitia cōducta *a* habeantur. Hi tales cōplectentur proximos, honores custodient, intemperantiam arcebunt, iniuriam refrenabūt, prudentiæ *b* ornamētis, cæterisq; honores maximos deferentes. Nec temerè multitudo conuolet ad eiusmodi rerū publicarum status, nisi qui optimis legibus & egregijs institutis fuerint educati, moderati ergā cęteros inter se cōgruētes. Quatuor culpabilium ciuium genera sunt: vnum eorum qui sunt honore præcipui: alterū paucorū, penès quos rerū est potestas: tertium omnium, vltimum dominationis tyrannicæ. Et primum quidem fit, cùm prudētiores viri per magistratus seditiosos ciuitate pellūtur, deferturq; potestas ad illos, qui sunt manu tantummodò strenui: nec ij qui blandiore consilio agere res posśint, *c* adipiscuntur iam iam imperij facultatem, sed qui turbidi, violentiq; sunt. Paucorum verò status obtinetur, cùm inopes, criminosi, multi, simul paucorum diuitum potentiæ subiacentes, dederint se, atque permiserint, omnemque regendi potestatem nec mores boni, sed opulentia fuerit consecuta. Popularis autem factio roboratur, cùm inops *d* multitudo obtinuerit aduersus diuitum facultates, lexque iussu populi fuerit promulgata, vt ex æquo liceat omnibus honores capessere. Adhæc, tyrannis illa singulare dominationis caput tunc oritur, cùm ciuis, qui leges

a habeantur.

b ornamētisq; cæteris vitæ

ἀριστοκρατία.

c adipiscātur imperij fac.

ὀλιγαρχία.

δημοκρατία.

δημαρχία

d multitudo viribus obt.

τυραννίς.

leges contumacia sua ruperit, simili legū coniuratione adoptatus imperium inuaserit, constituens deinceps, vt omnis ciuium multitudo desiderijs eius & cupiditatibus parens, obsequium suum tali fine moderetur.

L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI Platonici,

DE DEO SOCRATIS LIBER.



VI me voluistis dicere ex tempore, accipite rudimentū, post experimentum. Quippe prout mea opinio est, bono periculo periculū faciā, postquā *a* reprobata meditata sum dicturus *b* incognita. Nec enim metuo, ne in friuolis displiceā, qui in grauioribus placui. *c* Sed ne omnifariā noueritis, & in isto, vt ait Lucilius, *d* schedico & incōdito experimini, an idē sim repentinus, *e* q præparatus. Si qui *f* tamē tum vestrûm nondū subitaria ista nostra cognoscitis, quæ scilicet audietis, pari labore quo scribimus, venia propensione *g* qua legimus. Sic enim fermè assolet apud prudēteis viros *h* esse in operibus iudicatio resecatior, in rebus subitarijs venia prolixior. Scripta enim pensiculatis & examinatis: repentina autem noscitis simul & ignoscitis, nec iniuria.

a re probata
b incogitata,
c Sed vt me
d schedio
e qui &
f tamen vestrûm
g quàm
h esse q in operibus elaboratis, iudicatio restrictior; in reb.

iniuria. Illa enim quæ ſcripta legimus, *a* & tacentibus nobis talia erunt, qualia illata ſunt. Hæc verò in præſentiarum, & quaſi *b* nobiſcum patienda ſunt talia erũt, qualia vos illa fauendo feceritis. Quanto enim exinde orationi modificabor, tãto à vobis in maius tolletur. Vos enim aduerto libenter audire. Proinde in manu veſtra ſitum eſt, *c* vel à noſtra ſumere, & iam immittere, ne pendula & flaccida, ne reſtricta & caperata ſint. At ego, quod Ariſtippus dixit, experiar: Ariſtippus ille Cyrenaicæ ſectæ repertor, quodq; malebat ipſe, Socratis diſcipulus. Eum quidam tyrannus rogauit, Quid illi philoſophiæ ſtudium tam impenſum, tamque diutinum profuiſſet? Ariſtippus reſpondit: Vt cum omnibus, inquit, hominibus ſecurè & intrepidè fabularer. Verbo ſubitò ſumpta ſententia eſt, quia de repentino oborta eſt, *d* quã velut in materia lapides temerario interiectu, poni neceſſe eſt, neq; interiecto intrinſecus pondere, neq; *e* inclinato profundè ſitu, neque cohibentibus ad regulam lineis. Quippe qui *f* ſtructum orationis huius egomet, non è monte *g* modò lapidem *h* directò cæſum afferam, probè omnifariam complanatum *i* leniter, ad extremas oras ad vnguem coæquatum: ſed *k* quæ operi accommodem, vel inæqualitate aſpera, vel læuitate lubrica, vel angulis eminula, vel rotundo volubilia, ſine regulæ correctione, & menſuræ parilitate, & perpendiculi ſolertia. Nulla enim res poteſt eſſe eadem, feſtinata ſimul

a etiam

b vobiſcũ partienda

c vela noſtra ſinuare, & mittere; ne

Ariſtippi dictum.

d quaſi velut in maceria lap.

e collimato pro frõte ſitu,

f ſtructor,

g meo

h directim

i læuiter, ex optimis horis ad

k cuiq;

simul & examinata: nec esse quicquam omniũ, quod habeat & laudem *a* diligentiæ suæ simul, & gratiam celeritatis. Præbui me quorundam voluntati, qui oppidò voluerũt, quæ à me desiderabâtur, vt dicerem ex tempore. Et est Herculè formido, ne id mihi euenerit, quod coruo suo euenisse Æsopus fabulatur. Id erit, ne dum laudem hanc nouam *b* captare apparo, illam quam antè peperi, cogar amittere. Sed de Apologo quæritis: non pigebit aliquid fabulari. Coruus & *c* vulpes vnam offulam simul viderant, eamque raptam festinabant pari studio, impari celeritate: vulpes cursu, coruus volatu. Igitur ales bestiam præuenit, & secundo flatu, *d* passis alis, vtrunque prælabitur. & iam anticipat, atque ita præda simul & victoria lætus, in sublime euectus, in quadam proxima quercu, in summo eius cacumine tutus sedit. *e* Eò que tum vulpes, quò alipedem nequibat consequi, dolum iecit. namque eandem arborem succesit: & subsistens, cùm supernè *f* victorem præda ouantem videret, laudare astu adorta est: Næ ego inscita, quæ cum alite Apollinis frustrà certauerim: quippe *g* cùm pridem tam concinnum est, neque oppidò paruum, neque nimis grande sit, sed quantum satis ad vsum, decoremq;, pluma mollis, caput argutum, rostrum validum. Iam *h* ipse oculis perspicax, vnguibus tenax: nam de colore quid dicã? enimuerò cùm duo colores præstibiles forent, piceus & niueus, quibus inter se

a diligentiæ simul, &

b capto, paruam illam quam

Corui & vulpis apologus.

c vulpis

d propassis vtrinq; pennis prælabitur & anticipat. atque

e Eò quoque tamen vulpis, qa lapidẽ nequibat, dol.

f raptorẽ

g cui iãpridem corp⁹ tam cõcinnum est, vt neq; opp.

h ipse (ales) oculis perseuqax, vnguibus pertinax. nam

nox cum die differunt, vtrunque colorem Apollo suis alitibus cõdonauit, candidum olori, nigrum coruo. Quod vtinam sicuti cygno cantum indulsit, ita huic quoq; vocem tribuisset: ne tam pulchra ales, quę ex omni à vitio lõgè praecellit, viduata *a* delicie facundi Dei, muta viueret, & elinguis. Id verò vt coruus audit, hoc solum sibi prae caeteris deesse, dum vult clarissimè clangere, vt ne ad hoc saltẽ olori concederet, oblitus offulę, quã mordicus retinebat, toto rictu hiauit, atq; ita ꝙ volatu pepererat, cantu amisit. Enimuerò *b* vulpes, quod cursu amiserat astu recuperauit. Eandẽ istam fabulã in pauca cogamus, quantum potest fieri cohibiliter. Coruus vt se vocalem *c* praeberet, quod solùm deesse tantae eius formae *d* vulpes simulauerat, crocitare adortus, praedam quam ore *e* gestabat, in seductricem comperiuit. Iamdudum scio, quod *f* haec significari flagitetis vobis Latinè, vt neutra pars vestrûm, nec qui Graecè nec qui Latinè petebatis, dictionis huius expertes abiretis. Quapropter si ita *g* videretur, satis oratio nostra atticissauerit. Tempus est, in Latium demigrare de Graecia. Nam & quaestionis huius fermè media tenemus: & quantũ mea opinio est, pars ista posterior per illa Graeca quae anteuertit, nec argumentis fit efficacior, nec sententijs rarior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior. Plato omnem naturam rerum, *h* quae ad animalia *i* iure pertineat, trifariam diuisit: censuitq; summos deos, sum-

Olor et coruus, aues Apollinis.

a delicia. *b* vulpis, *c* pbares, *d* vulpis simulauerat, groecire *e* gestabat inductricẽ compotuit. *f* hoc significatu flagiteris, vt caetera Latinae materiae persequamur. Nam & in principio vobis diuersa petentibus, ita memini polliceri, vt neu. *g* videtur, *h* quod eius ad *i* precipuè

Triplex rerũ diuisio, iuxta Platonem,

a mediũ, infim.

summum, a medium, & infimum. Fac intelligas non modò loci discusione, verùm etiam naturæ dignitate, quæ & ipsa neque uno, neq; gemino modo, sed pluribus cernitur. Ordiri b tum manifestius fuit à loci dispositione Nam perinde vt maiestas postulabat, dijs immortalibus cœlum dicauit: quos quidem deos cœlites partim visu vsurpamus, alios intellectu vestigamus. Ac visu quidem cernimus:

b tamen

—— vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.

Nec modò ista præcipua, Solẽ diei opificem, lunamq; solis æmulã, noctis decus, seu corniculata, seu diuidua, seu c pertumida, seu plena sit, varia igniũ face, quãtò lõgiùs ea cessat à Sole, tãtò longiùs collustrata, pari incremẽto itineris & luminis, mẽsem suis d actib. ac paribus dispendijs e extimans: seu illa proprio seu perpeti cãdore (vt Chaldęi arbitrãtur) parte luminis cõpos, parte altera cassa, fulgoris pro circũuersione oris, discoloris, multiuaga, pollens, speciem sui variat: seu tota proprij candoris expers, alienæ lucis indiga, denso corpore, seu leui, ceu quodam specula radijs Solis f obsistit, & aduersi vsurpat (vt verbis vtar Lucretij)

c protumida,

d auctibus ac dehinc parib.

e æstimãs: siue illa

f obstiti vel aduersi vsurpat, & vt verbis vtar Lucretij:

—— notam iactat de corpore lucem.

Vtraque ex animarum vera sententia est. g Nec hæc postea video cur neque de sole, neque de luna quisquam Græcus aut Barbarus facile coniectauerit deos esse, nec modò istos (vt dixi) verùm h etiam stellas, quæ vulgò ab impe=

g Nã hoc postea videro,

h etiam 7. stellas, quę vulgò Vagæ ab

imperitis nuncupantur, quę tamē indeflexo & certo & stato cursu meatus longè ordinatissimos diuinis vicibus æternos efficiunt. Varia quippe *a* curriculi vicissitudine assimulant pro situ & flexu, & obstituto circulorum, quos probè callet qui signorum ortus & obitus *b* comperit in eorum visibilium deorū numero. Cætera quoq; sidera, qui cum Platone sentis, locato: Arcturum, Geminos, Leonem, aliosq; itidē radianteis deos, quibus cœli chorum compu. tum & coronatum suda tempestate visimus pictis noctibus, seuera gratia, toruo decore, suspicientes in hoc perfectissimo mundi, vt ait Ennius, clypeo, miris fulgoribus variata cælamina. Est aliud genus deorum, quod natura visibus nostris denegault: nec non tamen intellectu eos *c* mirabundi contemplamur, acie mentis acrius contemplantes. quorum in numero sunt illi duodecim numero, situ nominū in duos versus ab Ennio *d* coarctati:

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Cæterique id genus, quorum nomina quidem sunt nostris auribus iam diu cognita. *e* Possumus verò animis *f* coniectare, per varias vtilitates in vita agenda *g* animaduersas in ijs rebus, *h* quibus eorum singuli curant. Cæterùm *i* prophanæ Philosophiæ turba imperitorum, vana sanct tudinis, priua veræ rationis, inops religionis, impos veritatis, scrupulosissimo cultu, insolentissimo spiritu, deos

a curriculi specie, sed vna semper & æquabili pernicitate, tūc progressus, tū autem regressus mirabili viciss.

b comperit. In eodem viss.

c rimabundi

d coartati.

e Potētiæ

f coniectare,

g animaduersę

h quas

i profanā

negligit pars in superstitionem, pars in contemptum tumida. Hos namque cunctos deos, in sublimi ætheris vertice locatos, ab humana contagione procul discretos plurimi, sed non ritè venerantur: omnes, sed insciè, metuunt: pauci, sed impiè diffitentur. Quos deos Plato existimat *a* veros, incorporaleis, animaleis, sine vllo neq; *b* sine neq; exordio, sed prorsus ac retrò *c* æuiternos, corporis contagione sua quidē natura *d* remotos ingenio ad summam beatitudinem *e* porrecto, nullius extrarij boni participatione, sed *f* ex bono & ad omnia competentia prono nutu, facili, simplici, libero & absoluto: quorum parentem, qui omnium rerū dominator atq; autor est, *g* solum ab omnibus nexibus patiendi aliquid, gerendiue, nulla vice ad alicuius rei mutua obstrictū. Cur *h* ego nunc dicere exordiar, cùm Plato cœlesti facundia præditus, æquiparabilia dijs immortalibus disserens, frequentissimè prædicet, hunc solum maiestatis *i* incredibili quadam nimietate, & ineffabili, non posse penuria sermonis humani, quauis oratione vel modicè comprehendi, *k* vix sapientibus viris, cum se vigore animi quantum licuit, à corpore *l* semouerint, intellectum huius Dei: id quoque interdum velut in *m* arctissimis tenebris, *n* rapacissimo coruscamine lumen candidum intermicare. Missum igitur hunc locū faciam, in quo non *o* mihi tantùm, sed ne Platoni quidē meo *p* valuerunt vlla verba, p amplitudine rei suppetere. Quid igitur faciam

Religio in deos.

a naturas incorp.
b sine vllo neq; exor.
c æuiternas,
d remotas,
e perfecto, nul.
f ex sese bonas & ad omnia cōp. sibi promptō nut.
g solutum
h ergo
i incredibilis quadā nimietate ineffabili, non
k vix à
l mouerūt intell.
m artissimis
n rapidissimo
o mihi quidem tant.
p quiuerunt.

faciam in rebus mediocritatem meam, & quidem longè superantibus. a receptui canam, tandemq; orationem de cœlo in terram deuocabo, in qua præcipuum animal homines sumus: quanquam plerique se b in curia disciplinæ ita omnibus erroribus deprauarunt, ac piacularibus sceleribus c præbuerunt, & propè exesa mansuetudine generis sui immanè efferarunt, vt possit videri nullum animal in terris homine postremius. Sed nunc non de errorũ disputatione, sed de naturę distributione disseramus. Igitur homines ratione plaudentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus & anxijs mentibus, brutis & obnoxijs corporibus, dissimillimis moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, d singulatim mortales cunctis, tamen vniuerso genere perpetui vicissim sufficiẽda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita terras incolunt. Habetis interim bina animalia, deos ab hominibus plurimùm differentes, loci sublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione, nullo inter se propinquo communicatu, cum & habitacula summa ab infimis tanta e intercapedine fastigij dispescant, & viuacitas illic æterna & indefecta sit: hic caduca & subsiciua ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint, hæc ad miserias infimata. Quid igitur? nullóne f cõnexu hæc natura seiunxit, sed in diuinam & humanã partem

a receptũ

b incuria bellæ discip.

c incubuerunt,

d singillatim mortales, cunctis tamen

e intercapedo fastigij dispescat.

f connexu Naturæ se vinxit sed

partem seiugatam esse & interruptam, & veluti debilem passa est? Nam, vt idem Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus: sed hoc precipuum eorum sublimitatis specimē est, quòd nulla *a* contractione nostra contaminatur. Pars eorum *b* tamen obtutu hebeti visuntur, vt sidera: de quorum adhuc & magnitudine, & coloribus, homines ambigūt. *c* Cœlo autem soli intellecta, neque prompto noscuntur. Quod quidem mirari super *d* his immortalibus nequaquam *e* congruit, cùm alioqui & inter homines qui fortunę munere opulentia elatus, & vsq; ad regni mutabilem suggestum & pendulum tribunal euectus est, rarò aditus, & longè remotis arbitris in quibusdā dignitatis suæ penetralibus degens. Parit enim conuersatio cōtemptum, raritas conciliat ipsa rebus admirationē. Quid *f* igitur, (orator obiecerit aliquis.) primò istam cœlestem quidem, sed penè inhumanam tuam *g* sententiam, missam faciam, si omninò homines à dijs immortalibus procul repelluntur, atque ita in hæc terræ tartara relegantur, vt omnis sit illis aduersus cœlestes deos communio denegata *h* ne quisquam eos è cœlitum numero velut pastor, vel *i* equisio, vel bubsequa, seu balantum, vel hinnientium, vel mugientium greges interuisat, qui ferocibus moderetur, morbidis medeatur, egenis opituletur. k Nullus inquit, deus humanis rebus interuenit. Cui igitur preces allegabo? cui *l* vota nuncupabo? cui victimā cædam? quē miseris

Deum nunquam se cōmunicare homini

a abtrectatione nostra contaminantur.

b tantummodo

c cæteri autem solo intellectu, neque

d dijs

e congruerit;

f igitur, orator objec. aliquis post istam cœli.

g sententiam patefaciam? si

h me

i equisitio vel bosequa, ceu bal.

k nullus iniquis Deus

l votum

miseris auxiliatorem, quem fautorem bonis, quem aduersatorē *a* malis cū vita ciebo? Quem deniq; quod frequentissimū est, *b* iureiurando vti potero inter Trojanos stirpe cognatos, & *c* fortasse inter genteis prælio cognitas? At enim inter nuculos recens cognitos, si nemo huic capiti crediderit, quis pro te Deus fidē dicet? An, vt ferocissimo Mezentio, dextra & *d* telū quod missile libro? Apagesis tam cruētos deos: dexterā cædibus fessam, telūq; sanguine rubiginosum: vtrumq; idoneum non est, per q. adiures, *e* vtūe per ista iurent, cùm sit summi deorum hic honor proprius Nam & *f* Iusiurādum dicitur, vt ait Ennius. Quid *g* igitur iurabo? per Iouem lapidem, Romano vetustissimo ritu? Atqui, si Platonis vera sententia est, nunquam se Deum cum homine communicare, facilius me audierit lapis quàm Iupiter. *h* Non. Respondebit enim Plato pro sua sententia, mea voce. Non vsque adeò seiunctos & alienatos à nobis deos prædico, vt ne vota quidem *i* vestra arbitrer peruenire. Neque enim illos sacris rerum humanarum, sed à contrectatione sola remoui. Cæterùm sunt quædam diuinæ mediæ potestates, inter summum æthera & infimas terras, in isto intersitæ aëris spacio, per quas & desideria nostra, & merita ad deos commeant. hos Græco nomine *δαίμονας* nuncupant, inter *k* mortaleis cœlicolasq; vectores, hinc precum, inde donorū: qui vltro citroq;

a malis in omni vit. *b* jurejurādo arbitrum adhibeo? an vt Virgilian⁹ Ascanius, *Per caput hoc iuro per quod pater antè solebat?* At enim, ô Iule, pater tuus hoc jurejurādo vti poterat inter *c* fortasse an inter Græcos prælio cognitos. At inter Rutulos rec. *Iurisiurandi religio.* *d* telum, quippe hæc sola aduenerat quib. propugnabat: *Dextra mihi Deus et telū q. missile libro?* Ap. *Dæmones intercessores.*

e néve per ista iuretur, *f* Iouisjurandum *g* igitur censes? Iurabo per *h* non vsq; adeò, Respon. *i* nostra ad illos arb. *k* terricolas

citroq; portant, hinc petitiones, inde suppetias, ceu quidá *a* vtrinq; interpretes & salutigeri. per hos eosdem, vt Plato in Symposio autumat, cuncta denunciata, & Magorũ varia miracula, omnesq; præsagiorum species reguntur. Eorum quippe de numero prædIti curant *b* singuli eorum prouidè, vt est cuique tributa prouincia, vel somnijs confirmandis, vel extis physiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus iaculãdis, vel nubibus coruscandis, cæterisq; adeò per quæ futura dinoscimus, quę cuncta cœlestium voluntate, & numine & auctoritate, sed dæmonũ obsequio & *c* opera atq; cura, vt Annibali somnia orbitatem oculi *d* commoneant, Flaminio *e* auspicia periculum cladis prædicent, *f* Accio Nauio miraculum cotis adijciant: atque vt nonnulla regni futuri signa præcurrant, vt Tarquinius Priscus aquila obumbretur ab apice, Seruius Tullius flamma collumínetur à capite. Postremò cuncta arlolûm *g* præsagia, fulgurum bidentalia, carmina Sibyllarum: quæ omnia (vt dixi) mediæ quæpiá potestates inter homines ac deos obediunt. Neq; enim pro maiestate deûm cœlestium fuerit, vt eorum quisquam vel Annibali somniũ pingat, vel Flaminio hostiá *h* corrodat, vel Accio Nauio cotificet, vel Sibyllę fatiloquia versificet, vel Tarquinio velit *i* apicem reddere: Seruio verò inflãmare verticẽ, nec exurere, non est operæ Dijs superis ad hæc descendere.

Mediorum

a vtriusq;
b singula eorum, proinde
c opera & ministerio fieri arbitrandũ est Horũ enim munus & opera atq; cura est, vt
d cõminarentur,
e extispicia
f Attio Nauio auguria miraculum cotis addicant: ita vt nonnullis reg.
g præsagia, tonitorum piacula, fulguratorũ ibid.
h corroget, vel Attio nauem velificet, vel Sibyllæ fatiloq.
i apicem rapere, sed redd.

a Mediorum ista sortitio est, qui in b aëris plagis terræ conterminis, nec minus confinibus cœlo, perinde versantur, vt in quacunq; parte naturæ c propria sint animalia, & in æthere volantia, & in terra gradientia. Nam cùm quatuor sint elementa notissima, veluti quadrifariã natura magnis partibus d disterminata, sintq; propria animalia terrarum & e flammarum (siquidem & Aristoteles autor est, in fornacibus flagrantibus quædam propria animalia f pinnulis apta volitare, totũq; æuum suum in igni diuersari, cũ eo exoriri, cumq; eo extingui) præterea cùm tot vaga sidera, g vt prius dictum est, sursum in æthere, hoc est, in ipso liquidissimo ignis ardore compareant, cur hoc solum h ex quatuor, elementũ aëris, quòd tanto spacio intersitum est, casum ab omnibus, desertumque à cultoribus suis, Natura pateretur? quin in eo quoque aëre animalia gignerentur, vt in i igni flammida, in vnda fluxa, in terra glebulenta? k Nam quòd quidam aues aëri attribuat, falsum l sentire meritissimò dixeris: qppe m quũ auis nulla earum vltra Olympi verticem sublimatur. qui cùm excellentissimus omnium perhibeatur, tamen altitudinem perpendiculo si metiare, vt Geometræ autumant, stadia altitudo fastigij non n æquiparat, cùm sit aëris o augmentum immensum vsque ad citima lunæ p felicem, quæ porrò ætheris sursum versus exordium est. Quid igitur tanta vis aëris, quæ ab q humilibus lunæ anfractibus, vsque

a Mediorum diuorum ist.
b aërijs
c propria animalia, in æthere volantia, in terr.
d distermi-nata sint quædam, sintq;
e flãmarum, siquidem Aristoteles auctor
f pennulis
g vt iam prius
h quartum elem.
i igne
k Nã quidẽ qui au.
l sententiæ
m quæ aues *Nullas aues volatu superare Olympum.*
n æqperet
o agmen
p falcem. *al.* helicẽq;
q humillimis

Aues cur potius terrestres quàm ætherea.

a tandem?
b aues terrestræ
c Est enim semper ill.
d tantùm quòd aëra
e volitando

vsque ad summum Olympi verticem interiacet? Quid *a* tum? vacabit ne animalibus suis, atque erit ista naturæ pars mortua ac debilis? Imò enim si sedulò aduertas, ipse quoq; *b* aues semper terrestre animal, non aërium, rectius perhibeantur. *c* semper enim illis victus omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile. *d* tantumq; aëra proximũ terræ *e* volando transuerberant. Cæterùm cùm illis fessa sunt remigia pennarũ, terra ceu portus est. Quòd si manifestum flagitat ratio, debere propria etiá animalia in aëre intelligi: superest vt quæ tandẽ & cuiusmodi ea sint, differamus. Igitur terrena nequaquam, deuergunt enim pondere: sed nec *f* flammea, ne sursum versus calore rapiantur.

f flammida,
g & cultoribus
h animo
i corporum
k neque tam bruta

Temperanda ergo nobis pro loci medietate media natura, vt ex regionis ingenio sit, *g* & in cultoribus eius ingenium. Cedò igitur mente formemus, & gignamus *h* omninò id genus *i* corpus, tertia quædam animalia, quæ *k* neque sint tam bruta quàm terrena, neque tam leuia quàm ætherea, sed quodammodo vtrinq; seiugata. Velut enim vtrinq; commixta sint, siue amolita, seu modificata vtriusq; rei participatione: sed facilius ex vtroq;, quàm ex neutro intelligentur Habeant igitur hæc dæmonum *l* corpora modicum ponderis, ne ad superna incedant: aliquid leuitatis, ne ad inferna præcipitentur. Quod, ne vobis videar poëtico ritu incredibilia confingere, dabo primũ exemplum huius libratæ medietatis. Neq; enim procul ab

l corpora & mod.

Dæmonum corpora qualia.

hac

hac corporis ſubtilitate nubes concretas videmus, quæ ſi vſque adeò leues forent, vt ea quæ omninò carent pondere, nunquam infra iuga, vt ſæpenumerò animaduertimus *a* grauatè caput editi montis, ceu quibuſdam curuis torquibus coronarent. Porrò ſi ſuapte *b* natura tam ſpiſſæ ac graues forent, vt nulla illas *c* vetuſtioris leuitatis admixtio ſubleuaret: profectò non ſecus quàm plumbi globus *d* vel lapis, ſuapte vi caducæ terris illiderentur. Nunc enimuerò pendulæ & mobiles, huc *e* & illuc vice nauium in aëris pelago ventis gubernantur, paululùm immutãtes proximitate & lõginquitate. Quippe ſi aliquo humore fœcundæ ſunt, veluti ad *f* fletum edendum deorſum degraſſantur. Atq; *g* omninò humectiores humilius meant, aquilonis agmine, tractu ſegniores. Sudis verò ſublimior curſus, & cum lanarum velleribus ſimiles aguntur, *h* cauo agmine, volatu perniciore. Nonne audis, quid ſuper *i* tonitruum Lucretius facundiſsimè diſſerat?

a grauate, *b* natura ſpiſſæ ac tã graues *c* vegetioris *d* & *e* atque *f* fœtum *g* ideo *h* cano *i* tonitru

Principiò tonitru quatiuntur cærula cœli,
Propterea quia concurrunt ſublime volantes
Aetheriæ nubes, contrà pugnantibus ventis.
Nec fit enim ſonitus cœli de parte ſerena;
Verùm, vbicunq; magis denſo ſunt agmine nubes,
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure ſæpe.

Lucretius de tonitru.

Quòd ſi nubes ſublimè volitant, *k* omniſque & exortus & terminus & retrò *l* defluxus earum in terras eſt, quid tandem futura cenſes dæmonum corpora, quæ ſunt concreta multò minus?

k quibus omnis & *l* defluxus in terras eſt; quid tandem cenſes

minus, & tantò subtiliora? Non enim sunt ex hac fœculenta nubecula, tumida caligine conglobata, sicuti nubium *a* tenus est, sed ex illo purissimo aëris liquido & sereno elemento coalita: *b* eaque nemini hominum temerè visibilia, nisi diuinitùs speciem sui offerant, quòd nulla in illis terrena soliditas locum luminis *c* occupauerit, qui nostris oculis possit obsistere, qua soliditate *d* nostra offensa acies immoretur, sed filia corporum possident rara & splendida, & tenuia vsq; adeò, vt radios omnis nostri tuoris & raritate transmittant, & splendore reuerberent, & subtilitate frustrentur. Hinc illa Homerica Minerua, quæ medijs cœtibus Graiûm cohibendo Achilli interuenit: versum *e* Græcum, si paulisper operiamini, Latinè enunciabo, atq; adeò hic sit impræsentiarum: Minerua igitur, vt dixi, Achilli moderando iussu Iunonis aduenit:

Soli f perspicua, ast aliorum nemo tuetur.

Hinc & illa Virgiliana *g* matrona, quæ in medijs milibus auxiliabunda fratri conuersatur:

——miscetq; viris, nec cernitur vlli.

h Protinusq; Plautinus miles super clypeo suo gloriatur, *Perstringẽs oculorũ aciem hostibus.* Ac ne *i* cunctos longiùs persequar, ex hoc fermè dæmonum numero poëtæ solent, *k* haud procul à veritate, cẽsores causæ & amatores quorundã hominũ deos *l* fingere, & tueri illos: interdum aduersari & affligere. Igitur & misereri, & indignari,

a genus
b eoq; nulli hom.
c occuparit,
d necessario
Illados primo.
e Græc. illum si
f perspicua est,
g Iuturna, quæ med.
h Prorsus quod Plau.
i cæteros
k haudquaquam proc.
l fingere: hos prospe rare & euehere: illos contrà auersari &

gnari, & angi, & lætari, omnemq; humani animi faciem pati, ac simili motu cordis & salo mentis, ad omneis cogitationum æstus fluctuare. Quæ omnes a turbelæ, tempestatesq; procul à deorum cœlestium tranquillitate exulát. Cuncti enim cœlites, semper eodem statu mētis, æterna æquabilitate potiuntur. quæ numquam illis nec ad dolorem, nec ad voluptatem finibus suis pellitur: b nec enim mens illa à sua perpetua secta ad quempiam subitum habitum dimouetur, nec alterius vi. Nam nihil est Deo c potentiùs, nihil Deo perfectius: nec suapte sponte. Porrò d autem quid potest videri imperfectius fuisse, quàm is qui à priore statu ad alium rectiorem e statum migrarit? cùm præsertim f nemo sponte capessat noua, nisi quem pœnituit priorum. Non enim potest subsequi illa g mutatio, sine præcedentium infirmatione. Quapropter debet Deus nullam perpeti vel operis, vel amoris, temporalem perfunctionem: & iccirco nec indignatione, nec h ira contingi, nullo angore contrahi, nulla alacritate gestire: sed ab omnibus passionibus animi liber, nec dolore vnquam, nec aliquando lætari, nec aliquid repentinum velle vel nolle. Sed & hæc cuncta, i vt hoc genus cætera, dæmonum k mediocritati congruūt. Sunt enim l inter homines ac deos, vt loco regionis, ita ingenio mētis intersiti, habentes communem eum superis immortalitatem, cū inferis passionē. Nam perinde vt nos, pati

a turbulæ

Dij immutabiles.

b nec quoquam à

c potētius: nec sua spō te; nam nihil est Deo

d qui potest videri perfectus fuisse, qui à

e statim

f nemo cap.

g mutata ratio,

Deus ab omni passione immunis.

h misericordia

i & id

Dæmonum mediocritas.

k mediocritati, ritè

l inter nos ac deos,

pati possunt omnia *a* animorum placamenta vel incitamenta, *b* vt in ira incitentur, & in misericordia flectantur, & donis inuitentur, & precibus leniantur, & contumelijs exasperentur, & honoribus mulceantur, alijsq; omnibus ad similem nobis modum *c* varientur. Quippe, vt *d* finem comprehendam, dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiua, corpore aëria, tempore æterna. Ex his quinque quæ commemoraui, tria à principio eadem nobiscum, quartum proprium, postremum commune cum dijs immortalibus habent: sed differunt ab his pasione. Quæ propterea pasiua non absurdè, vt arbitror, nominaui, *e* quia sunt ijsdem quibus nos *f* perturbationibus obnoxij. Vnde & religionum diuersis obseruationibus, & sacrorum varijs supplicijs fides impertienda est. Etsi nonnulli sunt ex hoc diuorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promptis *g* & occultis, lætioribus, vel tristioribus hostijs, vel ceremonijs vel ritibus *h* gaudent: vti Ægyptia *i* Minerua fermè plangoribus, Græca plerunque choreis, barbara autem strepitu cymbalistarum & tympanistarum & choraularum. Itidem pro *k* regionibus in sacris differunt *l* longè, varietate pomparum agmina, *m* ministrorum silentia, sacerdotum officia, sacrificantium obsequia: item deorum *n* effigies, vt eximiæ templorum *o* regiones, hostiarum cruores & colores. Quæ omnia pro cuiusq; more solénia & rata sunt, vt ple-

a animarũ *b* & ira incitantur, & misericordia flectũtur, & donis inuitãtur, & precibus leniuntur & contum. exasperantur, & hon. mulcentur, al. *c* variant. *d* fine *e* quòd sint ijsd. *f* perturbationb. mentis ob.

Dæmones ijsdem quibus nos perturbationibus obnoxij.

g vel *h* gaudeãt: *i* numina *k* regionib. & cetera in *l* lõga varietate pomp. *m* mysteriorum

n effigiæ & exuuiæ, templor. religiones & reg. *o* religiones.

plerunque somnijs & vaticinationibus & oraculis comperimus sæpenumerò indignata numina, si quid in sacris socordia vel superbia negligatur: cuius generis mihi exempla affatim suppetunt, sed adeò frequentata & celebrata sunt, vt nemo eam commemorare adortus sit, quin multò plura omiserit quàm recensuerit. Iccirco *a* residebo in præsentiarũ in his rebus orationem occupare. Quòd si non apud omnes certam fidem, at certè penes cunctos notitiam promiscuam *b* possidet, hæc potius præstiterit Latinè dissertare: varias species diuinorum numinum à Philosophis perhiberi, quo liquidiùs & pleniùs de præsagio Socratis, deq; *d* eius numine cognoscatis. Nam quodam significatu & animus humanus, etiam nunc in corpore situs, dæmon nuncupatur.

a superse-debo in præsentiarum his
b possident.
c dæmonum à Phil.
d ei⁹ amico num.

——Dij'ne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an sua cuiq; Deus fit dira Cupido?

Igitur & bona cupido animi Deus bonus est. Vnde nonnulli arbitrantur, vt iam prius dictum est: εὐδαίμονας dici beatos, quorũ dæmon bonus; id est, animus virtute perfectus est, quem nostra lingua, vt ego interpretor, haud sciam an bono: certè quidem meo periculo, poteris Genium vocare: *e* quoniam is Deus, qui est animus sui *f* cuiusque, quanquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur, vt eæ preces, quibus genium precamur ad coniunctionem nostram. Nec desunt qui videantur mihi obtestari, corpus atque animum

Genius.
e quòd is.
f cuiq;

animum duobus nominibus compræhendentes, quorum communio & copulatio *a* sumus: vt secundo signatu species dæmonum sit, animus humanus *b* exutus & liber stipendijs, vitæ corpore suo *c* abiuratis. hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo lemuribus, quid *d* posteriorum suorum curam sortitus, *e* pacato & quieto numine domum possidet, lar dicitur familiaris. Qui verò propter aduersa vitæ merita, nullis bonis sedibus *f* in terra vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterùm noxium *g* malis, hunc plerique Laruam perhibent. Cùm verò incertum est quæ *h* cuique eorum sortitio euenerit, vtrum lar sit an larua, nomine *i* manium deum nuncupant, & honoris gratia Dei vocabulum additum est. Quippe *k* cùm eos deos *l* appellent, qui ex eorum numero iustè ac prudenter vitæ curriculo gubernato, pro numine postea ab hominibus præditi, fanis & cerimonijs vulgò *m* admittuntur, vt in Bœotia Amphiaraus, Africa Mopsus, in Ægypto Osiris, alius alibi gentium, Æsculapius vbique. Verùm hæc omnis distributio eorum dæmonum fuit, qui quondam in *n* corporis numero fuêre. Sunt autem non *o* posteriores præstantiore longè digniore. *p* Genus aliud augustius aio dæmonũ, qui semper à corporis compedibus & nexibus liberi, *q* procurantur certis precatibus. Quorũ è numero Somnus atq; Amor, diuer-

a Est & secũdo significatu species Demonum an.
b emeritus
c abiurans.
d posterorũ
Lemures.
e placato
f incerta vag.
Lar familiaris.
g malis, id genus pleriq; Laruas perh.
Larua.
h cuique sortitio.
Manes.
i Manem deum nuncupant, scilicet &
k tantum
l appellãt, qui ex eodem num.
m aduertuntur:
n corpore humano
o posteriore numero præstãtiori long.
Superius aliud augustiusq; *p* genus dem. *q* certis potestatib. cur.

diuersam inter se vim possident: Amor vigilandi, Somnus soporandi. Ex hac ergo *a* sublimiore dæmonum copia, Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos additos, qui nemini conspicui, semper *b* absint, omnium non modò *c* actorum testes, verùm etiam cogitatorum. Ac vbi vita edita remeandum est, eundem illum qui nobis prædictus fuit, *d* raptare ilicò & trahere veluti custodiam suam ad iudicium, atq; illic in causa dicẽda assistere: si qua commentiatur, redarguere: si qua vera dicat, asseuerare: prorsus illius testimonio ferri sententiam Proinde vos omnes qui hanc Platonis diuinam sententiam me interprete auscultatis, ita animos vestros ad quæcunque vel agenda vel meditanda formate, vt sciatis, nihil *e* omnino præ istis custodibus, nec intra animum, nec foris esse secreti: *f* quando omnia curiosè ille participet, omnia visat, omnia intelligat, *g* & in illis penitissimis mentibus vice conscientiæ diuersetur. Hic quẽ dico prorsus custos, singularis præfectus, domesticus *h* speculator, indiuiduus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum probator, si ritè animaduertatur, sedulò cognoscatur, religiosè colatur, ita vt à Socrate iusticia & innocentia cultus est, in rebus incertis *i* prospectator, dubijs præmonitor, periculosis *k* viator, egenis opitulator: qui tibi queat tum *l* somnijs, tum signis, tum etiam fortasse coram, cùm vsus postulat, mala auertere, bona

pro

a sublimiori
b adsint
c actorũ, verumetiã cog.
d raptare &
e homine
f quin
g in ipsis pen.
h speculator, propriꝰ curator, intimꝰ cognitor, assiduus obseruator, indiu.
i prospector,
k tutator,
l in somnis, tum in signis, tum

prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, *a* sidera aduersa corrigere. *b* Igitur nimirũ si Socrates, vir apprimè perfectus, & Apollinis quoque testimonio sapiens, hunc Deũ suum cognouit & coluit, ac propterea eius *c* custos propè dicam par *d* contubernio, & præmonenda præmonuit: sicubi tamen interfectis sapientiæ officijs, non consilio, sed præsagio indigebat, vt vbi dubitatione *e* claudicaret, ibi diuinatione consisteret. Multa sunt *f* enim, de quibus etiam sapientes viri od ariolos & oracula cursitent. An non apud Homerum, *g* vt in quadam ingenti specula clarius cernis, hæc duo distributa, seorsus diuinationis, seorsus sapientiæ officia? Nam cùm duo columina totius exercitus dissidẽt, Agamemnon regno pollens, & Achilles bello potẽs, desideraturq; vir facundia laudatus, & *h* peritia vitę moratus, qui Atridæ *i* superbiam, Pelidæ ferociam *k* cõpescat, exemplis moneat, oratione permulceat: quis igitur tali in tempore est ad dicendum exhortatus? Nempe Pilius orator, eloquio comis, experimentis cautus, senecta venerabilis, cui omnes sciebant corpus annis abire, animum prudẽtia vigere, verba dulcedine affluere. Itidem, cum rebus creperis & adflictis spectatores deligendi sunt, q̃ nocte intempesta castra hostium penetrẽt: nónne Vlysses cũ Diomede *l* deliguntur? veluti consilium & auxiliũ, mens & manus, animus & gladius. Enimuerò in

a secũda regere, adu.
b Nõ igitur mirũ si
c custos, & propè, vt ita dicam,
d contubernio. familiaris, cuncta quę arcenda sunt arcuit; quæ cauẽda præcauit; & prem.
e claudicaret, diuinatione
f enim, multa de
g vt quodam ingẽti speculo clar.
h peritia memoratus, qui
i superbiam sed & Pel. *Nestor.*
k compescat, atque eos auctoritate aduertat, exemp.
l diriguntur?

in Aulide *a* desidentibus obsessis, ac retro ventis abnuentibus, difficultas belli, & facultas itineris, & tranquillitas maris, & clementia ventorum, per fibrarũ notas, & alitum vias, & serpentum escas *b* exploratæ sunt. tacent nempe muta duo illa sapientiæ Græciæ summa cacumina. Ithacẽsis & Pilius. Calchas autem longè præstabilis ariolus, simul alites & altaria & *c* arborem contemplatus est, actutùm sua diuinatione & tempestates flexit, & classem deduxit, & decennium prædixit. Non secus etiam in Troiano exercitu, cũ diuinatione res indigent, tacet ille sapiens Senatus, nec audet aliquid pnunciare vel Hector, vel *d* Iambo, vel Bicias, sed omnes silentio auscultant aut ingrata auguria *e* Helenæ, aut non credita vaticinia Cassandræ. Ad eundem modum Socrates quoq;, sicubi locorum alienæ *f* sapientiæ consultatio ingruerat, vbi sui dæmonis præsagio regebatur: verùm eius monitis sedulò obediebat, eoq; erat *g* de suo longè *h* acceptior, qui ante incepta Socrati dæmon ille fermè prohibitum ibat, nunquam *i* quod ad monendum ratio prędicta est. Enimuerò Socrates, vtpote vir apprimè perfectus, ex sese ad omnia congruentia sibi officia promptus, nullo adhortatore vnquam indigebat. At verò prohibitore nonnunquam, si quibus fortè conatibus eius periculum suberat, vt monitus *k* præcaueret, ac omitteret cœpta in præsentiarum, quæ tutius vel postea capesseret, vel alia via adoriretur. In huiusce-

a desidib⁹ & obsessis, ac tędio ab.

b explorate. Tacent nẽpe mutuo duo illa, sapiẽtiæ Graiæ

c arborum cõtemplatus est ictũ, sua

d Lampo. vel Clytias:

e Heleni, aut incredita vat..

f sapiẽtiæ officijs cõs.

g deo

h accepti-or. Quod autẽ incepta Socrati quæpiam dæm.

i hortatũ quodámodo ratio

k pręcaueret, omitteret cœpta, impræsentiarũq; tutius vel potius cap.

a rebus, vt Plato dicit, vocem

iuscemodi *a* rebus dũtaxat vocem quampiam diuinitùs exortam dicebat audire. Ita enim est apud Platonem, ne quisquam arbitretur omnia eum vulgò loquẽtium captasse. Quippe etiam semotis arbitris, *b* vnà cũ Phædro extra pomerium, sub quodã arboris opaco vmbraculo, signum illud *c* ad nuncium sensit, ne prius transcenderet illius amnis modicũ fluentum, quam increpitum inclinatũ amore retinendum placasset: cùm præterea si omnia obseruitaret, aliquando eorũ nonnulla etiã *d* opinaméta haberet, vt videmus *e* plerosq;, qui nõ suopte corde, sed alterius verbo reguntur, *f* qui ex angiportu reptantes cõsilia ex alienis vocibus colligunt, &(vt ita dixerim) non animo, sed auribus cogitant. Verùm enimuerò vt ista sunt, certè qui omnium ariolorũ voces audiunt, sæpenumerò auribus suis vsurpant vocem de qua nihil *g* cõtentur, quam sciunt ex ore humano profectã. At enim Socrates non vocem sibi, sed *h* vocem dixit quampiam diuinitùs oblatam: quo additamento profectò intelligas, non vsitatam vocem, nec humanam significari. Quæ si foret frustra quæpiam, *i* cur non potius aut *k* vxor, aut certè cuiuspiam vox diceretur? vt ait illa Terentiana meretrix:

b vno

c ac

d hortamenta

e plerisq; vsuuenire, qui nimia omniũ superstitione non suop.

f ac p angiporta rep.

g cunctẽtur:

h vocem, quampiã, dixit oblatam. quo

i quin pot.

k vox,

Audire vocem visa sum modò militis.

Quid verò *l* vocem quampiam dicat audiuisse? aut nescit vnde exorta sit, aut in ipsa aliquid addubitat. Aut eam quiddam insolitum *m* demonstrat habuisse: ita & Socrates eam quidem

l vocẽ dicit se quãpiam aud.

m & arcanum dem.

quidem sibi, ac diuinitus editam, tempestiuè accedebat. Quod equidem arbitror non modò auribus, verùm etiam oculis signum dæmonis sui vsurpasse. Nam frequentius non vocẽ, sed signum diuinũ sibi oblatum præ se ferebat. Id signum *a* poterat ipsius species habuisse, quam solus Socrates cerneret, ita vt Homericus Achilles Mineruã. Credo plerosq; vestrûm hoc quod modò *b* dixi, cõtatius credere, & impendiò mirari formam dæmonis Socrati vsitatam. At enim Pythagoricos mirari oppidò solitos, si quis se *c* denegaret vnquam vidisse *d* dæmonem, vt reor, idoneus autor est Aristoteles. Quod si cuiuis potest euenire facultas contẽplandi diuinam effigiem, cur non apprimè potuerit *e* Socrati, quem cuiuis amplissimo numini sapientiæ dignitas coæquarat? Nihil est enim Deo similius & gratius, quàm vir animo perfectè bonus, *f* qui tam hominibus cæteris antecellit, quàm ipse à diis immortalibus distat. Quin potius nos quoq; Socratis exemplo & commemoratione erigimur? Ac nos secundũ ipsum, studio Philosophię pari, similium numinum *g* canentes promittimus, de quo quidem nescio qua ratione *h* disrapimur. & nihil æquè miror, quàm cùm omnes & cupiant optimè, & *i* sciant quantũ viuax animus colendus sit, tamen animum suum non colant. At si quis velit acriter cernere, oculi curandi sunt, quibus cernitur. Itidẽ si pugillare, vultus vel brachia velãda sunt, quibus pugillatur. Similiter in omnibus

Dæmon Socratis.

a potest & ipsius dæmonis species fuisse, quam

b cunctãtius

c negaret

d Dæmonẽ, fatis, vt

e Socrati obtingere, quem

f qui hominibus

Dijs similis Socrates.

g cauẽtes permittimus. de

h dirapimur.

i sciant nõ alia re quã animo viui, nec fieri posse quin si optimè viuas, animus colẽdus sit; tamen anim

bus cæteris membris, sua cuique cura pro studio est. Quod cùm omnes facilè respiciant, nequeo satis mecum reputare, & a perinde vt res est admirari, cur non etiam animum suũ ratione excolant. b Quandoquidem ratio viuendi omnibus æquè necessaria est, non ratio pingẽdi, nec ratio psallendi: quas quisq; bonus vir sine vlla animi vituperatione, sine turpitudine, sine labe contempserit. Nescio vt Hismenias tibijs canere, vt c Apelles pingere, vt Lysippus fingere: sed nõ pudet me nõ esse significum, & idem d vt cęteris artibus (ne omnes prosequar) licet tibi nescire, nec pudeat. Enimuerò dic sodes, nescio bene viuere vt Socrates, vt Plato, vt Pythagoras vixerunt, nec pudet me nescire bene viuere: nunquã hoc dicere audebis. Sed e cum primis mirandum est, quòd ea quæ minimè videri volunt nescire, discere tamen negligunt, & eiusdem artis disciplinam simul & ignorantiam decursitant. Igitur f quotidiana eorum ora dicere inuenias, rationibus multa prodigè profusa, & in semet nihil, in sui dico dæmonis cultum. qui cultus nihil aliud quàm Philosophiæ sacramentum est. Planè quidem villas opiparè extruunt, & domos ditissimè exornant, & familias numerosissimè cõparant: sed in istis omnibus, in tanta affluentia rerum, nihil g est indignũ, præterquam ipse dominus h ædium. nec iniuria: cumulata enim habent, quę sedulò percolunt: ipsi autẽ horridi, indocti, incultiq; circumeunt. Igitur illas i ędificiorum

a proinde

b Quę quidem ratio

Ratio viuẽdi, non aliæ artes, omnibus communis.

c Apelles coloribus ping.

d in

e in

f si cotidiana

g est præterquã ips.

h pudendum

i ædifica-

giorum species, in quæ patrimonia sua profuderunt, amœnissimas & extructissimas a depræhendas: b aulas æmulas vrbium conditas, c domos vice templorum exornatas, familias numerosissimas & calamistratas, opiperam supellectilem, omnia affluentia d omnia ornata, preter ipsum dominũ: qui solus Tantali vice in suis diuitijs inops, egens, pauper, non quidẽ e fluentum vllum fugitiuum captat, & fallacis vndæ sitim, sed veræ f beatitudinis & sinceræ vitæ & prudentiæ fortunatissimæ esurit & sitit. Quippe nõ intelligit, g homines æquè spectari solere, vt equos mercamur. neq; enim in emendis equis phaleras consideramus, & baltei polimina inspicimus, & ornatissimè ceruicis diuitias contemplamur, si ex argento & auro & gemmis monilia vanæ gazæ dependent, si plena artis ornamenta capiti & collo circumiacent, si frena cælata, si ephippia fucata, singula armata sint: sed istis omnibus exuuijs h amolitis, equum ipsum nudũ, & solum corpus eius & animum i contuemur, vt sit ad speciem k honestus, ad cursuram vegetus, & ad vecturam validus. Iam primùm in corpore si sit

Argutum caput, & breuis aluus, obesaq; terga,
Luxurientq; thoris animosum pectus honestis.

Præterea si duplex agitur per lumbos spina. Volo enim non modò perniciter, verùm etiam molliter peruehat: Similiter ergo & in hominibus contemplandis noli illa aliena æstimare, sed ipsum hominem penitus considera ipsum,

tionum
a & ornatissimas
b villas
c domus
d omnia opulenta, orn.
Impius pater familias similis Tantalo.
e fluẽtem
f beatitudinis: id est, secundæ vit.
g æquè diuites spect.
h ametis, eq.
i contemplamur.
k honestus, & ad cursum
In homine quæ potissimùm spectãda.

 ipsum, *da.*

ipsum, vt meum Socratem pauperem, specta. Aliena auté voco, quæ parentes pepererunt, & quæ fortuna largita est: quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo, nullã generositaté, nullam prosapiam, nullos longos nataleis, nullas inuidiosas diuitias. Hæc enim cuncta, vt dixi, aliena sunt: *a* Sat è Protomo gloria est, qui talis fuit, vt eius nepoté nõ puderet. Igitur omnia similiter aliena numeres licebit. Generosus est? parentes laudas. Diues est? non credo fortunę, nec magis ista demiror. Validus est? ægritudine fatigabitur. Pernix est? abibit in senectutem. Formosus est? expecta paulisper, & non erit. At enim bonis artibus doctus, & apprimè est eruditus, & (quantũ licet homini) sapiens, & boni consultus: tandem aliquando ipsum virũ laudas. Hoc enim nec à patre hæreditariũ est, nec casu pendulũ, nec à suffragio adminiculũ, nec à corpore caducũ, nec ab ætate mutabile. Hæc omnia meus Socrates habuit, & omnino cætera habere contempsit. Quin ergo & *b* tu, qui te ad studium sapientiæ ingeris; *c* aliquando caues, vt nihil alienum in laudibus tuis audias: sed vt, qui te volet nobilitare, æquè laudet, vt Accius Vlyssem laudauit in Philoctetа suo, in eius Tragœdiæ principio:

d *Inclyte, parua prædite patria, nomine celebri,*
Claroq; potens pectore. Achiuis classibus e autor,
Grauis Dardanis f gentibus, vltor Laërtiade.

Nouissimè patrem memorat. Cęterùm omnes laudes eius viri audistis. g Nihil mihi nec Laërtes,

a Sate Protaonio.
b tu ad
c vel properas altũ, vt nih.
d Inclute,
e ductor,
f gentib9 vltor, Laërtiade.
g Nihil inde nec Laërtes sibi, nec Anticea, nec Acrisius vindicat.

tes, nec Anticlia, nec arctissimus vẽdicat. Hæc enim tota, vt vides, laudis huius ꝓpria Vlyssi possessio est. Nec aliud te in eodẽ Vlysse Homerus docet, q̃ sẽp ei comitẽ voluit esse prudentiã, quã poëtico ritu Mineruã nuncupauit. Igitur hac eadẽ comite omnia horrenda subijt, omnia aduersa superauit. Quippe ea adiutrice Cyclopis specꝰ *a* introijt, sed egressus est: Solis boues vidit, & abstinuit: ad inferos demeauit, & ascẽdit. eadẽ sapientia comite Scyllã prætermauigauit, nec abreptus est: Charybdi conspectus est, nec retentus est: *b* Circe poculum bibit, nec mutatus est: ad Lotophagos accessit, nec remansit: Sirenes *c* audijt, nec accessit.

Minerua sapientia, qua comite omnia vitæ discrimina vincimus, vt Vlysses.

a introiuit;

b Circes

c audiuit,

L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI Platonici,

APOLOGIAE SIVE DEFENSIONIS MAGIAE,

AD

Claudium Max proconsulem, virum clarissimum.

ORATIO PRIMA.

PRO SE IPSO.



ERTVS equidem eram, proq; verò obtinebam, Maxime Claudi, quiq; in *d* consilio estis, Sicinium Æmilianum, senem notissimæ temeritatis, accusationem

d concilio

mei prius apud te cœptam, quam apud se cogitatam, penuria criminum, solis cõuicijs impletorum. Quippe insimulari quiuis innocens potest: reuinci, nisi nocens, non potest. Quo ego vno prçcipuè confisus, gratulor medius fidius, quod mihi copia & facultas te iudice, obtigit purgandę apud imperitos Philosophiæ & probandi mei. Quanquam istæ calumniæ, vt prima specie graues, ita ad difficultatem defensionis repentinæ fuêre. Nam, vt meministi, dies ab hinc quintus an sextus est, cùm me causam pro vxore mea Pudentilla, aduersus Granios agere aggressum, decompositò, nec opinantem, patroni eius incessere maledictis, & insimulare Magicorum maleficiorum, ac denique necis Pontiani priuigni mei cœpêre. Quæ ego cùm intelligerem, non tam crimina iudicio, quam obiectamenta iurgio prolata, vltrò eos ad accusandum crebris flagitationibus prouocaui. Ibi verò Æmilianus, cùm te quoq; acriùs motum, & ex verbis rem factam videret: quærere occepit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati. Igitur Pontianũ fratris sui filiũ, quẽ paulò prius occisum à me clamitârat, a priusquam ad subscribendum compellitur, illicò oblitus est de morte cognati adolescentis, subitò tacens tanti criminis descriptionem. Tamen ne omnino desistere videretur, calumniam Magię, quę faciliùs infamatur quam probatur, eam solum sibi delegit ad accusandũ. Ac ne id quidem de professo audet: verùm postera die dat libel.

Pudentilla.

Pontianus.

a postquã

libellum, nomine priuigni mei Sicinij Pudẽtis admodùm pueri: & ascribit, se ei assistere, nouo more per aliũ lacessendi, scilicet, vt obtentu eius ætatulæ, ipse insimulationis falsę non plecteretur. Quod cùm tu solertissimè animaduertisses, & iccirco eum denuò iussisses ꝓprio nomine accusationem delatam sustinere, pollicitus ita facturũ, ne sic quidẽ quietus est, vbi vt cominus ageret propellis, etiam aduersum te contumaciter eminus calumnijs velitatur. Ita toties ab accusandi periculo profugus, in assistendi venia perseuerauit. Igitur & priusquam causa ageretur, facilè intellectu cuiuis fuit, qualis nam accusatio futura esset, cuius qui fuerat professor & machinator, idem fieri autor timeret: ac præsertim Sicinius Æmilianus qui si quippiam veri in me explorasset, nunquã profectò tam cõtanter hominẽ extraneum, tot tãtorumq; criminũ postulasset, qui auunculi sui testamentum, quod verũ sciebat, pro falso infamaret: tanta quidem pertinacia, vt cùm Lollius Vrbic9 V.C. VERVM VIDERI, ET RATVM ESSE DEBERE, DE CONSILIO CONSVLARIVM VIRORVM pronunciasset; contra clarissimam vocem Iurauerit vecordissimus iste tamen, illud testamentum fictum esse, adeò vt ægrè Lollius Vrbicus ab eius pernicie temperarit. Quã quidem vocem, & tua æquitate & mea innocentia fretus, spero in hoc quoq; iudicio erupturam: quippe qui sciens innocentem criminatur, eo sanè facilius, quòd iam (vt dixi)

Sicinius Pudens.

mentiens apud præfectum vrbis in amplissima causa conuictus est. Namq; peccatū semel, vt bonus quisq; postea sollicitus cauet: ita qui ingenio malo est, confidentius integrat: ac iam de cætero, quo sæpius, eo apertius delinquit. Pudor enim, veluti vestis, quātò obsoletior est, tantò incuriosius habetur. Et ideò necessarium arbitror pro integritate pudoris mei, priusquā ad rem aggrediar, maledicta omnia refutare. Sustineo enim non modò meam, verùm etiam Philosophiæ defensionem, cuius magnitudo vel minimam reprehensionem proximam crimini aspernatur. Propter quod paulò prius patroni Æmiliani multa in me propriè conficta, & alia communiter in Philosophos ficta ab imperitis, mercenaria loquacitate *a* effuderunt. Quæ etsi possunt ab his *b* vtiliter blatterata, ob mercedem & auctoramenta impudentiæ deprehensa haberi, iam concesso quodam more *c* fabulis id genus, quo ferinæ solent linguæ suę virus alieno dolori locare: attamen vel mea causa paucis refellenda sunt, ne is, qui sedulò laboro vt ne quid maculæ aut inhonestamenti in me admittam, videar cuiplam, si quid ex friuolis præteriero, id ignouisse potius quàm contempsisse. Est enim pudentis animi & verecundi, vt mea opinio fert, vel falsa vituperatione grauari: cùm etiam hi qui sibi delicti alicuius conscij sunt, tamē cùm malè audiunt, impendiò commoueantur, & obirascantur: quāquā exinde, vbi malefacere cœperunt, consueuerint

a effutierunt,
b futiliter
c rabulis

Pudens animus.

uerint malè audire. Quod si à cęteris silentium
est, tñ ipsi sibimet conscij sunt, posse semeritò
increpari. Enimuerò bonus & innoxius quisq;
a rudis & imperitas aureis ad malè audiendum *a* rudes
habẽs,& laudis *b* assuetudine cõtumelię insolẽs, *b* assuetu-
multò *c* tñ ex animo laborat, ea sibi immeritò dine quan-
dici,quę ipse posit alijs verè obiectare. Quòd to cont.
si fortè inepta videbor, & oppidò friuola velle *c* tanto
defendere, illis debet ea res vitio verti, quibus
turpe est etiam hæc obiectasse: non mihi culpæ
dari, cui honestũ erit etiam hęc diluisse. Audisti
ergo paulò prius, in principio accusationis ita
dici: *Accusamus apud te Philosophum formosum, & tam Græcè quàm* *d* *Latinè* (proh nephas) *disertisi-* *d* Latinè,
mum. Nisi fallor enim, his ipsis verbis accusatio- pro nefas!
nem mei ingressus est Tannonius Pudens ho-
mo verè ille quidẽ *e* disertissimus: quòd vtinam *e* disertissi-
tam grauia formæ & facundiæ crimina verè mus Quòd
mihi *f* opprobrasset, non difficile ei respondis- *f* opprobrasset!
sem, quod Homericus Alexander Hectori:

ἔ τι ἀπόβλητ' ἐςὶ θεῶν ἐρικύδεα δῶρα,
ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο. Id est,

Munera deûm gloriosissima nequaquam aspernanda: quæ tamen ab ipsis tribui sueta, multis volentibus non obtingunt. Hæc ego de forma respondissem:
prætereà, licere etiam Philosophos esse vultu *Licere etiã*
liberali: Pythagoram, qui primùm esse se Phi- *Philosophis*
losophum nuncuparit, eum sui sæculi excel- *esse formo-*
lentissima forma fuisse: item Zenonem il- *sos.*
lum antiquum Velia oriundum, qui pri-
mus omnium dictionem solertissimo artificio
ambi-

ambifariam dissolueret, eum quoq; Zenonem lógè decorissimũ fuisse, vt Plato autumat. Itéq; multos Philosophos ab ore honestissimos memoriæ prodi, qui gratiá corporis morũ honestamétis ornauerunt. Sed hęc defensio, vt dixi, aliquàm multũ à me remota est: cui, pręter formæ mediocritaté, continuatio etiá literati laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat, succum exorbet, colorem obliterat, vigorem debilitat. Capillus ipse, qué isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixère, vides quàm non sit amœnus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus, stuppeo tormento assimilis, & inæqualiter hirtus, & globosus, & cógestus: prorsus inenodabilis diutina incuria, nó modò comédi, sed saltem expediendi & discriminãdi. Satis, vt puto, crinium crimen, quod illi quasi capitale intenderunt, refutatũ est. De eloquentia verò, si qua mihi fuisset, neq; mirũ, neq; inuidiosum deberet videri; si ab ineunte æuo vnis studijs literarum ex summis viribus deditus, omnibus alijs spretis voluptatibus, ad hoc æui, haud sciam anne super omneis homines impenso labore, diuq; noctuq;, cũ despectu & dispendio bonæ valitudinis, eam quæsissem. Sed nihil ab eloquentia metuant, quá ego, si quid omnino promoui, potius spero quàm præsto. Sanè quidé si verum est, quod Statium Cęcilium in suis Poëmatibus scripsisse dicunt, *Innocentiam eloquẽtiam esse*: ego verò profiteor ista ratione, ac præ me fero,

Innocentia eloquentia.

fero, nemini omnium de eloquentia concessurum. Quis enim me hoc quidem pacto eloquẽtior viuat? quippe qui nihil vnquam cogitaui, quod eloqui non auderem. Eundem me aio *a* facundissimum esse. nam omne peccatum semper nefas habui. Eundem disertissimum, quòd nullum meum factum vel dictum extet, de quo disserere publicè non possim: ita vt iam de versibus dissertabo, quos à me factos quasi pudendos protulerunt; cùm quidem me animaduertisti cum risu illis succensentem, q; eos absonè & indoctè pronunciarent. Primò igitur legerunt è ludicris meis epistolium de dentifricio, versibus scriptum ad quendã Calphurnianum, qui cùm aduersum me eas literas promeret, *b* inuidit profectò, cupiditate *c* lædedi. Si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune. Nam petisse eum à me aliquid tersui dentium, versus testantur:

a facundissimum. nam

b nõ vidit

c lædẽdi, si

Calphurniane salue properis versibus.

Nisi fortè in eo reprehendendus sum, quod Calphurniano puluisculum, ex Arabicis frugibus miserim, quem multo æquius erat spurcissimo ritu Hiberorum, vt ait Catullus:

——sua sibi vrina
Dentem atq; d russam pumicare gingiuam,
Misi, vt petisti, mundicias dentium,
Nitelas oris ex Arabicis frugibus,
Tenuem, candificum, nobilem puluisculum,
Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
Conuerritorem pridianæ reliquiæ,
Ne qua visatur tetra labes sordium,

d russam

Restri

Restrictis fortè si labellis riseris.

Quęso quid habent isti versus, re aut verbo pudendum? quid omnino quod Philosophus suũ nolit videri? Vidi ego dudũ vix risum quosdã tenenteis, cùm mundicias oris videlicet, orator ille asperè accusaret, & dentifricium tanta indignatione pronunciaret, quanta nemo quisquam venenũ. Quid ni? crimẽ haud contemnẽdum Philosopho, nihil in se sordium sinere, nihil vspiam corporis apertum, immundũ pati ac fœtulentum; præsertim os, cuius in propatulo & conspicuo vsus homini creberrimus, siue ille cuipiam osculum ferat, seu cùm quicquã sermocinetur, siue in auditorio dissertet, siue in templo preces alleget: omnẽ quippe hominis actũ sermo præit: qui (vt ait Poëta) præcipuus, é dentium muro proficiscitur. Dares nunc aliquem similiter grandiloquum, diceret suo more cum primis, cui vlla fandi cura sit, impensius cætero corpore os colendum, quòd esset animi vestibulum, & orationis ianua, & cogitationum comitium. Ego certè pro meo captu dixerim, nihil minus quàm oris illuuiem, libero & liberali viro competere. Est enim ea pars hominis loca celsa, visu prompta, vsu fœcunda. Nam quidem feris & pecudibus os humile, & deorsum ad pedes deiectum, vestigio & pabulo proximũ, numquam fermè nihil mortuis, aut ad morsum exasperatis, conspicitur. Hominis verò nihil prius tacentis, nihil sæpius loquentis, contemplere. Velim igitur censor meus

Oris illuuies viro liberali cauenda.

meus Æmilianus respondeat, vnquam ne ipse soleat pedes lauare? Vel si id non negat, contendat maiorem curam mūdiciarum pedibus, quàm dentibus impertiendam. Planè quidem, si quis ita vt tu Æmiliane, nunquam fermè os suum nisi maledictis & calumnijs aperiat; censeo, ne vlla cura os percolat, neque ille exotico puluere denteis emaculet, quos iustius carbone de rogo obtriuerit: neque saltem communi aqua perluat, quin ei nocens lingua, mendaciorum & amaritudinum præministra, semper in fœtutinis & olēticetis suis iaceat. Nam quę malùm ratio est, linguam mundam & lotam, vocem contrà spurcam & tetram possidere? viperæ ritu, niueo denticulo atrum venenum inspirare? Cæterùm qui sese sciat rationem *a* prompturum neq; inutilem neq; iniucundā, eius meritò os, vt bono potui poculum prælabitur. Et quid ego de homine nato diutius? Belua immanis Crocodilus ille qui in Nilo gignitur, ea quoque (vti comperior) purgandos sibi denteis innoxio hiatu præbet. Nam quòd est ore amplo, sed elingui, & plerunque in aqua recluso, multæ arundines dentibus impleƈtuntur: eas illi, cùm egressus in præripia fluminis hiauit, vna ex auibus fluuialibus amica auis, iniecto rostro sine noxæ periculo *b* exculpit. Mitto hæc: venio ad cæteros versus, vt illi vocant, amatorios: quos tamen tam durè & rusticè legêre, vt odium mouerent. Sed quid ad Magica maleficia, quod ego pueros

Scribo.

a promapturam

Crocodilus.

b exsculpit.

Scribonius Lætus. Scribonij Lęti, amici mei, carmine laudaui? An ideo Magus, quia poëta? Quis vnquã fando audiuit tam similē suspicionē? tam aptam coniecturã? tam proximũ argumētũ? Fecit versus Apuleius: si malos, crimē est: nec tamē id Philosophi, sed Poëtę. Sin bonos, quid accusas? At. n. ludicros & amatorios fecit. Num ergo hęc sunt crimina mea? Et nomine erratis, q me Magię detulistis? Fecêre tamē & alij talia: & si vos ignoratis, apud Gręcos Teius quidã, & Lacedęmonius & a ciuis; cum alijs innumeris: & mulier Lesbia, lasciuè illa quidē, tãtaq; gratia, vt nobis insolentiã linguę suę, dulcedine carminũ commendet. Apud nos verò, Æditus, & Portius; & Catullus. Isti quoq; cum alijs innumeris. At Philosophi non fuêre. Num igitur etiam Solonem fuisse serium virum, atq; philosophum negabis? cuius ille lasciuissimus versus est:

á Ceus,

μήρων ἱ μήρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

Et quid tam petulans habent omnes versus mei, si cum isto vno contendantur? Vt taceam scripta Diogenis Cynici, & Zenonis Stoicæ sectæ conditoris. Id genus plurima recitē denuò, vt sciant me eorum non pigere:

Et Critias mea delicia sit salua Charine,
Pars in amore meo vita tibi remanet.
Ne metuas. nam me ignis & ignis torreat vt vult:
Hasce duas flammas, dum potior, patiar.
Hoc modò sim vobis, vnus sibi quisq; quod ipse est:
Hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

Recitem nunc & alios, quos illi quasi intemperatissimos, postremum legêre: *Flored*

Florea serta, meum mel, & hæc tibi carmina dono:
Carmina dono tibi, serta tuo genio,
Carmina, vti Critia lux hæc optata canatur,
Quæ bis septeno vere tibi remeat.
Serta autem, vt læto tibi tempore tempora vernent:
Aetatis florem floribus vt decoret.
Tu mihi da contrà pro verno flore tuum ver,
Vt nostra exuperet munera muneribus.
Pro implexis sertis, complexum corpore redde:
Proq; rosis, oris sauia purpurei.
Quòd si animũ inspires, dona & iam carmina nostra.
Cedent ficta tuo dulciloquo calamo.

Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi commessatoris, de sertis & canticis compositũ. Hîc illud etiã reprehendi animaduertisti, quòd cùm alijs nominibus pueri vocentur, ego eos Charinũ & Critiam appellitarim. Eadem igitur opera accusent C. Catullũ, quòd Lesbiam pro Clodia nominarit: & Ticidam similiter, quòd quę Metella erat, Perillam scripserit: & Propertiũ, qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet: & Tibullum, quòd ei sit Plania in animo, Delia in versu: & quidem C. Lucullum, quamquam sit Iambicus, tamen improbarim, quòd Gentilem & Macedonem pueros directis nominibus carmine suo prostituerit. Quantò modestiùs tandem Mantuanus poëta, qui itidem vt ego, puerum amici sui Pollionis Bucolico ludicro laudans, & abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum verò Alexin a vocat. Sed Æmilianus, vir vltra Virgilianos

a vocat?

iii opiliones

opiliones,& a bulequas rustican9, agrestis qui dem semper & barbarus, verũ longè austerior (vt putat) Serranis & Curijs & Fabricijs,negat id genus versus Platonico philosopho cõpetere. Etiamne Æmilliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos: cuius nulla carmina extant, nisi amoris elegia. nam cætera omnia, credo q̃ tam lepida non erant, ignĩ deussit. Disce igitur versus Platonis philosophi in puerũ *b* Astrea, si tamen tantus natu potes litteras discere:

a bubsequas

b Asteras

Ἀςέρας ἀσάθρει ἀςὴρ ἐμὸς, ἄθε γενοίμην
Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν ἄς σε βλέπω.
Astra vides, vtinam fiam, mi sidus, Olympus,
Vt multis sic te luminibus videam.
Ἀςὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.
Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aster,
Hesperus à fato manibus ecce nites.

Item eiusdem Platonis, in Alexin Phædrumq; pueros, in coniuncto carmine:

Νῦν ὅτι μηδὲν ἄλεξις c ἰὼν μονὰ φατὶ καλὸς.
d Πότοι, καὶ πάντη πᾶς τις ἐπιςρέφεται.
Dixerit hic tantum cùm nil, nisi pulcher Alexis
Extitit, & vertunt quilibet in te oculos.
Θυμὲ τί μηνύεις κυσὶν ὀςέον, ἔτ' ἀνιήσεις
Ὕςερον. ὀχ ὅτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;
Cur anime os canibus monstras, afficisq; dolorẽ
Postmodò? non Phædrum sic prius amisimus?

c ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς

d ὦπται, καὶ πάντη πᾶσι περιβλέπεται,

Et, ne plureis commemorem, nouissimum versum eius de Dione Syracusano si dixero, finem faciam.

Κᾶσ

Κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι τίμιος ἀστοῖς,
ὦ 'μὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.
Ciuibus ingenti in patria laudate iaces nunc,
Qui insanum me animi reddis amore Dion.

Sed sumne ego ineptus, qui hæc etiam in iudicio? an vos potius calumniosi, qui etiam hæc in accusatione? quasi vllum specimen morum sit, versibus ludere? Catullum ita respondentem *a* maleuolis, non legistis?

Versibus ludere, nullũ esse morum specimen.

a maliuolis,

Nam castum esse decet pium poëtam
Ipsum, versiculos nihil necesse est.

Diuus Hadrianus, cum Voconij amici sui poëtæ tumulum versibus veneraretur; ita scripsit:

Lasciuus versu, mente pudicus eras.

Quod nunquam ita dixisset, si forent lep'diora carmina argumẽtũ impudicitiæ habẽda. Ipsius etiam diui Hadriani multa id genus legere me memini. *a* Audes Igitur Æmiliane dicere, malè id fieri, quod Imperator & Diuus, & Cẽsor Hadrianus fecit, & factũ memorię reliquit? Cæterùm Maximũ quicquam putas culpaturũ, quod sciat Platonis exẽplo à me factũ? Cuius versus, quos nũc percensui, tantò sanctiores sunt quãtò apertiores: tantò *b* pudicius cõpositi, quantò simplicius professi. Namq; & id genus omnia dissimulare & occultare, peccantis: profiteri & promulgare, ludẽtis est. Quippe natura, vox innocentiæ, silentium maleficio distributa. Mitto enim dicere alta illa & diuina Platonica, rarissimo cuiq; piorum gnara, cæterùm omnibus profanis incognita, geminam esse

b Audes

c pudicitius

Duplex Venus. Venerem deam, proprio quamq; amore, & diuersis amatoribus pollentis. Earũ alteram vulgariam, q̃ sit percita populari amore, nõ modò humanis animis, verùm etiã pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, vt in modico truciq; perculsorũ animalium serua corpora cõplexu vincientẽ. Alteram verò cœlitẽ Venerem, prędita quę sit optimati amore, solis hominibus, & eorum paucis curare: nullis ad turpitudinẽ stimulis vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe eius amore non amœnum & lasciuum, sed contrà incomptum & serium pulchritudine honestatis virtutis amatoribus suis cõciliare: & si quãdo decora corpora commendet, à cõtumelia eorũ procul absterrere. Neq; enim quicquã aliud in corporum forma diligẽdum, quàm quòd admoneat diuinos animos eius pulchritudinis, quàm prius veram & sinceram inter deos videre. Quapropter, vt semper, eleganter Afranius hoc scriptum reliquit.

Amabit sapiens, cupient cæteri

Attamen si audire verum velis, Æmiliane, vel si hæc intelligere vnquam potes, nõ tam amat sapiens, quam recordatur. Da igitur veniam Platoni philosopho versuum eius de Amore, ne ego necesse habeam, contra sentẽtiam Neoptolemi Enniani pluribus philosophari. vel si tu id non facis, ego me facilè patiar in huiusmodi versibus culpari cum Platone. Tibi autem Maxime habeo gratiam propensam, cùm has quoq; appẽdices defensionis meę, iccirco

necessa-

necessarias, quia accusationi rependuntur, tam attentè audis: & ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina superest, audias, vt adhuc fecisti libenter & diligenter. Sequitur enim de Speculo, lõga illa & cẽsoria oratio, de quo pro rei atrocitate penè diruptus est Pudens, clamitans: *Habet speculum Philosophus, Possidet speculum Philosophus.* Vt igitur habere cõcedã, ne aliquid obiecisse te credas: si negaro: non tamen ex eo accipi me necesse est, exornari quoq; ad speculum solere. Quid enim si choragium Thymelicũ possiderẽ, num ex eo argumentarêre etiam, vti me cõsuesse Tragœdi *a* syrmatæ histrionis, crotalóve ad Trieterica Orgia, mimi centunculo? Non opinor. Nam & contrà plurimis rebus possessu careo, vsu fruor. Quòd si neq; habere vtendi argumentum est, neq; non vtendi non habere: & speculi nõ tam possesio culpatur, quàm inspectio; illud etiam doceas necesse est, quando, & quibus præsentibus, in speculum inspexerim. Quoniã, vt res est, maius piaculum decernis, speculum Philosopho, quàm Cereris mundum profano videre. Cedo nunc, etsi inspexisse me fateor, quod tamen crimen est imaginem suam nosse? eamque non loco conditam, sed quoquò velis paruo speculo promptam gestare? An tu ignoras, nihil esse aspectabilius homini nato, quàm formam suam? Equidem scio & filiorum chariores esse, qui similes videntur: & publicitùs simulacrum suum cuique, quod videat pro meritis præmio

Speculũ non habet Philosophus.

a syrmate

tribui. Aut quid sibi statuæ & imagines varijs artibus effigiatæ volunt, nisi fortè quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile iudicandum a est, cùm sit in ea vel magis miranda & felicitas & similitudo? Quippe in omnibus manu faciũdis imaginibus opera diutinò sumitur, neq; tamen similitudo æquè ac in speculis comparet. Deest enim & luto vigor, & saxo color, & picturæ rigor; & motus omnibus, qui præcipua fide similitudinē repræsentat. Cùm in eo visitur imago mirè relata, vt similis, ita mobilis, & ad omnem nutum hominis sui morigera: eadem semper contemplantibus æquæua est, ab ineunte pueritia, ad obeuntem senectam, tot ætatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat: tot vultus eiusdem lætantis vel dolentis imitatur. Enimuerò quod luto fictũ, vel ære infusum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio adsimilatum est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur: &, ritu cadaueris vnum vultum & immobilem possidet: tantum præstat imaginis artibus ad similitudinem referendum, læuitas illa speculi fabra, & splendor opifex. Aut igitur vnius Agesilaì Lacedæmonij sententia nobis sequenda est, qui se neq; pingi neq; fingi vnquam diffidens formæ suæ, passus est: aut si mos omnium cæterorum hominũ retinendus videtur, in statuis & imaginibus non repudiandis: cur existimes

a est?

Speculi potestates.

Agesilai sententia.

existimes imaginem suam cuiq; visendam potius in lapide, quàm in argento? magis in tabula, quam in speculo? An turpe arbitraris, formã suam spectaculo assiduo explorare? An non Socrates philosophus vltrò etiam suasisse fertur discipulis suis, crebrò vt semet in speculo cõtemplarentur? vbi qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendiò procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret. Qui verò minus se commendabilem forma putaret, sedulò operam daret, vt virtutis laude turpitudinem tegeret. Adeò vir omniũ sapientissimus, speculo etiam ad disciplinam morum vtebatur. Demosthenem verò primarium dicendi artificem, quis est qui non sciat, semper ante speculum, quasi ante magistrum, causas meditatum? ita ille summus orator, cùm à Platone philosopho facundiam habuisset, ab Eubulide dialectico argumentationes edidicisset, nouissimam pronunciandi congruentiam ab speculo petiuit. Vtrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam Rhetori iurganti, an Philosopho obiurganti? apud iudices sorte ductos paulisper disceptanti, an apud omnes homines semper *a* differenteis de finibus agrorum litiganti, an de finibus bonorum & malorum docenti? *b* Quid, quòd nec ob hæc debet tantummodò Philosophus speculum inuisere. Nam sæpe oportet non modò similitudinem suam, verùm etiam *c* similitudinis ipsius ratione considerare

Socrates patendũ speculo suasit.

Demosthenes.

a differẽti? de
b Quid?
c similitudinem ipsius rationis

siderare. Num, vt ait Epicurus, profectæ à nobis imagines, velut quædam exuuię, iugi fluore à corporibus manantes, cùm leue aliquid & solidum offenderunt, a illi se reflectātur, & retrò expressæ cōtrouersim respondeant: an, vti alij Philosophi disputant, radij nostri, seu medijs oculis proliquati, & lumini extrario mixti, atq; muniti, vti Plato arbitratur; seu tantùm oculis profecti, sine vllo foris adminiculo, vt Architas putat, seu intentu b veris facti, vt Stoici rentur, cùm alicui corpori incidêre spisso & splendido & læui: paribus angulis, quibus inciderāt, resultent ad facies suas reduces: atq; ita quod extra tangunt ac visant, id intra speculum imaginentur. Videntúrne vobis debere Philosophi hæc omnia vestigare & inquirere, & cuncta specula vel vda vel suda soli videre? Quibus præter ista quæ dixi, etiam illa ratiocinatio necessaria est, cur in planis quidem speculis ferme pares obtutus & imagines videantur; in tumidis verò & globosis omnia defectiora, at cōtrà in cauis c auctiora. Vbi, & cur læua cū dexteris permutentur, quando se imago eodē speculo tum recondat penitus, tum foras exerat. Cur caua specula, si exaduersùm Soli retineantur, appositum fomitem accendunt? quî fiat, vti arquus in nubibus, variè duo Soles æmula similitudine d visantur. Alia præterea eiusdem modi plurima, quæ tractat volumine ingenti Archimedes Syracusanus, vir in omni quidem Geometria multum ante alios admirabili subtilitate;

a illisæ refl.

b aëris fracti, vt

c auctiora: vbi,

d visantur?

Archimedes.

tilitate: sed haud sciam, an propter hæc vel maximè memorandus, quòd inspexerat speculũ sæpe ac diligenter. Quem tu librum, Æmiliane, si nosses; non modò campo & glebis, verùm etiã abaco & puluisculo te dedisses. Mihi istud crede, quanquam teterrimum os tuum minimum à Thyesta tragico demutet, a tam profectò discendi cupidine, speculum inuiseres; & aliquando relicto aratro mirarêre tot in facie tua sulcos rugarum. At ego non miror, si boni cõsulis me de isto distortissimo vultu tuo dicere, de moribus tuis multò truculentioribus b reticere. Ea res est, prçterquàm quòd nõ sum iurgiosus, etiam libẽter te, nuper vsq;, albus an ater esset c ignoraui, adhuc hercle nõ satis noui. Id adeò factum, quòd & tu rusticãdo obscurus es, & ego discẽdo occupatus: ita & tibi vmbra ignobilitatis approbat, ore obstitit, & ego nunquam studui malefacta cuiusquam cognoscere; sed semper potius duxi mea peccata tegere, quàm aliena indagare. Igitur hoc mihi aduersum te vsuuenit, quòd qui fortè constitit in loco lumine conlustrato, atque eum alter è tenebris prospectat. Nam ad eundem modum tu quidem quid ego in propatulo & celebri agam, facilè è tenebris tuis arbitraris; cùm ipse humilitate abdita & lucifuga, non sis mihi mutuò conspicuus. Ego adeò seruor. Tu an abeas ad agrũ colendũ, an ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cãbies, neq; scio, neq; laboro. At tu me scis eadẽ die treis Oeeæ manumisisse

a tamen

b reticere?

c ignoraui. adh.

Oeea.

idq; mihi patronus tuus inter cætera à te sibi edita obiecit. quamquã modico prius dixerat, me vno seruo comite Oeetam *a* venisse: quod quidem velim mihi respondeas, quî potuerim ex vno treis manumittere, nisi & hoc Magicũ est? Tantámne esse mentiendi cæcitatem dicã, an consuetudinem? *Venit Apuleius Oeeam cum vno seruo*: dein pauculis verbis intergarritis: *Apuleius Oeeæ vna die treis manumisit.* Ne illud quidem credibile fuisset, cum tribus venisse, omnes liberasse: quod tamẽ si ita fecissem, cur potius treis seruos inopiæ signũ putares, quàm treis libertos opulentiæ? Nescis profectò, nescis Æmiliane, Philosophum accusare, qui famulitij obprobraris, quam ego gloriæ causa ementiri debuissem: quippe qui scirem, non modò Philosophos, quorum me sectatorem fero, verùm etiam Imperatores populi Romani paucitate seruorum gloriatos. Itáne tandem, ne hæc quidem legêre patroni tui? M. Antonium consularem, solos octo seruos domi habuisse? Carbonem verò illũ, qui rebus potitus est, vno minus? Ar enim Manio Curio, tot adoreis longè *b* inclito, quippe qui ter triumphum vna porta egerit: ei igitur Manio Curio, duos solos in castris calones fuisse? ita ille vir de Sabinis, deq; Samnitibus, deq; Pyrrho triumphator, pauciores seruos habuit, quàm triumphos. M. autẽ Cato nihil oppertus vt alij de se prædicarent, ipse in oratione scriptũ reliquit, cũ in Hispaniã consul proficisceretur, treis seruos solos ex vrbe duxisse;

a venisse. Quod

Seruorum paucitas honorifica.

b incluto,

xiſſe, quoniam ad villam publicam venerat, parum viſum qui vteretur, iuſsiſſe duos pueros in foro de mẽſa emi, eos quinq; in Hiſpaniam duxiſſe. Hæc Pudens ſi legiſſet, vt mea opinio eſt, aut omnino huic maledicto ſuperſediſſet: aut in tribus ſeruis multitudinem comitum Philoſophi, quàm paucitatem reprehendere maluiſſet. Idem mihi etiam paupertatem obprobrauit, acceptum Philoſopho crimen, & vltrò profitendũ. Enimuerò paupertas olim Philoſophiæ vernacula eſt: frugi, ſobria, paruo potens, æmula laudis, aduerſum diuitias poſſeſſa, habitu ſecura, cultu ſimplex, cõſilio beneſuada, neminem vnquam ſuperbia inflauit, neminẽ impotentia deprauauit, neminẽ tyrannide efferauit, delicias ventris & inguinum neque vult vllas, neque poteſt. Quippe hæc & alia flagitia, diuitiarum alumni ſunt. Maxima quæque ſcelera ſi ex omni memoria hominum percẽſeas, nullum in illis pauperem reperies: vbi contra hanc temerè inter illuſtres viros diuites comparent: ſed quemcunque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata *a* eſt: paupertas inquam, priſca apud ſecula omnium ciuitatum conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis glorię munifica, cunctis laudibus apud omneis nationes perfecta. Eadem enim eſt paupertas apud Græcos in Ariſtide iuſta, in Phocione benigna, in *b* Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta. Eadẽ paupertas

Paupertatis laus.

a eſt. Paup.

b Epaminunda

etiam

etiam populo Rom. Imperium à primordio fundauit, proq; eo in hodiernum dijs immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat. Quòd si modò iudices de causa ista sederent C Fabricius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorum filiæ ob paupertatem de publico dotibus donatæ ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam: si Publicola regum exactor, & Agrippa populi reconciliator, quorum funus ob tenueis opes à populo Romano collatis sextantibus adornatum est: si Attilius Regulus, cuius agellus ob similem penuriam publica pecunia cultus est: si deniq; omnes illæ veteres prosapiæ Consulares & Censoriæ & triumphales, breui vsura lucis ad iudiciũ istud remissæ audirent, auderésne paupertatẽ Philosopho exprobrare, apud tot Consules pauperes? An tibi Claudius Maximus idoneus auditor videtur ad irridendam paupertatem, qui ipse vberem & prolixam rem familiarem sortitus est? Erras Æmiliane; & longè huius animi frustra es, si eum ex fortunæ indulgentia, non ex Philosophiæ censura metiris: si virum tam austeræ sectæ, tamq; diutinæ militiæ non putas a amiciorem esse coërcitæ mediocritati, quàm delicatæ opulentiæ: fortunam, velut tunicam magis concinnam, quàm lõgam probare. quippe etiam ea si non gestetur, & trahatur, nihilo minus quàm lacinia præpendens impedit, & præcipitat. Etenim omnibus ad vitæ munia vtendis, quicquid aptam moderationem supergra-

Rom. clarif. viri paupe-res.

a amiciorem

ſupergraditur, oneri potius quàm vſui exuberat. Igitur & immodicæ diuitiæ, velut ingentia & enormia gubernacula, faciliùs mergunt quàm regunt, quòd habent irritá copiam, noxiam nimietatē. Quin ex ipſis opulentioribus eos potiſsimùm video laudari, qui nullo ſtrepitu, modico cultu, diſsimulatis facultatibus agunt, & diuitias magnas adminiſtrāt ſine oſtētatione, ſine ſuperbia, ſpecie mediocritatis pauperum ſimiles. Quòd ſi etiam ditibus ad argumentū modeſtiæ quæritur imago quæpiam & color paupertatis, cur eius pudeat tenuiores, *a* qui ea non ſimulata ſed verè fungimur? Poſſum quidē tibi & ipſius nominis cōtrouerſiam facere, neminem noſtrū pauperem eſſe, qui ſuperuacanea nolit, *b* poſſit neceſſaria, quæ natura oppidò pauca ſunt. Namq; is plurimū habebit, qui minimum deſiderabit. Habebit enim quantum volet, qui volet minimum. Et iccirco diuitiæ non melius in fundis & in fœnore, quàm in ipſo hominis æſtimantur animo. Qui ſi eſt auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri ſatiabitur, ſed ſemper aliquid, antè parta vti augeat, *c* mendicabit. quæ quidem vera confeſsio eſt paupertatis. Omnis enim cupido acquirendi, ex opinione inopiæ venit. Nec refert quàm magnum ſit, quod tibi minus eſt. Non habuit tantam rem familiarem Philus, quantam Lælius: nec Lælius, quantā Scipio: nec Scipio, quantam Craſſus *d* diues, At enim nec Craſſus diues, quantū volebat.

Omne nimium moleſtum.

a quòd

b poſſit

Philoſophos nō eſſe pauperes.

c mendicabit. Quæ

d diues: at

Craſſus omnibus potius diues viſus, quàm ſibi.

volebat. Ita cùm omneis superaret, à suamet auaritia superatus est: omnibusq; potius diues visus est, quàm sibi. At contrà hi Philosophi, quos commemoraui, non vltrà volentes quàm poterant, sed cõgruentibus desiderijs & facultatibus, iurè meritoque dites & beati fuerunt. Pauper enim fis appetendi egestate, diues non egendi satietate: quippe qui inopia, desiderio; opulentia, fastidio cernuntur. Igitur Æmiliane, si pauperem me habere vis, prius auarum esse doceas necesse est. Quòd si nihil in animo deest, de rebus extraneis quantum desit non laboro; quarum neq; laus in copia, neq; culpa in penuria consistit. Sed finge hæc aliter esse: ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna diuitias inuidit: easq;, vt ferinè euenit, aut tutor imminuit, aut inimicus eripuit, aut pater nõ reliquit: hoccíne homini obprobrari pauperiem, quod nulli ex animalibus vitio datur? nõ aquilæ, non tauro, nõ leoni. Equus si virtutibus suis polleat vt æquabilis vector, & cursor pernix; nemo ei penuriam pabuli exprobrat. Tu mihi vitio dabis, non facti vel dicti alicuius prauitatem, sed quòd viuo gracili lare, quòd paucioreis habeo, parciùs pasco, leuiùs vestio, minus obsono? Atqui ego cõtrà, quãtulacunq; tibi hæc videantur, multa etiam, & nimia arbitror, & cupio me ad pauciora coërcere: tantò beatior futurus, quãtò collectior. Namq; animi, ita vt corporis, sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est: certumq; signũ est infirmitatis, pluribus indigere. Prorsùs

Pauper, auarus.

Prorsus ad viuendum, velut ad natandum, is melior, qui onere liberior. Sunt enim similiter etiam in ista vita humana tempestates, leuia sustētatui, grauia demersui. Equidem didici, ea re præcedere maximè deos hominibus, quod nulla re ad vsuum sui indigeant. Igitur ex nobis, cui quàm minimis opus sit, eum esse Deo similliorem. Proinde gratũ habitum, ad contumeliam diceretis, rem familiarem mihi peram & baculum fuisse: quod vtinam tantus animi forem, vt præter eam supellectilem nihil quicquam requirerem, sed eundem ornatum dignè gestarem, quem Crates vltrò diuitijs abiectis appetiuit. Crates inquam, siquid credis Æmiliane, vir domi inter Thebanos proceres diues, & nobilis, amore huius habitus quem mihi obiectas, rem familiarem largam & vberem populo donauit, multis seruis à sese remotis solitatem delegit, arbores plurimas & frugiferas præ vno baculo spreuit; villas ornatissimas vna perula mutauit, quam postea, comperta vtilitate, etiam carmine laudauit, flexis ad hoc Homericis versibus, quibus ille Cretam insulam nobilitat. Principium dicam, ne me hæc ad defensionem putes confinxisse:

Dij quæ paucissime homini praesentia.

Crates diuitias paupertati posthabuit.

Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ

Καλὴ καὶ πίειρα περίρρυτος.

Iam cætera tam mirifica, quæ si tu legisses, magis mihi peram, quàm nuptias Pudentillæ inuidisses. Peram & baculum tu Philosophis exprobrares? Igitur & equitibus faleras,

Pera & baculus Philosophi insignia.

pedi-

& pedibus clypeos, & figniferis vexilla, & denique triumphantibus quadrigas albas, & togam palmatam. Non funt quidem ifta Platonicæ fectæ geftamina, fed Cynicæ infignia familiæ. Verumtamen hæc Diogeni & Antifthenì pera & baculus, quod Regibus diadema; quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod a lituus Auguribus. Diogenes quidem Cynicus, cum Alexandro Magno de veritate regni certabundus, baculo fceptri vice gloriabatur. Ipfe deniq; Hercules inuictus, (quoniam hæc tibi vt quædam mendicabula animi fordent) ipfe inquam Hercules luftrator Orbis, purgator ferarũ, gentium domitor: is tamen Deus cùm terras peragraret, paulò priùs quàm in cœlum ob virtutes afcitus eft, neque vna pelle veftitior fuit, neque vno baculo comitatior. Quòd fi hæc exempla nihili putas, ac më non ad caufam agendam, vërùm ad cenfum differundum vocafti, ne quid tu rerum mearum nefcias, fi tamen nefcis, profiteor mihi ác fratri meo relictũ à patre H S. b viginti, quod eft vicies paulo fecus : idq; à me longa peregrinatione, & diutinis ftudijs, & crebris liberalitatibus, modicè imminutum. Nam & amicorum plerifq; opem tuli, & magiftris plurimis gratiam retuli, quorundã etiam filias dote auxi. neq; enim dubitaffem equidem vel vniuerfum patrimoniũ impendere. vt c acquirerẽ mihi, quod maius eft contemptu patrimonij. Tu verò Æmiliane, & id genus homines, vti tu

a lituum

Diogenes Cynicus.

Hercules.

Apuleij patrimonium.

b vicies, paulò fec⁹.

c adquirerem

es

es, inculti & agrestes, tanti reuera estis, quantum habetis: vt arbor infœcunda & infœlix, quæ nullum fructum ex sese gignit, tanti est in precio, quanti lignum eius in trunco. Attamen parce postea, Æmiliane, paupertatem cuipiam obiectare, qui nuper vsq; agellũ Zarathensem, quem tibi vnicum pater tuus reliquerat, solus vno asello ad tempestiuum *a* hymbrem, triduò exarabas. Neque enim diu est, cùm te crebræ mortes propinquorum immeritis hæreditatibus fulserunt. Vnde tibi potius, quam ob istam teterrimam faciem. Charon nomẽ est. De patria mea verò, quòd eam sitam Numidæ & Getuliæ in ipso confinio, meis scriptis ostẽdi, scis quibus memet professus sum, cùm Lolliano *b* Auito præsente publicè dissererem. Seminumidam & Semigetulum. Non video, quid mihi sit in ea repudendum: haud minus quam Cyro maiori, quòd genere mixto fuit Semimedus ac Semipersa. Non enim vbi prognatus, sed vt moratus quisq; sit, spectandum: nec qua regione, sed qua ratione vitam viuere inierit, considerandum est. Olitori & cauponi meritò est concessum, olus & vinum ex nobilitate soli cõmendare: vinũ Thasium, olus *c* Phliasiũ. quippe illa terra alumna multum ad meliorem saporem iuuerit, & regio fœcunda, & cœlum pluuium, & ventus clemens, & Sol apricus, & solum succidũ. Enimuerò animo hominis extrinsecus in hospitium corporis immigranti, quid ex istis addi vel minui ad virtutem vel

kkk mali.

Elegans simile.

a imbrem,

Aemilianus Charon cur dictus.

b Auito v. c. pref.

Mores spectandi, non patria.

c Phliasiũ. Quippe

maliciam poteſt? Quando nō in omnibus gen-
tibus varia ingenia prouenêre? quamquam vi-
deantur quædam ſtultitia vel ſolertia inſignio-
res. Apud ſocordiſsimos Scythas, Anacharſis
a Miletides ſapiens natus eſt: apud Atheniēſes catos, *a* Me-
letides fatuus. Neq; hoc eò dixi, quò me patriæ
meæ pœniteret, etſi adhuc Syphacis oppidum
Apuleij patr i eſſemus: quo tamen victo, ad Maſiniſſam re-
gem conceſsimus, munere populi: ac dein-
b conditu, ceps, veteranorum militum nouo *b* conditu,
ſplendidiſsima colonia ſumus: in qua colonia
patrem habui loco principis Duumuiralem
cunctis honoribus perfunctum. Cuius ego lo-
cum in ea republ. exinde, vt participare curiam
cœpi, nequaquam degener, pari ſpero hono-
c exiſti-mation e re & *c* extimatione tueor. Cur ergo illa protu-
li? Vt mihi tu, Æmiliane, minus poſthac ſuc-
cenſeas, potiuſque vt veniam impertias, ſi per
negligentiam fortè non elegi illud tuum Attia-
Zarat. cum Zarat, vt in eo naſcerer. Nónne vos pu-
ditum eſt, hæc crimina, tali viro audiente, tam
aſſeueranter obiectare? friuola & inter ſe re-
pugnantia ſimul promere? & vtraque tamen
reprehendere? At non contraria accuſatis?
peram & baculum, & auctoritatem: carmina
& ſpeculum, ob hilaritatem: vnum ſeruum,
vt deparci; treis libertos, vt profuſi? præter-
ea eloquentiam Græcam, patriam barbaram?
d expergi-ſcimini, at vos Quin igitur tandem *d* expergiſcimini? At
vos cogitatis apud Claudium Maximum di-
cere, apud virum ſeuerum, & totius prouinciæ
nego.

negocijs occupatum? Quin inquam vana hæc conuicia aufertis? quin oſtenditis, quid inſimulauiſtis? ſcelera immunia, & inconceſſa maleficia, & arteis nefandas? Cur veſtra oratio rebus flaccet, ſtrepitu viget? Aggredior enim iam ad ipſum crimen *a* Magie, qua ingenti tumultu ad inuidiam mei, accenſum, fruſtrata expectatione omnium, per neſcio quas anileis fabulas deflagrauit. Ecquandóne vidiſti Maxime, flammam ſtipula exortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento? ſedenim materia leui, caduco incendio, nullis reliquijs? Hem tibi illa accuſatio iurgijs inita, verbis aucta, argumentis defecta, nullis poſt ſententiam tuam reliquijs calumniæ permanſura. Quæ quidem omnis Æmiliano fuit in iſto vno deſtinata, me Magum eſſe: & ideo mihi libet quærere, ab eruditiſsimis ei aduocatis, quid ſit Magus. Nam ſi, quod ego apud plurimos lego, Perſarum lingua Magus eſt, qui noſtra ſacerdos: quod tandem eſt crimen, ſacerdotem eſſe? & ritè noſſe, atque ſcire, atque callere, leges cerimoniarum, fas ſacrorum, ius religionum? Si quidem Magia id eſt quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν, cùm commemorat, quibúsnam diſciplinis puerum regium *b* adoleſcentem Perſæ imbuant. Verba ipſa diuini viri memini, quæ tu mecum Maxime recognoſce, dicẽtia: δὶς ἑπτὰ δὲ γενόμενον ἐτῶν τὸν παῖδα παραλαμβάνουσι, οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν, εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες

a Magiæ,

Magus quid.

Magia.

b adoleſcentem

ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες. ὅ,τε σοφώτατος, καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου, τοῦ Ὠρομάζου. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά Auditis'ne Magiam, q eam temerè accusatis, artē esse dijs immortalibus acceptam, colēdi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet, & *a* diuini scientem, iam inde à Zoroastre & Oromazo autoribus suis nobilem, cœlitum antistitem? quippe inter prima regalia docetur: nec vlli temerè inter Persas cōcessum est Magum esse, haud magis quàm regnare. Idem Plato in alia sermocinatione, de Zamolxi quodam Thraci generis, sed eiusdem artis viro, ita scriptum reliquit:

a diuini scientem Magorū dignitas apud Persas.

* * * *

Quod si ita est, cur mihi nosse non liceat vel Zamolxi bona verba, vel Zoroastri sacerdotia? Sin verò more vulgari, eum isti propriè Magum existimant, qui communione loquendi cum dijs immortalibus, ad omnia quæ velit incredibilia quadam vi cantaminum polleat: oppidò miror, cur accusare non timuerint, quem posse tantum fatentur. Neque enim tam occulta & diuina potentia caueri potest, itidem vt cætera. Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit. Qui venenarium accusat, scrupulosiùs cibatur. Qui furem arguit, sua custodit. Enimuerò qui Magum, qualem isti dicunt, in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cæcam & ineuitabilem prohibeat?

Magus vulgò quis.

hibeat? Nullis ſcilicet. & ideo id genus crimen non eſt eius accuſare, qui credit. Verùm hæc fermè communi quodam errore imperitorum Philoſophis obiectantur: vt partim eorum qui corporum cauſas meras & ſimpliceis rimantur, irreligioſos putent, eoq; aiant deos abnuere: vt Anaxagoram, & Leucippum, & Democritum, & Epicurum, cæteroſq; rerum naturæ patronos. partim autẽ, qui Prouidentiam Mundi curioſiùs veſtigant, & impenſiùs deos celebrant, eos verò vulgò Magos nominent: quaſi facere etiam ſciant, quæ ſciant fieri. vt olim fuêre Epimenides, & Orpheus, & Pythagoras, & a Oſtanes. ac dein ſimiliter ſuſpecta eſt Eocli Cathorino, Socrati Dæmonion Platonis, *τὸ ἀγαθόν*. Gratulor igitur mihi: cùm & ego tot & tantis viris adnumeror. Cæterùm quæ ab illis ad oſtendendum crimen obiecta ſunt vana & inepta & ſimplicia, vereor ne ideo tantum crimina putes, quòd obiecta ſunt. *Cur, inquit, piſcium genera quæſiſti?* quaſi id cognitionis gratia Philoſopho facere non liceat, quòd luxurioſo gulæ cauſa liceret? *Cur mulier libera tibi nupſit poſt annos tredecim viduitatis?* Quaſi non magis mirandum ſit, quòd tot annis non nupſerit. *Cur prius quàm tibi nuberet, ſcripſit neſcio quid in epiſtola, quod ſibi videbatur?* Quaſi quiſquam debeat cauſas alienæ ſententiæ reddere. *Atenim maior natu eſt iuuenem aſpernata.* Igitur hoc ipſum argumentũ eſt, nihil opus Magia fuiſſe, vt nubere vellet mulier viro, vidua cœlibi, maiori iuniori. Iam

Philoſophi cur Magi plerunq; exiſtimentur.

a Oſtanes. Ac.

& illa similia: *Habet quiddam Apuleius domi, quod sanctè colit.* Quasi non id potiùs crimen sit quod colas non habere. *Cecidit præsente Apuleio puer.* Quid enim si iuuenis, quid si etiam senex adsistente me corruisset? vel morbo corporis impeditus, vel lubrico soli prolapsus? Hiscine argumẽtis Magiam probatis? casu puerili, & matrimonio mulieris, & obsonio piscium? Possem equidem bono periculo, vel his dictis contentus perorare. Quoniam tamen mihi pro accusationis longitudine a largitur, atque superest: cedò, si videtur, singula consideremus. Atque ego omnia obiecta, seu vera, seu falsa sint, non negabo: sed perinde atque si facta sint fatebor, vt omnis ista multitudo, quæ plurima vndique ad audiendum conuênit, apertè intelligat, nihil in Philosophos non modò verè dici, sed ne falsò quidem posse confingi, quod non ex innocentiæ fiducia, quamuis liceat negare, tamen habeant potiùs defendere. Primùm igitur argumenta eorum conuincam, ac refutabo, nihil ea ad Magiam pertinere: deinde, etsi maximè Magus forem; tamen ostendam, neque causam vllam, neque occasionem fuisse, vt me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falsò inuidia, deque epistolis mulieris perperam lectis, &, nequius interpretatis: deque matrimonio meo ac Pudentillæ disputabo. Idque à me b susceptum potius officij gratia, quàm lucri causa, docebo. Quod quidẽ matrimonium nostrum Æmiliano huic, immanè

a largiter aquæ

b susceptũ officij

immanè quanto angori, quantæq; inuidię fuit: inde omnis huiusce accusationis obeundæ ira & rabies,& denique insania exorta est. Quæ si omnia palàm & dilucidè ostendero; tunc denique te, Claudi Maxime, & omneis qui adsunt contestabor, puerum illum *a* Sicinnium Pudentem priuignum meum, cuius obtentu & voluntate à patruo eius accusor, nuperrimè curæ meę ereptum, postquàm frater eius Pontianus & natu maior, & moribus melior, diem suum obijt: atque ita in me ac matrem suam nefariè efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studijs, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis huius rudimentis, patruo Æmiliano potiùs quàm fratri Pontiano similem futurum. Nunc, vt institui, proficiscar ad omnia Æmiliani huiusce deliramenta, orsus ab eo, quòd ad suspicionem Magiæ, quasi validissimum in principio dici animaduertisti, nõnulla me piscium genera per quosdam piscatores precio quęsisse. Vtrum igitur horum ad suspectandam Magiam *b* valet, quod ne piscatores mihi piscem quæsierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris negocium istud dandum fuisse, atque ita opera cuiusque artis permutanda, si vellem calumnias vestras vitare, vt faber mihi piscem, vt piscator mutuò lignum dedolaret? An ex eo intellexistis maleficio q̃ri pisciculos, quòd precio quærebantur? Credo si conuiuio vellem, gratis quæsissem. Quin igitur etiam ex alijs plerisque me arguitis? Nam sæ-

a Sicinium. Sicinnius Pudens.

b valet?

 penu-

penumerò & vinum, & olus, & pomum,& panem precio mutaui. Eo pacto cupediarijs omnibus famem decernis. Quis enim ab illis obsonare audebit? Siquidem statuitur, omnia edulia, quæ *a* de penso parantur, non cœnæ, sed Magiæ desiderari. Quod si nihil remanet suspicionis, neq; in piscatoribus mercede inuitatis, ad quod solent ad piscem capiundū, quos tamē nullos ad testimonium produxêre, quippe qui nulli fuerunt: neque in ipso precio rei venalis, cuius tamen quātitatem nullam taxauêre, ne si mediocre precium dixissent, contemneretur: si plurimum, non *b* crederetur. Si in his, vt dico, nulla suspicio *c* est: respondeat mihi Æmilianus, quo proximo signo ad accusationem Magiæ sit inductus. *Pisces*, inquit, *quæris*. Nolo negare. Sed oro te, qui pisces quærit, Magus est? Equidem non magis arbitror, quàm si lepores quærerem, vel apros, vel altilia, an soli pisces habent aliquid occultum alijs, seu Magis *d* cognitum. Hoc si scis quid sit, Magus es profectò: sin nescis, confitearis necesse est, id te accusare, quod nescis. Tam rudeis vos esse omnium literarum, omnium denique vulgi fabularum, vt ne fingere quidem possitis ista verisimiliter? Quid enim competit ad amoris ardorem accēdendum, piscis brutus & frigidus, aut omnino res pelago quæsita? Nisi fortè hoc vos ad mendacium induxerit, quòd Venus dicitur pelago exorta. Audi sis *e* tam non impudens quàm multa nescieris, qui de piscibus argumentum

a depenso

b credetetur: si

c est?

d cognitū?

e Tantoni vdens,

Magiæ

Magiæ recepisti. At si Vergilium legisses, profectò scisses, alia quæri ad hanc rem solere. Ille enim, quantum scio, enumerat vittas molleis, & verbenas pingueis, & thura mascula, & licia discolora: præterea laurum fragilem, limum durabilem, cæram liquabilem: nec minus, quæ iam in opere serio scripsit: *Magiæ instrumenta.*

Falcibus & messe ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.
Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.——

At tu piscium a insimulator, longè diuersa instrumenta Magis attribuis: non frontibus teneris detergenda, sed dorsis squalentibus excindenda: nec fundo reuellenda, sed profundo extrahenda: nec falcibus metenda, sed hamis inuncunda. Postremò, in maleficio ille venenum nominat, tu pulmentum: ille herbas & surculos, tu squamas & ossa: ille pratum decerpit, tu fluctū scrutaris. Memorassem tibi etiam Theocriti paria, & alia Homeri, & Orphei plurima, & ex comœdijs & tragœdijs Græcis, & ex historijs multa repetissem, ni te dudum animaduertissem Græcam Pudentillæ epistolam legere nequiuisse. Igitur vnum etiam poëtam Latinum attingam, versus ipsos, quos agnoscent qui Lælium legêre. *a insimulato.*

Philtra omnia vndique eruunt,
Antiphates illud quæritur,
Trochiscili, vngues, teniæ,
Radiculæ, herbæ, surculi,

Aureæ ilices, bichordilæ,
Hinnientum dulcedines

Piſces ad Magiam nihil facere.

Hæc & alia quæſiſſe me potius, quàm piſces, lõgè veriſimilius cõfinxiſſes. His etenim fortaſſe per famam peruulgatam fides fuiſſet, ſi tibi vlla eruditio adfuiſſet. Enimuerò piſcis ad quam rem faciat captus, niſi ad epulas coctus? cæterùm ad Magiam nihil. Quamquam videatur nihil adiutare, dicam vnde id coniectem. Pythagoram plerique Zoroaſtri ſectatorem, ſimiliterq; Magiæ peritum arbitrati, eum memoria prodiderũt, cùm animaduertiſſet ꝓximè Metapontum, in littore Italiæ ſuæ, quam ſubſiciuã Græciam fecerat, à quibuſdam piſcatoribus euerriculum trahi: fortunam iactus eius emiſſe: & precio dato, iuſsiſſe illicò piſces eos qui capti tenebantur, ſolui retibus, & reddi profundo. Quos ſcilicet eum de manibus amiſſurum non fuiſſe, ſi quid in his vtile ad Magiam comperiſſet. Sed enim vir egregiè doctus, & veterum æmulator, meminerat Homerum poëtam multiſcium, vel potius cunctarum rerum adprimè peritum, vim omnem medicaminum nõ mari, ſed terræ ſcripſiſſe, cùm de quadam ſaga ad hunc modum memorauit:

* * *

Itemque alibi carminum ſimiliter:

* * *

Cùm tamen numquam apud eum marino aliquo & piſculento medicauit, nec Protheus faciem, nec Vlyſſes ſcrobem, nec Æolus follem,

lem, nec Helena crateram, nec Circe poculum, nec Venus cingulum. At vos soli reperti estis ex omni memoria, qui vim herbarum, & radicum, & surculorum, & lapillorum, quasi quadã colluuione naturæ, de summis montibus in mare transferatis, & penitùs piscium ventribus insuatis. Igitur vt solebat ad Magorum ceremonias aduocari Mercurius carminum vector, & illex animi Venus, & Luna noctium conscia, & manium potens Triuia: vobis authoribus, posthac Neptunus cum Salacia, & Portunus cum omni choro Nereïdum, ab æstibus fretorum ad æstus amorum transferentur. Dixi cur non arbitrer quicquam negocij esse Magis & piscibus. Nunc, si videtur, credamus Æmiliano, solere pisces etiam ad Magicas potestates adiuuare. Num ergo propterea, quicunque piscem quærit, & ipse Magus est? Eo quidem pacto, & qui myoparones quæsierit, pirata erit; & qui vectem, perfossor: & qui gladium, sicarius. Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id posſit aliquid aliquã obesse: nec tam lætum, quin posſit ad tristitudinem intelligi. Nec tamen iccirco omnia ad nequiorem suspicionem trahuntur, etsi thus & casiam & myrrham, cæterosque id genus odores funeri tantùm emptos arbitreris, cùm & medicamento parentur, & sacrificio. Cæterùm eodẽ piscium argumento, etiam Menelai socios putabis Magos fuisse, quos ait Poëta præcipuus, flexis hamulis apud Pharum insulam

Magiæ di-

Menelai socij.

ſulam famem propulſaſſe: etiam mergos, & delphinos, & ſcyllas, tu eôdem referes: etiam gulones omneis, qui impenſo piſces precio à piſcatoribus mercantur: etiam ipſos piſcatores qui omnium generum piſceis arte acquirunt. Cur ergo & tu quæris? Nolo equidem, nec neceſſarium habeo tibi dicere: ſed per te, ſi potes, ad hoc quæſiſſe argue, vt ſi helleborum, vel cicutam, vel ſuccum papaueris emiſſem, item alia eiuſdẽ modi, quorum moderatus vſus ſalutaris, ſed commixtio vel quantitas noxia eſt: quis æquo animo pateretur, ſi me per hoc veneficij arceſſeres, quòd ex illis poteſt homo occidi? Videamus tamen quæ fuerint piſcium genera, tam neceſſaria ad habendum, tamque rara ad reperiendum, vt meritò ſtatuto præmio quærerentur. Tria omnino nominauerant: vnum falſi, duo mẽtiti. Falſi, quòd leporem marinum fuiſſe dixerunt, qui alius omnino piſcis fuit, quem mihi a Themis conſeruus noſter, Medicinæ non ignarus, vt ex ipſo audiſti, vltrò attulit ad inſpiciundum. nam quidem leporem nondum etiam inuenit. Sed profiteor me quærere & cætera, non piſcatoribus modò, verùm etiam amicis meis negocio dato, quicunque minus cogniti generis piſcis inciderit, vt eius mihi aut formam commemorent, aut ipſum viuum, ſi id nequierint, vel mortuum oſtendant. Quamobrem id faciam, mox docebo. Mentiti autem ſunt calidiſsimi accuſatores mei, vt ſibi vidẽtur, cùm

Lepus marinus.

a Themiſon ſeruus

cum me ad finem calumniæ confinxerunt, duas res marinas, impudicis vocabulis quæsiſſe: quas, Tannonius ille, cùm vtriuſque ſexus genitalia intelligi vellet, ſed eloqui propter infantiam cauſidicus ſummus nequiret, multum ac diu hæſitato, tandem virile marinum, neſcio qua circumlocutione malè ac ſordidè nominauit. Sedenim fœminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea ſcripta confugit, quia & è quodam meo libro legit: *Interfœminium tegat, & fœmoris obiectu, & palmæ velamento.* Hic etiã, pro ſua grauitate, vitio mihi vortebat, quòd me nec ſordidiora dicere honeſtè pigeret. At ego illi contrà iuſtius exprobrauerim, quòd qui eloquentiæ patrocinium vulgò profiteatur, etiam honeſta dictu ſordidè blatteret, ac ſæpe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obmuteſcat. Cedo enim, ſi ego de Veneris ſtatua nihil dixiſſem, neque interfœminium nominaſſem, quibus tandem verbis accuſaſſes crimen illud, tam ſtulticiæ quàm linguæ tuæ congruens? an quicquam ſtultius, quàm ex nominum propinquitate vim ſimilem rerum coniectari? Et a fortaſſe, an præacutè reperiſſe vobis videbamini? At quæſiſſe me fingeretis ad illecebras Magicas duo hæc marina, Veretillam, & Virginal. diſce enim nomina rerum Latina: q̃ propterea variè nominaui, vt denuò inſtructus accuſes. Memento tamen tam ridiculum argumentum fore, deſiderata ad res venereas marina

a fortaſſean,

rina

rina obscœna, quàm si dicas marinum pectinem comando capillo quæsitum, vel aucupandis volantibus piscem accipitrem, aut venandis apris piscem apriculum, aut eliciẽdis mortuis marina caluaria. Respondeo igitur ad hunc vestrum locum, non minus insulsè quàm absurdè commentum, me hasce nugas marinas, & quisquilias littoraleis, neque precio neque gratis quęsisse. Illud etiam pręterea respondeo, nescisse vos, quid à me quæsitum fingeretis. Hæc enim friuola, quę nominastis, pleraque in litoribus omnibus congestim & aceruatim iacẽt, & sine vllius opera quamlibet leuiter motis flucticulis vltro foràs euoluuntur. Quin ergo dicitis me eadem opera precio impenso per plurimos piscatores quæsisse de litore, conchulam striatam *a* habentem, calculum teretem: præterea cancrorum furcas, echinorum caliculos, lolliginum ligulas: postremò assulas, festucas, resticulas, & ostrea Pergami vermiculata: denique muscum, & algam, & cætera maris eiectamenta, quæ vbique litorum ventis expelluntur, salo expuuntur, tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur. Neque enim minus istis, quæ commemoraui, accommodari possunt, similiter ex vocabulo suspiciones. Posse dicitis ad res venereas sumpta de mari spuria & fascina, propter nominum similitudinem: quî minus posit ex eodem litore calculus ad vesicam, testa ad testamẽtum, cancer ad vlcera, alga ad *b* quercetum? Næ tu Claudi

a hebetem,

b querquetum? Ne

Claudi Maxime nimis patiens vires, & oppidò proxima humanitate, qui hasce eorum argumentationes diu herclè perpessus sis. Equidem cùm hæc ab illis quasi grauia & inuincibilia dicerentur, illorum stulticiam ridebam, tuam patientiam mirabar. Cæterum, quamobrem plurimos iam piscis cognouerim, quorundam adhuc nescius esse nolui, discat Æmilianus, quorum vsque adeò rebus meis curat: quamquam est iam præcipiti æuo, & occidua senectute; tamen si videtur, suscipiat doctrinã, seram planè, & *a* post vinum: legat veterum Philosophorum monumenta, tandem vt intelligat, non me primum hæc requisisse, sed iampridem maiores meos, Aristotelem dico, & Theophrastum, & Eudemum, & Lyconem, cæterosque Platonis minores, qui plurimos libros de genitu animalium, deque particulis, deque omni differentia reliquerunt. Bene, quod apud te Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profectò Aristotelis περὶ ζώων γενέσεως, περὶ ζώων ἀνατομῆς, περὶ ζώων ἱστορίας multijuga volumina: præterea Problemata innumera eiusdem, tum ex eadem secta cæterorum, in quibus id genus varia *b* tractantur: quæ tanta cura conquisita, si honestum & gloriosum fuit illis scribere, cur turpe sit nobis experiri? præsertim cùm ordinatius & cohibilius eadem Græcè & Latinè adnitar conscribere, & in omnibus aut omissa *c* acquirere, aut defecta supplere? Permittite, si opera est,

a postumam.
b tractantur. Quæ
c anquirere,

est, quædam legi de Magicis meis, vt sciat me Æmilianus, plura quàm putat quærere, & sedulò explorare. Prome tu librum ex Græcis meis, quos fortè hîc amici habuêre, seduliq́ue Naturalium quæstionum: atq; eum maximè, in quo plura de piscium genere tractata sunt. Interea, dum hic quærit, ego exemplum rei competens dixero. Sophocles poëta Euripidi æmulus & superstes: (vixit enim ad extremã senectam) cùm igitur accusaretur à filio suomet dementiæ, quasi iam per ætatẽ desiperet, protulisse dicitur a Colonæum suã, peregregiam tragœdiarum, quam fortè tum in eo tempore cõscribebat: eamq́ iudicibus legisse, nec quicquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi vt audacter dementiæ condemnarent, si carmina senis displicerent. Ibi ego compe-rior, omnes iudices tanto poëtæ adsurrexisse, miris laudibus eum tulisse, ob argumenti solertiam, & cothurnum facundiæ: nec ita multum omnis abfuisse, quin accusatorem potius dementiæ condemnarent. Inuenisti tu librum? Beasti. Cedò enim, experiamur, an & mihi possint in iudicio literæ meæ prodesse. Lege pauca in principio, deinde quædam de piscibus. At tu, interea dum legit, b causam sustine. Audisti Maxime, quorum pleraque scilicet legeras apud antiquos Philosophorum: & memento, de solis piscibus hæc volumina à me conscripta, de eorum coitu progignantur; qui ex limo coalescant, quoties & quid anni cuiusque

Sophocles dementiæ accusatus.

a Coloneum

b aquam

iuſque eorum generis fœminæ ſubent, mares ſuriant, quibus membris & cauſis diſcreuerit natura viuiparos eorum & ouiparos: ita enim appello, quæ Græci *a* ζωοτόκα. Et ne operosè animalium genita pergam, deinde de differentia & victu, & membris, & ætatibus, cæteriſque plurimis ſcitu quidem neceſſarijs, ſed in iudicio *b* alienis: pauca etiam de Latinis ſcriptis meis, ad eandem peritiam pertinentibus, legi iubebo, in quibus animaduertes, cùm in eis cognitu rara, tum nomina etiam Romanis inuſitata, & in hordiernum (quod ſciam) *c* infecta. Ea tamen nomina labore meo & ſtudio ita de Græcis prouenire, vt tamen Latina moneta percuſſa ſint. Vel dicant nobis, Æmiliane, patroni tui, vbi legerint Latinè hæc pronunciata vocabula, de ſolis aquatilibus dicam; nec cætera animalia niſi in communibus differentes attingam. Auſculta igitur quæ dicam. Iam me clamabis magica nomina Ægyptio vel Babylonico ritu percenſere. Poſſum etiam pergere: ſed non eſt operæ in iſtis diem terere, vt ſit mihi tempus aggredi ad cætera. hæc interim, quæ dixi, pauca recita, Latinè à me enunciata.

a ζωοτόκα καὶ ᾠοτόκα,
b alienis. P ca
c infecta: ea

* * *

Vtrum igitur putas Philoſopho, non ſecundum Cynicam temeritatem rudi & indocto, ſed qui ſe Platonicæ ſcholæ meminerit, vtrum ei putas turpe, ſcire iſta, an neſcire? negligere, an curare? noſſe quanta ſit etiam

in istis prouidentiæ ratio, an de dijs immortalibus matri & patri credere? Q. Ennius * ædes Phagitica, quæ versibus scripsit, innumerabilia piscium genera enumerat, quæ scilicet curiosè cognouerat. Paucos versus memini, eos dicã:

Omnibus vt clypea præstat, mustela marina.
a Oeni, al. Teni. *Mures sunt a Aeni aspera & ostrea & plurima Abydi.*
Mus Mitylenæ est pecten, caradrum quæ apud Vmbraciæ fineis.
Brundusij sargus bonus est, hunc magnus si erit, sume.
Apriculum piscem scito primum esse Tarenti.
b quid? *Surrenti ellopa fac emas, glaucum apud Cumas.* b qd
Scarum præterij, cerebrum Iouis penè supremi?
Nestoris ad patriam hic capitur magnusq; bonusq;.
Melanurum, turdum, merulamq;, vmbramq; marinam.
Polypus Corcyræ, caluaria pinguia Carnæ.
Purpura, matriculi, mures, dulces quoq; echini.

Alios etiam multis versibus decorauit, & vbi gentium quisque eorum inueniatur ostendit, qualiter assus aut iussulentus optimè sapiat: nec tamen ab eruditis reprehenditur. Næ ego reprehendar, qui res paucissimis cognitas Græcè, Latinè proprijs & elegantibus vocabulis conscribo? Cùm hoc satis dixi, tum aliud accipe. Quid enim tandem, si Medicinæ neque instudiosus, neq; imperitus, quæpiam remedia ex piscibus quæro, vt sanè sunt plurima, cùm in alijs omnibus rebus eodem naturæ munere interspersa atque interseminata, tum etiam nonnulla in c piscibus? An remedia nosse, & conquirere, Magi potius esse, quàm Medici,

c piscib⁹; an

quàm

uàm denique Philosophi putas? qui illis non d quæstum, sed ad suppetias vsurus est. Veteres quidem Medici etiam carmina remedia vulnerum norant, vt omnis vetustatis certissimus autor Homerus docet, qui facit a Vlysi le vulnere sanguinē profluētem sisti cantamine. Nihil enim quod salutis ferendæ gratia fit, criminosum est. At enim, inquit, piscem cui rei nisi malè proscidisti, quem tibi b Thenus conseruus attulit? Quasi verò nō paulò prius dixerim, me de particulis omnium animalium de situ earum, deq; numero, deq; causa conscribere: ac liberos c ἀρὰ τὰ πὰρ Aristotelis & explorare studio, & augere. Atqui adeò miror, quòd vnum à me pisciculum inspectum sciatis, cùm iam plurimos qui vbicunque locorum oblati sunt, æquè inspexerim. Præsertim quòd ego nihil clanculo, sed omnia in propatulo ago. At quiuis vel extrarius arbiter assistat, more hoc & instituto magistrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum & magnificum debere, si queat, in primori fronte animum gestare: hunc adeò pisciculū, quē vos *leporem marinū* nominatis, plurimis qui aderant ostendi: necdū etiam decerno quid vocēt, nisi quærā sanè accuratiùs, quòd nec apud veteres Philosophos proprietatem eius piscis reperio: quamquam sit omnium rarissima & herculè memoranda. Quippe solus ille, quantum sciam, cùm sit cætera exossis, *XII* numero ossa, ad similitudinem talorum suillorum, in vētre eius connexa & cathe-

a Vlixi

b Themison seruus

c ἀνατομῆς

nata sunt. Quod Aristoteles si sciſſet, numquam profectò omiſiſſet ſcripto prodere: qui aſelli piſcis ſolius omniũ in media aluo corculũ ſitũ pro maximo memorauit. *Piſcem*, inquit, *proſcidiſti*. Hoc quis ferat Philoſopho crimen eſſe, q̃ lanio vel coco non fuiſſet? *Piſcem proſcidiſti*: *a* q̃d *crudum* id accuſas? ſi cocto ventrem ruſparer, hepetia ſuffoderem, ita vt apud te puerulus ille Sicinius Pudẽs ſuomet obſonio dixit, eam rem non putares *b* accuſandam. Atqui maius crimẽ eſt Philoſopho comeſſe piſceis, quàm inſpicere, an hariolis licet iocinera rimari, Philoſopho contemplari non licebit? qui ſe ſciat omnium animalium aruſpicem, omnium deûm ſacerdotem? Hoc in me accuſas, quod ego & Maximus in Ariſtotele miramur: cuius niſi libros bibliothecis exegeris, & ſtudioſorum manibus extorſeris, accuſare me non potes. Sed de hoc penè plura quàm debui. Nunc præterea vide, quàm ipſi ſeſe reuincant. Aiunt, mulierem Magicis artibus, marinis illecebris à me petitam: eo in tempore, quo me non negabunt in Getuliæ mediterraneis montibus fuiſſe: vbi piſces per Deucalionis diluuia reperiantur: qđ ego gratulor neſcire iſtos. Legiſſe me Theophraſti quoq; περὶ * & Nicandri θηριακά.

* * * *

Cæterùm me etiam beneficijs poſtularent, vt qui hoc negocium ex lectione & æmulatione *c* Ariſtotelis nactus ſum, nonnihil & Platone me adhortante, qui ait, eum qui iſta veſtiget. *
Nunc

a quid? crudum?
b accuſandam?
c Ariſtoteli

Nunc quoniam pisces horum satis patuerunt, accipe aliud pari quidē stultitia, sed multo tanto vanius & nequius excogitatum. Scierunt & ipsi, argumentum piscarium futile, & *a* nihil futurum. Præterea nouitatem eius ridiculã. Quis enim fando audiuit, ad maleficia Magica dissquammari & exdorsari pisceis solere? potius aliquid de rebus peruulgatioribus, & iam creditis fingendum esset. Igitur ad præscriptum opinionis & *b* famæ confinxêre, puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbitris, secreto loco arula, & lucerna, & paucis conscijs testibus, vbi incantatus sit, corruisse: postea nescientem sui excitatũ. Nec vltra isti quidem progredi mendacio ausi. Etenim fabula vt impleretur, addendum etiam illud fuit, puerum eundem multa præsagio prædixisse. quippe hoc emolumentum canticis accipimus, Præsagium, & Diuinationem: nec modò vulgi opinione, verùm etiam doctorum virorum authoritate, hoc miraculum de pueris confirmatur. Memini apud Varronem philosophum, virum accuratissimè doctum atque eruditum, cùm alia huiusmodi, tum hoc etiam legere: Trallibus de euentu Mithridatici belli Magica percontatione consulentibus, puerum in aqua simulachrum Mercurij contemplantem, quæ futura erant, centum sexaginta versibus cecinisse. Itemq; Fabium, cùm quingentos denarios perdidisset, ad Nigidium consultum venisse: ab eo pueros carmine instinctos indi-

a nihili futurum: præt.

b famæ, confinxêre puerum

Puerorum Magia.

casse, vbi locorum defossa esset crumena, cum parte eorum, cæteri vt forent distributi: vnum etiam denarium ex eo numero habere M. Catonem philosophum, quem se à pedissequo in stipe Apollinis accepisse Cato confessus est. Hæc & alia apud plerosque de Magicis pueris lego equidem : sed dubius sententiæ sum, dicámne fieri posse, an negem. Quanquã Platoni credam, inter deos atq; homines, natura & loco medias quasdam diuorum potestates interfitas, easq; Diuinationes cunctas & Magorum miracula gubernare. Quin & illud mecum reputo, posse animum humanum, & puerilem præsertim, simplicemq; seu carminum auocamento, siue odorum delinimento soporari, & ad obliuionem præsentium externari: & paulisper remota corporis memoria, redigi ac redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet, & diuina, atque ita veluti quodam sopore futura rerum præsagire. Verùm enimuerò, vt ista sese habent, si qua fides hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer, prouidus (quantum ego audio) & corpore decorus atque integer deligi, & animo solers, & ore facundus, vt in eo aut diuina potestas, quasi bonis ædibus, *a* diuersetur (Si dignè tamen ea pueri corpore *b* includitur) aut ipse animus expergitus, citò ad diuinationem suam redigatur: quæ ei promptè insita, & nulla obliuione saucia & hebes, facilè resumatur. Non enim ex omni ligno, vt Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi.

a diuersetur, si

b includitur:

Nõ ex omni ligno Mercurius.

a exculpi. Quod si ita est, nominate quis ille fuerit puer, sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim initiare. Cæterùm Thallus, quem nominastis, Medico potius quàm Mago indiget. est enim miser, morbo *b* comitali ita infectus, vt ter aut quater die sæpenumerò, sine vllis cantaminibus corruat, omniaque membra conflictationibus debilitet, facie vlcerosus, fronte & occipitio conquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus. Maximus omnium Magus est, quo præsente Thallus diu steterit: itaque plerunque morbo ceu somno vergens inclinatur. Eum tamen vos carminibus meis subuersum dixistis, quòd fortè me coram semel decidit. Conserui eius plerique adsunt, quos exhiberi denunciastis. Possunt dicere omnes, quid in Thallo dispiciant: cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare, eodem poculo bibere. Et quid ego de seruis? Vos ipsi videtis. Negate Thallum, multò prius quàm ego *c* Ææam venirem, corruere eo morbo sollitum, Medicis sæpenumerò ostensum. Negant hoc conserui eius, qui sunt in ministerio vestro? Omnium rerum conuictum me fatebor, nisi rus de omnium consensu diu ablegatus est, in longinquos agros, ne familiam contaminaret. Quod ita factum, nec ab illis negari potest. eò nec potuit hodie à nobis exhiberi. Nam vt omnis ista accusatio temeraria & repentina fuit, nudiustertius nobis Æmilianus denunciauit,

a exsculpi.

Thallus.

b comitiali

c Oeam

vt seruos numero quindecim apud te exhiberemus. Adsunt quatuordecim, qui in oppido erant. Thallus solus rus ablegatus, vt dixi, fermè ad centesimum lapidem, longè ex oculis: Thallus solus abest, sed misimus qui eum curriculo aduehat. Interroga maximè, quatuordecim seruos, quos exhibemus, Thallus puer vbi sit, & quàm saluè agat: interroga seruos accusatorum meorum. Non negabunt, turpissimum puerum corpore putri & morbido caducum, barbarum, rusticanũ. Bellum verò puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cuius caput contingat, quem pulchro pallio amiciat, à quo responsum speret. Vellem herculè adesset, tibi eum Æmiliane permisissem, vt teneres ipse, vt interrogares: iam in media quæstione, hic ibidem pro tribunali oculos atrucis in te inuertisset, faciem tuam spumabundus conspuisset, manus contraxisset, caput succusisset, postremò in sinu tuo corruisset. Quatuordecim seruos quos postulasti, exhibeo: cur illis ad quæstionem nihil vteris? Vnum puerum, atque eum caducum, requiris, quem olim abesse pariter mecum scis? Quæ alia est euidentior calumnia? Quatuordecim serui petitu tuo adsunt, eos dissimulas: vnus puerulus abest, eum insimulas. Postremò quid vis? puta Thallum adesse. Vis probare, eum præsente me concidisse? Vltrò confiteor. Carmine id factum dicis? Hoc puer nescit, ego, nõ factum, reuinco. Nunc caducum esse puerum, nec

a truces

nec tu audebis negare. Cur ergo carmini potiùs, quàm morbo attribuatur eius ruina? an euenire nō potuit, vt fortè præsente me idem pateretur, quod sæpe aliàs multis præsentibus? Quod si magnum putarem, caducum deijcere, quid opus carmine fuit? cùm incensus Gagates lapis, vt apud Physicos lego, pulchrè & facilè hunc morbum exploret: cuius odore etiam in venalitijs vulgò, sanitatem aut morbum venalium experiantur. Etiam orbis à figulo circumactus, non difficile eiusdem valitudinis hominem vertigine sui *a* corrigit, ita spectaculum rotationis eius animum saucium debilitat: ac multò plus ad caducos consternendos figulus valet, quàm Magus. Tu frustra postulasti vt seruos exhiberem: ego non de nihilo postulo, vt nomines, qui'nam testes huic piaculari sacro adfuerint, cùm ego ruentem Thallum impellerem. Vnum omninò nominas puerulum illum Sicinium Pudentem, cuius me nomine accusas: is enim affuisse se dicit. cuius pueritia etsi nihil ad religionem suffragaretur, tamen accusatio fidem derogaret. Faciliùs fuit Æmiliane, ac multo grauius, tete vt ipsum diceres interfuisse, & ex eo sacro cœpisse dementiri potius, quàm totum negocium, quasi ludicrū pueris donares: Puer cecidit, puer vidit: num etiam puer aliquis incantauit? Hic satis veteratoriè. Tannonius Pudēs, cùm hoc quoq; mendacium frigere, ac propè iam omniū vultu & murmurè explosum videret,

Gagatis gemmæ vis.

a corripit.

ret, vt vel suspiciones quorundam spe moraretur, ait pueros alios producturum, qui sint æquè à me incantati: atq; ita ad aliam speciem argumenti transgressus est. Quod quanquam dissimulare potui; tamē vt omnia, ita hoc quoq; vltrò prouoco. Cupio enim produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. Sed nihil amplius dico, quàm vt producant. Postulo igitur & flagito Tannoni Pudens: vt expleas quod es pollicitus. Cedò pueros istos quibus confiditis, produc, nomina qui sint: mea aqua licet ad hoc vtare. Dic inquam Tannoni, quid taces? quid contaris? quid expectas? Quòd si hic nescit quid dixerit, aut nomina oblitus est: at tu Æmiliane cede huc, dic quid aduocato tuo mandaueris, exhibe pueros. Quid expalluisti? quid taces? hocci'ne accusare est? hocci'ne tantum crimen deferre? an Claudium Maximum, tantum virum, ludibrio habere, me calumnia insectari? Quòd si fortè patronus tuus verbo prolapsus est, & nullos pueros habes quos producas, saltem quatuordecim seruis, quos exhibui, ad aliquid vtere: aut cur sisti postulabas tantam familiam, Magiæ accusans? De quindecim seruis denunciasti: quòd si de vi accusares, quot tandem seruos postulares? Sciunt ergo aliquid quindecim serui, & occultum est? an occultum nō est, & Magicum est? Alterum horum fatearis necesse est: aut illicitum non fuisse, in quo tot conscios non timuerim: aut si il-

licitum

licitum fuit, ſcire tot conſcios non debuiſſe. Magia iſta, quantum ego audio, res eſt legibus delegata, iam inde antiquitùs duodecim Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. Igitur & occulta nō minus, quàm tetra & horribilis, plerunque noctibus vigilata, & tenebris abſtruſa, & arbitris ſolitaria, & carminibus murmurata: cui nō modò ſeruorum, verùm etiam liberorum pauci adhibentur. Et tu quindecim ſeruos vis interfuiſſe. Nuptiæ'ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempeſtiuum? Quindecim ſerui ſacrum Magicū participāt, quaſi Quindecimviri ſacris faciundis creati. Cui tamē rei tot numero adhibuiſſem, ſi conſcientiæ nimis multi ſunt? Quindecim liberi homines, populus eſt: totidem ſerui, familia: totidem vincti, ergaſtulum. An auditorio multitudo eorum neceſſaria fuit, qui diutinè hoſtias luſtraleis tenerent? An nullas hoſtias niſi gallinas a nominaſtis? An vt grana thuris numerarent? an tu Thallum proſternerent? Mulierem etiam liberam perductam ad me domum dixiſtis, eiuſdem Thalli valitudinis: quam ego pollicitus ſim curaturum. eam quoque incantatam à me corruiſſe. Vt video vos palæſtritam, non Magum accuſatum veniſtis. Ita omnis qui me acceſſerint, dicitis cecidiſſe. Negauit tamen quærente te Maxime, Themiſon medicus, à quo mulier ad inſpiciendum perducta eſt, quicquam vltra paſſam, niſi quæſiſſe me, Ecquid illi

De hoc Virgil. *Atq; ſatas aliò vidi traducere meſſes.*

XV. homines liberi, populus.

a nominaſtis.

illi aures obtinnirent, & vtra earum magis; vbi respondcrit, dextram sibi aurem nimis inquietam, confestim discessisse. Hic ego Maxime, quamquam sedulò impræsentiarum à laudibus tuis tempero, necubi tibi ob causam istam videar blanditus, tamen solertiam tuam in percontando nequeo quin laudem Dudum enim cùm agitarentur hæc, & illi incantatam mulierem dicerent, medicus qui adfuerat abnueret, quæsisti tu nimis quàm prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi? responderunt, vt mulier rueret. Quid a deinde, mortua est? inquis: negarunt. Quid ergo dicitis? quod Apuleij commodum, si ruisset? ita enim pulchrè ac perseueranter tertiò quæsiuisti; vt qui scires omnium factorum rationes diligentius examinandas, ac sæpius causas quæri, facta concedi: eoque etiam patronos litigatorum causidicos nominari, quòd cur quæque facta sint, expediant. Cæterùm negare factum, facilis res est, & nullo patrono indiget: rectè factum vel perperam docere, id verò multò arduum & difficile est. Frustra igitur, an factum sit, quæritur, quòd nullam malam causam habuit vt fieret. ita facti reus, apud bonum iudicem scrupulo quæstionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc quoniam neq; incantatam, neque prostratam mulierem probauerunt, & ego nō nego petitu Medici à me inspectam, dicam tibi Maxime, cur illud de aurium tinnitu quæsierim, non tam purgandi mei gratia in

a deinde?

Patroni causidici cur.

tia in

tia in ea re quam tu iam præiudicaſti neq; culpæ neque crimini confinem, quàm vt ne quid auribus tuis & doctrinæ tuæ congruens reticuerim. Dicam igitur quàm breuiſsimè potero: etenim admonendus es mihi, non docendus. Plato philoſophus in illo præclariſsimo Timæo, cœleſti quadam facundia vniuerſum Mundum molitus, poſtquam de noſtri quoq; animi trinis poteſtatibus ſolertiſsimè diſſeruit, & cur quæque membra nobis diuina prouidétia fabricata ſint, aptiſsimè demonſtrauit: cauſam morborum omnium trifariam percenſet. Primam cauſam primordijs corporis attribuit: Si ipſæ elementorum qualitates, humida & frigida, & his duæ aduerſæ non congruant. id adeò euenit, cùm quæpiam earum modo exceſsit, aut loco demigrauit. Sequens cauſa morborum ineſt in eorum vitio, quæ iam concreta ex ſimplicibus elementis, vna tamen ſpecie coaluerunt: vt eſt ſanguinis ſpecies, & viſceris, & oſsis, & medullæ, porrò illa quæ ex hiſce ſingularibus mixta ſunt. Tertiò in corpore concrementa varij fellis, & turbidi ſpiritus, & pinguis humoris, nouiſsima ægritudinum incitamenta ſunt. Quorum è numero præcipua ſit materia morbi comitialis, de quo dicere exorſus ſum, cùm caro in humorem craſſum & ſpumidum inimico igni conliqueſcit, & ſpiritum indidem parto ex candore compreſsi aëris albida & tumida tabes fluit. Ea namq; tabes, ſi foras corporis proſpirauit,

Morborum cauſa triplex.

Comitialis morbi materia.

spirauit, maiore dedecore quàm noxa diffunditur. Pectoris enim primorem cutim vitiligine insignit, & omnimodis maculationibus conuariat. sed cui hoc vsu venerit, numquam postea comitiali morbo attentatur: ita ægritudinem animi grauissimam, leui turpitudine corporis compensat. Enimuerò si perniciosa illa dulcedo intus cohibita, & bili atræ sociata, venis omnibus furês peruasit: deinde ad summum caput viam molita; dirum cerebro immiscuit, illicò regalem partem animi debilitat, quæ ratione pollens, verticem hominis velut arcem & regiam insedit. Eius quippe diuinas vias & sapienteis meatus obruit & obturbat: quod facit minore pernicie per soporem, cum potu & cibo plenos, comitialis morbi prænuncia strangulatione modicè angit. Sed si vsqueadeó aucta est, vt etiam vigilantium capiti offundatur: tum verò repentino mentis nubilo obtorpescunt, & moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modò maiorem & comitialem, verùm etiam diuinum morbum, ita vt Græci ἱερὰν νόσον, verè nuncuparunt: videlicet quòd animi partem rationalem, quæ longè sanctissima est, eam violet. Agnoscis Maxime rationem Platonis, quantum potui pro tempore, perspicuè explicatam: cui ego fidem arbitratus, causam diuini morbi esse, cùm illa pestis in caput redundauit, haudquaquam videor de nihilo percontatus, an esset mulieri illi caput graue,

Pectoris vitiligo.

Morbus sacer.

graue, ceruix torpens, tempora pulsata, auris a sonora: & cæterum, quòd dextræ auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti. Nam dextera corporis validiora sunt, eoq; minus spei ad sanitaté relinquunt, cùm & ipsa ægritudini succumbunt. Aristoteles adeò in Problematis scriptum reliquit, quibus æquè caducis à dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. Longum est, si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere. est enim etiam eius egregius liber de Caducis. Quibus tamen in alio libro, quem de non videntibus animalibus conscripsit, remedio esse ait exuuias stellionum, quas velut senium, more cæterorum serpentium, temporibus statutis exuant. Sed nisi confestim eripias, malignóne præsagio, an naturali adpetentia, illicò conuertuntur, & deuorant. Hæc iccirco commemoraui, nobilium Philosophorum disputata simul & libros sedulò nominaui, nec vllum ex Medicis aut Poëtis volui attingere, vt isti desinant mirari, si Philosophi suapte doctrina causas morborum & remedia nouerunt. Igitur cùm ad inspiciendum mulier ægra, curationis gratia, ad me perducta sit, atque hoc & medici confessione qui adduxit, ad meam ratiocinationem rectè factum esse conueniat: aut constituant, Magi & malefici hominis esse, morbis mederi: aut si hoc dicere nō audét, fateantur se in puero & muliere caducis, vanas & prorsus caducas

a sonora. Et

caducas calumnias intendisse. Immò enim, a si verum velis Æmiliane, tu potius caducus, qui iam tot calumnijs b cecidisti: neque enim grauius est corpore quàm corde collabi, pede potius quàm mente corruere: in cubiculo despui, quàm in isto splendidissimo cœtu detestari. At tu fortasse te putas sanum, quòd non domi cõtineris, sed insaniam tuam quoquò te duxerit, sequeris. Atqui si contendere vis furorem tuũ cum Thalli furore, inuenies non permultum interesse, nisi quòd Thallus sibi, tu etiam alijs furis. Cæterùm Thallus oculos torquet tu veritatem: Thallus manus cõtrahit, tu patronos: Thallus pauimentis c illuditur, tu tribunalibus. Postremò, ille, quicquid agit, in ægritudine facit, ignorans peccat: at tu miser, prudens & sciens d delinquis, tanta vis morbi te instigat: falsum pro vero insimulas, infectum pro facto criminaris: quem innocentem liquidò scis, tamen accusas vt nocentem. Quin etiam, quod præterij, sunt quæ fatearis nescire, & eadem rursus quasi scias criminaris. Ais enim, me habuisse quædam sudariola inuoluta apud lareis Pontiani. Ea inuoluta quæ & cuiusmodi fuerint, nescisse te confiteris, neque præterea quemquam esse qui viderit: tamen illa contendis instrumenta Magiæ fuisse. Nemo tibi blandiatur Æmiliane. Non est in accusando versutia, ac ne impudentia quidem, ne tu arbitreris. Quid igitur? furor infelix acerbi animi, & misera insania crudæ senectutis. His enim penè verbis

a si audire verum

b cecidisti. Neque

c illiditur,

d delinquis. Tanta.

verbis cum tam graui & perspicaci iudice egisti: *Habuit Apuleius quæpiam linteolo inuoluta apud lares Pontiani: hac quoniam ignoro quæ fuerint, iccirco Magica fuisse cõtendo: crede igitur mihi quod dico, quia id dico quod nescio.* O' pulchra argumenta, & apertè crimen *a* reuincentia: *Hoc fuit, quoniam quid fuerit ignoro.* Solus repertus es Æmiliane, qui scias etiam illa quę nescis. Tantũ super omneis stultitiæ vectus es, quippe qui solertissimi & acerrimi *b* Philosophorum, ne ijs quidẽ confidendum esse aiunt, quæ videmus: at tu de illis quoq; affirmas, quæ neq; cõspexisti vnquam, neque audisti. Pontianus si viueret, atque eum interrogares quæ fuerint in illo inuolucro, nescire se responderet. Libertus etiam ille qui claues eius loci in hodiernum habet, & à vobis stat, nunquam se ait inspexisse, quamquam ipse aperiret, vtpote promus librorum qui illic erant conditi, penè quotidie & clauderet sæpe nobiscum, multò sæpius solus intraret, linteum in mensa positum cerneret, sine vllo sigillo, sine vinculo. Quid ni enim? Magicæ res in eo occultabantur, eò negligentiùs adseruabam. Sed enim liberè scrutandum & inspiciendum, si liberet, etiam auferendum: temerè exponebam, alienæ custodiæ commendabam, alieno arbitrio permittebam. Quid igitur *c* in pręsentiarum vis tibi credi, quod ne Pontianus quidem *d* sciret, qui indiuiduo contubernio mecum vixit, id te scire, quem nunquã viderim nisi pro tribunali? An quòd libertus

a reuincentia!

b Philosophorũ fuerunt, ne

c impræsentiarum

d nescierit,

asſiduus, cui omnis facultas inſpiciendi fuit, quòd is libertus non viderit te, qui nunquã eò acceſſeris, vidiſſe? Denique vt quod non vidiſti, id tale fuerit, quale dicis? Atqui ſtulte, ſi hodie illud ſudariolum tu intercepiſſes, quicquid ex eo promeres, ego Magicum negarem. Tibi adeò permitto, finge quiduis, reminiſcere, excogita, quod poſsit Magicum videri: tamen de eo tecum decertarem, aut ego ſubiectum dicerem, aut remedio acceptum, aut ſacro traditũ, aut ſomnio imperatum. Mille alia ſunt, quibus poſſem more communi & vulgatiſsima obſeruationum conſuetudine verè refutare. Nunc id poſtulas, vt quod deprehenſum & detentũ, tamen nihil me apud bonum iudicem læderet. Id inani ſuſpicione incertum & incognitum condemnet Haud ſciam, an rurſus, vt ſoles, dicas: *Quid ergo illud fuit, quod linteo tectum, apud Lareis potiſsimùm depoſuiſti?* Itáne eſt Æmiliane? ſic accuſas, vt omnia à reo percontere, nihil ipſo adferas cognitum. *Quamobrem piſceis quæris? Cur ægram mulieré inſpexiſti? quid in ſudario habuiſti a inſitum?* Accuſatum, an interrogatum veniſti? Si accuſatum, *b* tu te argue quæ dicis: ſi interrogatum, noli præiudicare quid fuit, quòd ideo te neceſſe eſt interrogare, quia neſcis. Cæterùm hoc quidem pacto omneis homines rei conſtituentur, ſi ei qui nomen cuiuſpiam detulerit, nulla neceſsitas ſit probandi, omnis contrà facultas percontandi. Quippe omnibus ſicut fortè negocium Magiæ faceſsitur, quicquid omni-

a inſutũ?
b tute

omnino egerint, obijcietur, Votum in alicuius statuæ fœnore asignasti, igitur Magus es: aut cur signasti? Tacitas preces in templo *a* allegasti. igitur Magus es: aut quid optasti? Contrà, nihil in templo precatus es: igitur Magus es, aut cur deos non rogasti? Similiter si posueris donum aliquod, si sacrificaueris, si verbenam sumpseris. Dies me deficiet, si omnia velim persequi, quorũ rationem similiter calumniator flagitabit: præsertim quod conditum cunque, quod obsignatum, quod inclusum domi adseruatur, id omne eodem argumẽto Magicum dicetur, aut è cella promptuaria in forum atque in iudicium proferetur. Hæc quanta sint, & cuiusmodi, Maxime, quantusque campus calumnijs hoc Æmiliani tramite aperiatur, quantique sudores innocentibus hoc vno sudariolo adferantur, *b* possum equidem pluribus disputare: sed faciam quod institui, etiam quod non necesse est confitebor, & interrogatus ab Æmiliano respondebo. Interrogas Æmiliane quid in sudario habuerim. At ego, quamquam omnino positum vllum sudarium meum in bibliotheca Pontiani possim negare, tamen Maxime fuisse concedam, cùm habeam dicere, nihil in eo inuolutũ fuisse: quæ si dicam, neque testimonio aliquo, neq; argumento reuincar. Nemo enim qui attigerit est. Vnus libertus, vt ais, qui viderit: tamẽ inquã, p me licet fuerit repertissimũ. sic enim, si vis, arbitrare, vt olim *c* Vlysis socij thesaurum

a allegasti?
b possem
c Vlixis

reperisse arbitrati sunt, cùm vtrem ventosissimum manticularentur. Vindicam, cuiusmodi illas res in sudario obuolutas, laribus Pontiani commendarim? Mos tibi geretur: sacrorum pleraque initia in Græcia participaui. Eorum quædam signa & monumenta tradita mihi à

a cōseruo. Nihil sacerdotibus sedulo a conseruo: nihil insolitū, nihil incognitum dico. vel vnius Liberi patris symmistæ, qui adestis, scitis, quid domi conditum celetis, & absque omnibus prophanis tacitè veneremini. At ego, vt dixi multijuga sacra, & plurimos ritus, varias cerimonias, studio veri & officio erga deos didici. Nec hoc ad tempus compono: sed ab hinc fermè triennium est, cum primis diebus quibus b Æeam

b Oeeam veneram, publicè disserens de Aesculapij maiestate, eadem ista præ me tuli, & quod sacra nossem percensui. Ea disputatio celebratissima est, vulgò legitur, in omnium manibus versatur, non tam facundia mea, quàm mentione Æsculapij religiosis c Æensibus

c Oeensibus commendata. Dicite aliqui, si quis fortè meminit, huius loci principium. Audisne Maxime multos suggerenteis? immò ecce etiam liber offertur, recitari ipsa hæc iubebo: quoniam ostendis humanissimo vultu, auditione te ista non grauari. Etiámne cuiquam mirum videri potest, cui sit vlla memoria religionis, hominem tot mysterijs deûm consciū, quædam sacrorum crepundia domi adseruare? atque ea lineo texto inuoluere, quod purissi-

mum

mum est rebus diuinis a velamentum. quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, iam inde Orphei & Pythagoræ, scitis, prophanus vestitus est. Sedenim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modò indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoq; inde rebus sacris vsurpatur. Atque ego scio nonnullos, & cum primis Æmilianum istum, facetiæ sibi habere, res diuinas deridere. Nam, vt audio, b percensentibus ijs qui istum nouêre, nulli deo ad hoc æui supplicauit, nullum templum frequentauit; si fanum aliquod prætereat, nephas habet, adorandi gratia manum labris admouere. Iste verò nec dijs rurationis, qui eum pascunt ac vestiunt, segeteis vllas, aut vitis aut gregis primitias impartit, nullum in villa eius delubrum situm, nullus locus aut lucus consecratus. Et quid ego de luco & delubro loquor? Negant vidisse se, qui fuêre, vnum saltem in finibus eius aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita; Charon, vt iam dixi, ob oris & animi diritatem: sed alterum quod libentiùs audit, ob deorum contemptum Mezentius. Quaprópter facilè intelligo, hasce ei tot initiorum enumerationes nugas videri: & forsan, ne ob hanc diuini contumaciam non inducat in animum, verum esse quod dixi, me sanctissimè tot sacrorum signa & memoracula custodire. Sed ego quid de me Mezêtius

a velamêtum? Quip.

b Partim Ocensium

Aemilianus cur Charon & Mezentius dictus.

sentiat, manum non verterim. Cæteris autem clarissima voce profiteor, si qui fortè adest eorundem solennium mihi particeps, signũ dato, & audiat licet quæ ego adseruem. Nam equidē nullo vnquam periculo compellar, quę reticēda accepi, hæc ad prophanos annunciare. Vt puto, Maxime, satis videor cuiuis vel iniquissimo animo explesse, & quod ad sudarium pertineat, omnem criminis maculam detersisse: ac bono iam periculo ad testimonium illud Crassi, quod post ista quasi grauissimum legerunt, à suspicionibus Aemiliani transcensurus. Testimonium ex libello legi audisti Gumiæ cuiusdam, & desperati Iurconis, Iunij Crassi, me in eius domo nocturna sacra cum Appio Quintiano amico meo factitasse, qui ibi mercede diuersabatur. Idque se ait Crassus, quamquam meo tempore vel Alexandriæ fuerit, tamen *a* à cæde & fumo & auium plumis comperisse scilicet eum, cùm Alexandriæ symposia obiret. Est enim Crassus iste, qui non inuitus de die in ganeas correpat. In illo cauponis nidore pinnas de Penatibus suis aduectas, aucupatum fumum domus suæ agnouisse, patrio culmine longè exortum. Quem si oculis vidit, vltra *b* Vlysi vota & desideria hic quidem est oculatus. *c* Vlysses fumum terra sua mergentem compluribus annis è littore prospectans, frustra captauit: Crassus in paucis quib9 abfuit mēsibus, eundem fumum, sine labore in taberna vinaria sedens conspexit. Sin verò naribus nido-

Iunius Crassus.

a tedæ fumo

b Vlixi

c Vlixes

nidorem domesticum præsensit, vincit idem sagacitate odorandi canes & vulturios. Cui enim cani, cui vulturio, Alexandrini cœli quicquam abusq; a Æeensium finibus oboleat? Est quidem Crassus iste summus helluo, & omnis fumi non imperitus: sed profectò pro studio bibendi, quo solo censetur, faciliùs ad eum Alexandria vini aura quàm fumi perueniret. Intellexit hoc & ipse incredibile futurum. Nam dicitur ante horam diei secundã, ieiunus adhuc & abstemius, testimonium istud vendidisse. Igitur scripsit, hæc se ad hunc modum comperisse: postquam Alexandria reuenerit, domum suam rectà contendisse, ex qua iam Quintianus migrarat: ibi in vestibulo multas auium pinnas offendisse: præterea parietes fuliginè deformatas, quæsisse causas ex seruo suo quem b Ææ reliquerit, eumq; sibi de meis & Quintiani nocturnis sacris indicasse. Quàm verò sublimiter compositum, & verisimiliter commentum: me, si quid eius facere vellem, non domi meæ potius facturum? Quintianum istum qui mihi assistit, quem ego pro c amicitia (quæ mihi cum eo d arctissima est) proque eius egregia eruditione, & perfectissima eloquentia, honoris & laudis gratia nomino: hunc igitur Quintianum, si quas auis in cœna habuisset, aut (qđ aiunt) Magiæ causa interemisset, puerum nullum habuisse qui pinnas e conuerteret. & foras abijceret? Præterea fumi tantam vim fuisse, vt parietes atros redderet: eamq; deformitatem,

a Oeensiũ

b Oeea

c amicitia, quę

d artissima est,

e conuerteret,

quoad habitauit, paſſum in cubiculo ſuo Quintianum? Nihil dicis Æmiliane. Non eſt veriſimile: niſi fortè Craſſus non in cubiculum reuerſus perrexit, ſed ſuo more rectà ad focum. Vnde autem ſeruus Craſsi ſuſpicatus eſt, noctu potiſsimùm parietes fumigatos? an ex fumi colore? videlicet fumus nocturnus nigrior eſt, eoque diurno fumo differt? Cur autem ſuſpicax ſeruus, ac tam diligens, paſſus eſt Quintianum migrare prius, quàm mundum domú redderet? Cur illæ plumæ, quaſi plumbeę, tam diu, vſque ad aduentum Craſsi manſerunt? a Nónne ſimul & Craſſus ſeruus ſuus? ſed Ipſe hæc potius de fuligine & pinnis mentitus eſt? dum non poteſt nec in teſtimonio dando diſcedere longius à culina. Cur autem teſtimonium ex libello legiſtis? Craſſus ipſe vbi gentium eſt? An Alexandriam tedio domus remeauit? An parietes ſuos detergit? An, quod verius eſt, ex crapula helluo attentatur? Nam equidem hæc ſabra tecum heſterna die animaduerti ſatis notabiliter in medio foro Æmiliane obructantem. Quære à nomenclatoribus tuis Maxime, quanquam eſt ille cauponibus quàm nomenclatoribus notior: tamen inquam interroga, an hic Iunium Craſſum b Aeænſem viderint? non negabunt exhibeat nobis Aemilianus iuuenem honeſtiſsimú, cuius teſtimonio nititur. Quid ſit diei vides. Dico Craſſum iamdudum ebrium ſtertere, aut ſecúdo lauacro ad repotia cœnæ obeunda vinolentum

a Nó inſimulet Craſſus ſeruum ſuum?

b Oeenſem

lentum sudorem in balneo desudare. Iste cùm maximè presens per libellum loquitur, nô quin adeó sit alienatus omni pudore, vt etiam sub oculis tuis si foret, sine rubore vllo mentiretur: sed fortasse nec tantulum potuit ebrius sibi tẽperare, vt hanc horam sobriè expectaret. aut potius Æmilianus de consilio fecit, ne cùm sub tam seueris oculis tuis constitueret, ne tu belluam illam *a* vulsis maxillis, fœdo aspectu, de specie improbares: cùm animaduertisses caput iuuenis barba & capillo populatum, madentis oculos, cilia turgentia, rictum, saliuosa labia, vocem absonam, manuum tremorem, ructus. Nam patrimonium omne iampridem abliguriuit, nec quicquam ei de bonis paternis superest, nisi vna domus ad calumniam venditandam, quam tamen nunquã charius quam in hoc testimonio locauit. Nam temulẽtum istud mendacium tribus milibus nummis Æmiliano huic vendidit, idque *b* Ææ nemini ignoratur. Omnes hoc, antequam fieret, cognouimus: & potui denunciatione impedire, nisi scirem mẽdacium tam stultum potius Æmiliano, qui frustra redibat, quàm mihi, qui meritò contemnebam, obfuturum. Volui & Æmilianum damno affici, & Crassum testimonij sui dedecore prostitui. Cæterùm nudiustertius haudquaquam occulta rés acta est in Rufini cuiusdã domo, de quo mox dicã, intercessoribus & deprecatoribus ipso Rufino & Calphurniano. Quod eo libétiùs Rufinus perfecit, quod erat cer-

a vulsus

b Oeeæ

tus, ad vxorem suam, cuius stupra sciens dissi-
mulat, non mininam partem præmij eius Cras-
sum relaturum. Vidi te quoque Maxime, coi-
tionem aduersum me, & coniurationem eoru
pro tua sapientia suspicatum, simul libellus ille
prolatus est, totam rem vultu aspernantē. De-
a solita niq; quamquam sunt a soluta audacia & impor-
tuna impudentia præditi; tamen testimoniu
Crassi, cuius oboluisse fecem videbāt, nec ipsi
ausi sunt perlegere, nec quicquam eo niti. Ve-
rùm ego ista propterea cōmemoraui, nō quòd
pinnarum formidines, & fuliginis maculam, tu
præsertim iudice, timerem: sed vt ne impuni-
tum Crasso foret, quod Æmiliano homini ru-
stico fumum vendidit. Vnde etiam crimen ab
illis, cùm Pudentillæ literas legerent, de cuius-
dam sigilli fabricatione prolatum est, quod
me aiunt ad Magica maleficia occulta fabrica
b celeti ligno exquisitissimo cōparasse: & cùm sit b ce-
leri forma turpe & horribile, tamen impendi
c colere, c colore, & Græco vocabulo nuncupare Βασ-
ιλέα. Nisi fallor, ordine eorum vestigia perse-
quor, & singillatim apprehendens omnem
calumniæ textum retexo. Occulta fuisse fabri-
catio sigilli, quod dicitis, quî potest? cuius vos
adeò artificem non ignorastis, vt ei, vti præ-
Cornel. stò esset, denunciaueritis? En, adest Corne-
Saturninus. lius Saturninus artifex, vir inter suos & arte
laudatus, & moribus cōprobatus, qui tibi Ma-
xime paulò antè diligenter sciscitanti, omnem
ordinem gestæ rei summa cum fide & veritate
per-

percenſuit, me, cùm apud eum multas geometricas formas a Gnoſſo vidiſſem ſubtiliter & adfabrè factas, inuitatum eius artificio, quædam mechanica, vt mihi elaboraſſet, petiſſe: ſimul & aliquod ſimulachrum cuiuſcunq; vellet Dei, cui ex more meo ſupplicaſſem, quacunque materia, dummodò lignea, exſculperet. Igitur primò buxeam tentaſſe. Interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum priuignum meum, qui mihi factum volebat, impetratos hebeni loculos à muliere honeſtiſsima Capitolina ad ſe attuliſſe: ex illa potius materie rariore & durabiliore, vti faceret, adhortatum. Id munus cum primis gratum mihi fore. Sed ea ſe feciſſe, perinde vt loculi ſuppetebant. Item minutatim ex tabellis compacta craſsitudine Mercuriolum expediri potuiſſe. Hæc, vt dico, omnia audiſti. Præterea à filio Capitolinæ probiſsimo adoleſcente, qui præſens eſt, ſciſcitante te, eadem dicta ſunt: Pontianum loculos petiſſe, Pontianum Saturnino artifici detuliſſe. Etiam illud non negatur, Pontianum à Saturnino perfectum ſigillum recepiſſe, & poſtea dono mihi dediſſe. His omnibus palàm atq; apertè probatis, quid omnino ſupereſt, in quo ſuſpicio aliqua Magiæ deliteſcat? Immò quid omnino eſt, quod vos manifeſti mendacij non reuincat? Occultè fabricatum eſſe ſigillũ dixiſtis, quod Pontianus ſplendidiſsimus eques fieri curauit; quod Saturninus, vir grauis, & probè inter ſuos cognitus, in taber-

a Euoxo. *fortè*, buxo

tabernacula ſua ſedens propalàm exculpſit quod ornatiſsima matrona munere ſuo adiu uit: quod & futurum, & factum, multi cùm ſer uorum, tum amicorum, qui ad me ventitabant ſcierunt: Lignum à me toto oppido, & quidem oppidò quęſitum, nõ piguit vos cõmentiri: quẽ quidem abſuiſſe eo tempore ſcitis, quem iuſsiſſe fieri qualicunq; materia probatum eſt. Tertium mendacium veſtrum fuit, macilen tam, vel omnino euiſceratam formam diri ca daueris fabricatam, prorſus horribilem & lar ualem. Quòd ſi compertũ habebatis antè eui dens ſignum Magiæ, cur mihi vt exhiberem non denunciaſtis? An vt poſſetis in rem abſen tem liberè mentiri? Cuius tamen falſi facultas opportunitatę quadam meę conſuetudinis vo bis adempta eſt. Nam morẽ mihi habeo, quo quò eam, ſimulachrum alicuius Dei inter libel los conditum geſtare: eiq; diebus feſtis, thure & mero, & aliquando victimis ſupplicare. Du dum ergo cùm audirem Sceleſtum, perquam impudenti mendacio dictitari: iuſsi curriculo iret aliquis, & ex hoſpitio meo Mercuriolum afferret, quẽ mihi Saturninus iſte a Æę fabri catus eſt. Cedò tu, eum videant, teneant, con ſiderent. En vobis, quem ſceleſtus illę ſcele ſtum nominabat. Auditis'ne reclamationem omnium qui adſunt? Auditis'ne mendacij ve ſtri damnationem? Non vos tot calumniarum tandem diſpudet? Hiccine eſt ſceleſtus? hæcci ne eſt larua? hoccine eſt quod appellitabatis dæmo-

a Oeeæ

dæmonium? Magicúmne iſtud, an ſolemne & commune ſimulachrum eſt? Accipe quæſo Maxime, & cõtemplare bene: tam puris & tam pijs manibus tuis traditur res conſecrata. En, vide quàm facies eius decora & ſucci plena ſit, quàm hilaris Dei vultus, vt decenter vtrinque lanugo malis deſerpat, vt in capite criſpatus capillus ſub imo pilei vmbraculo appareat, quàm lepidè ſuper tempora pares pinnulæ emineát: quàm autem feſtiuè circa humeros veſtis ſuſtricta ſit. Húc qui ſceleſtum audet dicere, profectò ille ſimulachra deorũ nulla videt, aut omnia negligit. Hunc deniq; qui laruam putat, ipſe eſt laruatus. At tibi Æmiliane, pro iſto mendacio, aut deus iſte Superûm & Inferûm commeator, vtrorumque deorum malam gratiam, ſemperq; obuias mortuorum, quicquid Vmbrarum eſt vſquam, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quicquid Laruarum oculis tuis oggerat: omnia noctium occurſacula, omnia buſtorum formidamina, omnia ſepulchrorum terriculamenta, à quibus tamen æuo & merito haud longè abes. Cæterùm Platonica familia nihil nouimus niſi feſtum & lætum, & ſolemne & ſuperum & cœleſte. Quin altitudinis ſtudio ſecta iſta etiam cœlo ipſo ſublimiora quæpiam veſtigauit, & in extimo Mundi tergo degit. Scit me vera dicere Maximus, qui τὸν ὑπὲρ ὀράνιον τόπον ἐπὶ τῷ τοῦ ὀρανοῦ νώτῳ legit in Phædro diligenter. Idem Maximus optimè intelligit, vt de nomine etiam vobis reſpondeam,

deam, quisnam sit ille non à me primo, sed à

βασιλεύς. Platone nuncupatus βασιλεύς, totius rerũ naturę causa, & ratio & origo initialis, summus animi genitor, æternus animantũ sospitator, assiduus Mundi sui opifex. Sed enim sine opera opifex, sine cura sospitator, sine propagatione genitor, neq; loco, neq; tempore, nec vlla vice comprehensus, eoq; paucis cogitabilis, nemini effabilis En, vltro augeo Magię suspicionẽ, non respondeo tibi Æmiliane quem colam βασιλέα. Quin si ipse procõsul interroget, quid sit Deus

a in præsentiarum meus, tacebo de nomine, vt a in præsentiarum satis dixi. Quod superest, nec ipse sum nescius, quosdã circunstantium cupere audire, cur non argento vel auro, sed potissimùm ex ligno simulachrũ fieri voluerim. idq; eos arbitror tam ignoscendi quàm cognoscendi causa desiderare: vt hoc etiam scrupulo liberentur, cùm viderint omnẽ suspicionem criminis abundè cõfutatam. Audi igitur, cui cura cognoscere est: sed animo quantum potes erecto & attento, quasi verba ipsa Platonis iam senis, de nouissimo Legum libro auditurus: θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γῆ μὲν οὖν, ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν. μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. Hoc eò prohibet, vt delubra nemo audeat priuatim cõstituere Censet etenim satis esse ciuibus, ad immolandas victimas, tẽpla publica. Deinde subnectit: χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε, καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστὶν ἐπίφθονον κτῆμα. ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ

εὐαγὲς

εὐχερὲς ἀνάθημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ,τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά. Vt omniũ aſſenſus declarauit, maximeq; q in cõſilio eſtis, cõpetentiſsimè videor vſus Platone, vt vitę magiſtro, ita cauſę patrono, cuius legibꝰ obedientẽ me videtis.

APOLOGIÆ, SIVE DEFENSIONIS MAGIAE,

Ad Claudium Max. proconſulem V.C.

ORATIO II.

NVNC tempus eſt ad epiſtolas Pudentillæ præuerti, vel adeò totius rei ordinem paulò altius petere, vt omnibus manifeſtiſsimè pateat, me, quem lucri cupiditate inuaſiſſe Pudentillæ domum dictitant, ſi vllum lucrum cogitarem, fugere ſemper à domo iſta debuiſſe: quin & in cæteris cauſis minimè proſperum matrimonium: &, niſi ipſa mulier tot incommoda virtutibus ſuis repenſaret, inimicũ. Neq; enim vlla alia cauſa, præter caſſam inuidiam, reperiri poteſt, quæ iudicium iſtud mihi, & multa antea pericula vitæ conflauerit. Cæterùm cur Æmilianus commoueretur, etſi verè me Magum comperiſſet, qui non modò vllo facto, ſed ne tantulo quidem dicto meo læſus eſt, vt videretur ſe meritò vltum ire. neq; autem gloriæ cauſa me accuſat, vt M. Antonius Cn. Carbonẽ, C. Mutius, A. Albutium, P. Sul.

P. Sulpitius C. Norbanum, C. Furius M. Aquilium, C. Curio Q. Metellum. Quippe homines, eruditiſsimi iuuenes, laudis gratia primùm hoc rudimentũ forenſis operæ ſubibant, vt aliquo inſigni iudicio ciuibus ſuis noſcerétur. qui mos incipientibus a adoleſcétulis, ad illuſtrandum ingenij florem, apud antiquos conceſſus diu exoleuit: quod ſi nunc quoq; frequens eſſet, tamen ab hoc procul abſuiſſet. Nam neq; facundiæ oſtentatio rudi & indocto, neq; gloriæ cupido ruſtico & barbaro, neq; inceptio patrociniorũ capulari ſeni congruiſſet: niſi fortè Æmilianus pro ſua ſeueritate exemplum dedit, & ipſis maleficijs infenſus, accuſationẽ iſtam pro morum integritate ſuſcepit. Ad hoc ego Æmiliano, non huic Afro, ſed illi Africano, & Numantino, & præterea Cenſorio vix crediſſem, ne huic frutici credam non modò odium peccatorum, ſed ſaltem intellectũ ineſſe. Quid igitur eſt? Cuiuis clarè dilucet, aliam rem inuidia nullã eſſe, quæ hunc, & Herennium Rufinũ impulſorem huius, de quo mox dicam, cæteroſq; inimicos meos, ad nectendas Magiæ calumnias prouocarit. Quinque igitur res ſunt, quas me oportet diſputare. Nam ſi probè memini, quod ad Pudentillam attinet, hæc oblecêre, Vna res eſt, quòd numquam eam voluiſſe nubere poſt priorem maritũ, ſed meis carminibus coactã dixêre. Altera res eſt de epiſtolis eius, quã confeſsionem Magiæ putant. Deinde ſexageſimo anno ætatis ad libidinem nupſiſſe: &

a adoleſcentulis,

& quòd in villa, ac non in oppido, tabulæ nuptiales sint consignatæ, tertio & quarto loco obiecêre. Nouissima & eadem inuidiosissima criminatio de dote fuit, ibi omne virus totis viribus adnixi effudêre, ibi maximè angebantur. Atque ita dixêre, me grandem dotem mox in principio coniunctionis nostræ, mulieri amáti, remotis arbitris in villa extorsisse: Quæ omnia tam falsa, tam nihili, tam inania ostendam, adeoq; facilè & sine vlla controuersia refutabo, vt medius fidus verear Maxime, quique in cõsilio estis, ne demissum & subornatum à me accusatorem putetis, vt inuidiam meam reperta occasione palàm restinguerem. Mihi credite, quod reapse intelligetur, oppidò quàm mihi laborandum est, ne tam friuolam accusationem me potius callidè excogitasse, quàm illos stultè suscepisse existimetis. Nunc dum ordiem rei breuiter persequor, & efficio vt ipse Æmilianus recognoscat falsò se ad inuidiam meam inductum, & longè à vero aberrasse necesse habeat confiteri: quæso, vti adhuc feceritis, vel si quo magis etiam potestis, ipsum fontem & fundamentum *a* mendacij huiusce diligentissimè cognoscatis. Æmilia Pudentilla, quæ nunc mihi vxor est, ex quodam Sicinio Amico, quicum antea nupta fuerat, Pontianum & Pudentem filios genuit: eosq; pupillos in potestate aui paterni relictos (nam superstite patre Amicus decesserat) per annos fermè quatuordecim memorabili pieta-

a iudicij

te sedulò aluit. Non tamen libenter in ipso æta-
tis suę flore tam diu vidua. sed puerorum auu-
inuitam eam conciliare studebat alteri filio su-
Sicinio Claro, eoque cæteros procos absterre-
bat. & præterea minabatur, si extrario nupsi-
set, nihil se filijs eius ex paternis eorum boni-
testamento relicturum. Quã conditionem cùm
obstinatè propositam videret mulier sapiens
& egregiè pia, ne quid filijs suis eo nomine in-
commodaret, facit quidem tabulas nuptiales
a iubebatur, cum quo a videbatur, çum Sicinio Claro. Ve-
rùm enimuerò vanis frustrationibus nuptia
eludit, eo ad, dum puerorũ auus fato concesit
relictis filijs eius hæredibus: ita vt Pontianus
q maior natu erat, fratri suo tutor esset. Eo scru-
pulo liberata, cùm à principibus viris in matri-
monium peteretur; decreuit, sibi diutiùs in vi-
duitate non permanendum. Quippe vt solitu-
dinis tædium perpeti posset; tamen ægritudi-
nem corporis ferre non poterat, mulier sanct-
pudica, tot annis viduitatis sine culpa, sine fa-
bula, assuetudine coniugis torpens, & diutine
situ viscerum saucia, vitiatis intimis vteri, sæ-
pe ad extremum vitæ discrimen doloribus ob-
ortis exanimabatur. Medici cum obstetricibu
consentiebant, penuria matrimonij morbum
quæsitũ malũ indies augeri, ægritudinẽ ingra-
uescere: dũ ætatis aliquid supersit, nuptijs vali-
tudinem medicandùm. Consiliũ istud cùm ali-
approbarent, tum maximè Æmilianus iste, qu-
paulo prius cõfidentissimo mẽdacio adseuera-
ba:

bat, numquã de nuptijs Pudentillam cogitasse, priusquàm foret Magicis maleficijs à me coacta: me solum repertũ, qui viduitatẽ eius, velut quandã virginitatẽ carminibus & venenis violarem. Sæpe audiui nõ de nihilo dici, Mendacẽ memorẽ oportere. At tibi Æmiliane non venit in mentem, priusquam ego *a* Ææam venirem, te litteras etiã, vti nuberet, scripsisse ad filium eius Pontianum, qui tum adultus Romæ *b* agebat. Cedò tu epistolam, vel potius da ipsi, legat, sua sibi voce, suisq; verbis sese reuincat. Est'ne hæc tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu quidẽ non potes. Est'ne tua hæc subscriptio? Recita quæso clarius, vt omnes intelligãt, quantum lingua eius manu discrepet, quantumq; minor illi sit mecum quàm secum *c* dissensio. Epistola. Scripsistine hæc Æmiliane, quæ lecta sunt? *Nubere illam velle, & debere scio: sed quem eligat, nescio.* Rectè tu quidem, nesciebas. Pudentilla enim tibi, cuius infestam malignitatem probè norat, de ipsa re tantùm, cæterùm de petitore nihil fatebatur. At tu, dum eam putas etiam nunc Claro fratri tuo denupturam? falsa spe inductus, filio quoque eius Pontiano autor assentiẽdi fuisti. Igitur si Claro nupsisset, homini rustico & decrepito seni, spõte eam diceres, sine vlla Magia, iam olim nupturisse. Quoniã iuuenem talẽ, qualẽ dicitis, elegit, coactã fecisse ais cæterùm semper nuptias aspernatã. Nescisti improbe, epistolã tuã de ista re teneri: nescisti te tuomet testimonio *d* cõuinctũ iri.

Mendacem memorem esse oportere.

a Oceam
b agebat?

c dissensio. Scripsistine

Clarus.

d conuictum

Quam tamen epiſtolam Pudentilla, teſtem & iudicem tuæ voluntatis (vt quæ te leuem & mutabilem, nec minus mendacem & impudẽtem ſciret) maluit retinere, quàm mittere. Cæterùm ipſa de ea re Pontiano filio ſuo Romam ſcripſit, etiam cauſas conſilij ſui plenè allegauit. Dixit illa omnia de valitudine: nihil præterea eſſe, cur amplius deberet obdurare: hæreditatem auitam longa viduitate, cum deſpectu ſalutis ſuæ quæſiſſe: eandem ſumma induſtria auxiſſe. Iam deûm voluntate, ipſum vxori, fratrẽ eius virili togę idoneos eſſe. Tandem aliquando ſe quoq; paterentur ſolitudini ſuæ, & ægritudini ſubuenire. Cęterùm de pietate ſua & ſupremo iudicio nihil metuerẽt: qualis vidua eis fuerit, talem nuptam futuram. Recitari iubebo exemplum epiſtolæ huius, ad filium miſſæ. Epiſtola. Satis puto ex iſtis cuiuis liquere poſſe, Pudentillam non meis carminibus ab obſtinata viduitate compulſam, ſed olim ſua ſponte à nubendo non alienam, me fortaſſe præ cæteris maluiſſe. Quæ electio tam grauis fœminæ, cur mihi crimini potius quàm honori danda ſit, non reperio. Nonnihil tamen miror, qđ Æmilianus & Rufinus id iudicium mulieris ægreferant: cùm ij qui Pudentillam in matrimonium petiuerunt, æquo animo patiantur me ſibi prælatum. Quod quidẽ illa vt faceret, filio ſuo potius quàm animo obſecuta eſt. Ita factũ, nec Æmilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis litteris matris, confeſtim Romam

aduolauit,

aduolauit, metuens ne si quem auarum virum nacta esset, omnia (vt sæpe fit) in mariti domũ conferret. Ea sollicitudo non mediocriter animum angebat. Omnes illi, fratriq́;, diuitiarum spes in facultatibus matris sitę erant. Auus modicum reliquerat, *a* mater sestertiûm quadragies posſidebat. Ex quo sanè aliquantam pecuniam, nullis tabulis, sed vt æquum erat, mera fide acceptam filijs debebat. Hunc ille timorem musitabat: aduersari propalàm non audebat, ne videretur diffidere. Cùm in hoc statu res esset, interprecationem matris, & metum filij, fortène an fato ego aduenio, pergens Alexandriam. Dixissem herculè, Quod vtinam numquã euenisset, ni me vxoris meæ aspectus prohiberet. Hyems anni erat. Ego ex fatigatione itineris aduectus, apud Appios veteres amicos meos (quos honoris & amoris gratia nomino) aliquàm multis diebus decumbo. Eò venit ad me Pontianus: nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis, per quosdam cõmuneis amicos conciliatus, & arcto postea cõtubernio intimè iunctus: facit omnia circa honorẽ meum obseruãter, circa salutem sollicitè, circa amorẽ callidè. quippe etenim videbatur sibi peridoneum maritum matri reperisse, cui bono periculo totã domus fortunam cõcrederet. Ac primò quidem voluntatem meã verbis inuersis periclitabũdus, quoniã me viæ cupidũ & cõuersum ab vxoria re videbat, orat saltẽ paulisper manerẽ, velle se mecũ proficisci: hyemẽ

a mater HS quadrag.

Apuleio quomodo nupta Pudentilla.

alteram propter Syrtis æstus & bestias opperiendam, quòd illã mihi infirmitas exemisset. Multis etiam precibus me ab amicis meis Appijs aufert, vt ad sese in domũ matris suæ *a* trãsferat, salubriorem mihi habitationem futuram, Præterea prospectu matris, qui mihi gratissimus est, liberius me ex ea fruiturum. Hæc omnia adnixus impenso studio persuadet: & matrem suã, suumq; fratrẽ puerum istũ mihi commendat, nonnihil à me in communibus studijs adiuuãtur. Augetur oppidò familiaritas, interibi reualesco. Differo aliquid, postulantibus *b* amicis. Publicè omnes qui aderant, ingenti celebritate basilicã, qui locus auditorij erat, complentes, inter alia pleraq; cõgruentissima voce insigniter acclamant, petentes vt remanerem, fieremque ciuis *c* Æænsium. Mox auditorio misso, Pontianus eo principio me adortus, cõsensum publicæ vocis ꝓ diuino auspicio interpretatur: aperitq;, consiliũ sibi esse, si ego non nolim, matrem suã, cui plurimi inhient, mecum coniungere: quoniã mihi soli, ait, rerum omniũ confidere sese, & credere, vt id onus recipiam: quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorũ mihi offeratur. Si hæc reputans, formę aut diuitiarũ gratiã me ad aliam cõditionẽ reseruarẽ; neq; pro amico, neq; ꝓ Philosopho facturũ. Nimis multa oratio est, si velim memorare, quæ ego contrà responderim, quàm diu & quoties inter nos verbigeratũ sit, quot & qualibus precibus me adgressus. haud prius

a transferat.

b amicis, publicè. omn. *Basilica.*

c Oeensium.

prius omiserit, quàm denique impetrarit: non, quin ego Pudentillam iam anno perpetim assiduo cõuictu probè spectassem, & virtutũ eius dotes explorassem: sed vtpote peregrinationis cupiens, impedimentum matrimonij aliquantisper recusaueram. mox tamen talẽ fœminam nihilo segnius volui, quàm si vltrò appetissem. Persuaserat idẽ Pontianus matri suæ, vt me alijs omnibus mallet: & quamprimùm hęc perficere incredibili studio auebat. Vix ab eo tantulã moram impetramus, dum priùs ipse vxorem duceret: Frater eius virilis togæ vsum auspicaretur: tunc deinde vt nos coniungeremur. Vtinam hercule possem, quæ deinde dicẽda sunt, sine maximo causæ dispendio *a* transgredi: ne Pontiano, cui errorem suum deprecanti simpliciter ignoui, videar nunc leuitatem exprobrare. Confiteor enim, quod mihi obiectũ est, eum, postquam vxorem duxerit, à conspecta fide desciuisse: ac derepentè animi mutatum: quod antea nimio studio festinarat, pari pertinacia prohibitum esse. Denique matrimonium nostrum ne coalesceret, quiduis pati, quiduis facere paratum *b* fuisse: quamuis omnis illa tum animi fœda mutatio, & suscepta contra matrem simultas, non ipsi vitio vertenda sit, sed socero eius eccilli. Herennio Rufino: qui vnum neminem in terris viliorẽ se, aut improbiorem, aut inquinatiorem reliquit. Perpaucis hominẽ q̃ modestissimè potero, necessariò demonstrabo: nisi omnino de eo reticuero, operã

a transgredi.

b fuisse. Quamuis

Herennius Rufinus.

perdiderit, quòd negocium istud mihi ex summis viribus conflauit. Hic enim est pueruli huius instigator, hic accusationis autor, hic aduocatorum conductor, hic testium coëmptor, hic totius calumniæ fornacula, hic Æmiliani huius fax & flagellum: idq; apud omneis intemperātissimè gloriatur, me suo machinatu reum postulatum. Et sanè habet in istis quod sibi plaudat. est enim omniū litiū depector, omniū falsorū cōmentator, omnium simulationū architectus, omnium malorum seminarium: nec nō idem libidinum ganearumq; locus, lustrum, lupanar, iam inde ab ineunte æuo cūctis probris palàm notus: olim in pueritia, priusquàm isto caluitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus: mox in iuuentute saltandis fabulis, exossis planè & eneruis, (sed vt audio) indocta & rudi mollitia. Negatur enim quicquam histrionis habuisse, præter impudicitiam. In hac etiam ætate, qua nunc est, qui istum deperduint multi a sunt. honos auribus præfandus est: domus eius tota lenonia, tota familia contaminata, ipse propudiosus, vxor lupa, filij similes prorsus, diebus ac noctibus ludibrio iuuentutis, ianua calcibus propulsata, fenestræ canticis circunstrepitæ, tricliniū b cōmessatoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium. neq; enim vlli ad introeundū metus est, nisi qui preciū marito non attulit. Ita ei lecti sui contumelia vectigalis est. Olim solers suo, nūc cōiugis corpore vulgò meret. Cū ipso plerique,

a sunt. Honos

b cōmissatoribus

rique, nec mentior, cum ipso inquam de vxoris noctibus paciscuntur. Iam illa inter virum & vxorem nota collusio: qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo eos obseruat, suo arbitratu ascendũt. Qui inaniores venere, signo dato pro adulteris deprehenduntur, & quasi ad discendũ venerint, non prius abeunt quàm aliquid scripserint. Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna deuolut9, quá *a* cũ fraude patris ex inopinato inuenerat? Pater eius plurimis creditoribus defœneratus, maluit retinere pecuniam quàm pudorem. Nam cùm vndique versum tabulis flagitaretur, & quasi insanus ab omnibus obuijs teneretur: Lex (inquit) negat posse dissoluere. annulos aureos & omnia insignia dignitatis abijcit cũ creditoribus *b* depaciscitur. Pleraq; tamen rei familiaris nomen vxoris callidissima fraude cõfert: ipse egens, nudus, & ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, non *c* mentior, sestertiûm triginta deuorandum. Tantum enim ad eum de bonis matris liberûm venit, præter qđ ei vxor sua quotidianis dotibus quæsiuit. Quæ tamé omnia in paucis annis ita hic degulator studiosè in ventrem condidit, & omnimodis *d* collurchinationibus dilapidauit: vt crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur, homo iustus, & morũ * dedit operam, quod malè partũ erat, vt malè periret. Nec quicquá ei relictũ est ex largiore fortuna. præter ambitioné miserá, & profundam gulam. Cæterùm vxor iam pro-

a tamen

b depoſcitur.

c mentior HS. trig.

d collurcinationib.

pemodum vetula & effœta, totam domum contumeliis abnuit. Filia autem per adolescentulos ditiores, nutramento matris suæ nequicquam circumlata, quibusdam etiam procis ad experiundum permissa, nisi in facilitatem Pontiani incidisset, a fortasse an adhuc b vidua, antè quàm nupta, domi sedisset. Pontianus ei, multum quidē dehortantibus nobis, nuptiarum titulum falsum & imaginarium donauit; non nescius eam paulò antè quàm duceret, à quodam honestissimo iuuene, cui prius pacta fuerat: post satietatem derelictā. Venit igitur ad eum noua nupta, secura & intrepida, pudore dispoliato, flore exoleto, flameo obsoleto, virgo rursum post recens repudium nomen potius afferēs puellæ quàm integritatē. Vectabatur octaphoro. Vidistis profectò, qui affuistis, quàm improba iuuenū circumspectatrix, quàm immodica sui ostentatrix. Quis nō disciplinā matris agnouit, cùm in puella videret immedicatum os, & purpurissatas genas, & illices oculos? Dos erat à creditore omnis ad ternunciū pridie sumpta, & quidē grandior quàm domus exhausta, & plena liberis postulabat. Sed enim iste, vt est rei modicus, spei immodicus, pari auaricia & egestate totum Pudentillæ quadragies presumptione cassa deuorarat: eoq; me amoliendū ratus, quo facilius Pōtiani facilitatē, Pudētillæ solitudinem circumueniret; infit generū suum obiurgare, quòd matrem suam mihi despōderat; suadet, quamprimùm ex tanto periculo,

a fortassean
b vidua antè, quàm

riculo, dum licet, pedem referat: res matris ipse potius habeat, quàm homini extrario sciens transmittat. ni ita faciat, inijcit scrupulum amanti adolescentulo, veterator minatur se filiam abducturum. Quid multis? iuuenem simplicem, prǽterea nouæ nuptę illecebris obfrenatũ, suo arbitratu de via deflectit. It ille ad matrem verborum Rufini gerulus: sed nequicquam tentata eius grauitate, vltrò ipse leuitatis & inconstantiæ increpitus, reportat ad socerum haud mollia. Matri suæ, præter ingenium placidissimum, & immobile, iram quoq; sua expostulatione accessisse, non mediocre pertinaciæ adiumentum. Respondisse eam deniq;, non clam se esse, Rufini ex oratione secum expostulari: eò vel magis sibi auxiliũ mariti aduersum eius desperatam auariciam comparandum. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste vxoris suę, ita ira extumuit, ita exarsit furore, vt in fœminam sanctissimam & pudicissimam, præsente filio eius, digna cubiculo suo diceret: amatricem eam, me Magum & veneficum clamitaret, multis audientibus: quos, si voles, nominabo. se mihi sua manu mortem allaturum. Vix hercule possum iræ moderari. Ingens indignatio animo oboritur: Túne effœminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minitaris? At qua tandem manu? Philomelæ? an Medeæ? an Clitemnestræ? quas tamen consultas, tanta mollicia animi, tanta formido ferri est, sine cludine saltas. Sed ne lógius ab ordine

digre-

digrediar: Pudentilla, postquam filium videt præter opinionem, contra suam esse sententiam deprauatum, rus profecta, scripsit ad eum obiurgādi gratia illas famosissimas literas, quibus (vt isti aiebant) confessa est, sese mea Magia in amorē inductam dementire. Quas tamē literas tabulario Pontiani præsente, & contrà scribente Æmiliano, nudiustertius tuo iussu Maxime testato descripsimus, in quibus omnia contra prędicationē istorum pro me reperiuntur. Quamquam etsi districtius Magum me dixisset, posset videri excusabunda, se filio vim meam, quàm voluntatem suam, causari maluisse. An sola Phædra falsum epistolium de amore commenta est? An non omnibus mulieribus hæc ars vsitata est, vt cùm aliquid eiusmodi velle cœperunt, malint coactæ videri? Quod si animo etiam ita putauit me Magum esse, iccircóne Magus habear, quia hoc scripsit Pudentilla? Vos tot argumentis, tot testibus, tanta oratione, Magum me non probatis: illa vno verbo probaret? Et quanto tandem grauius habendum est, quod in iudicio subscribitur, quàm quod in epistola scribitur? Quin tu me meismet factis, non alienis verbis *a* reuincis. Cæterùm eadem via multi rei cuiusuis maleficij postulabuntur; si ratum futurum est, quòd quisque in epistola sua vel amore vel odio cuiuspiam scripserit. Magum te scripsit Pudentilla, igitur Magus es. Quid si consulem me scripsisset, consul essem? Quid enim si pictorē, si me.

Mulieres quod maximè cupiunt, dissimulare maximè.

a reuincis?

si medicum? quid denique si *a* innocentẽ, num aliquid horum putares, iccirco quòd illa dixisset? Nihil scilicet. Atqui periniurium est, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes: posse litteras eius ad perniciem, non posse ad salutem. *Sed inquieti animi fuit: efflictim te amabat.* Concedo interim. Num tamen omnes qui amantur, Magi sunt, si hoc fortè qui amat scripserit? Cedò nunc, quòd Pudentilla me in eo tempore non amabat, siquidem id foris scripsit, quod palàm erat mihi obfuturum. Postremò quid vis, sanam an insanam fuisse, dum scriberet? Sanam, *b* dices: nihil ergo erat Magicis artibus passa. Insanam *c* respondebis: nesciijt ergo quid scripserit; eoque ei fides non habẽda est. immò etiam si fuisset insana, insanã se esse nescisset. Nam vt absurdè facit, quid tacere se dicit, quòd ibidẽ dicẽdo tacere sese, nõ tacet, & ipsa professione qđ profitetur infirmat: ita vel magis hoc repugnat. Ego insanio, quod verum non est, nisi sciens dicit. Porrò sanus est, qui scit quid sit insania. Quippe insania scire se non potest, non magis quàm cæcitas se videre. Igitur Pudentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se non putabat. Possum, si velim pluribus: sed mitto Dialectica. Ipsas litteras longè aliud clamanteis, & quasi dedita opera ad iudicium istud præparatas & accõmodatas recitabo. Accipe tu, & lege, vsq; dum ego *d* interloquar. Epistola. Substine paulisper quæ sequuntur: nam ad diuerticulũ rei ventum est.

a innocentem? *b* dices? *c* respondebis? *d* interloquar. Substine.

Adhuc

Adhuc enim Maxime, quantum equidem animaduerti, nusquam mulier Magiam nominauit: sed ordinem repetiuit eundem, quem ego paulò *a* prius longa viduitate, de remedio valetudinis, de voluntate nubendi, de meis laudibus. quas ex Pontiano cognouerat, de suasu ipsius, vt mihi potissimùm nuberet. Hæc vsque adhuc lecta sunt. Superest ea pars epistolę, quæ similiter pro me scripta, in memetipsum vertit cornua, ad expellendum à me crimen Magiæ, sedulò omissa, memorabili laude Rufini vice mutauit: & vltrò contrariam mihi opinionem quorundam *b* Æxensium, quasi Mago quæsiuit. Multa fando Maxime audisti, & plura legendo didicisti, non pauca experiendo comperisti: sed enim versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam, negabis te vnquam cognouisse. Quis Palamedes, quis *c* Siphax, quis deniq; Eurybates aut *d* Phirinondas talem excogitasset? Omnes isti, quos nominaui, & siqui præterea fuerunt dolo memorandi, si cum hac vna Rufini fallacia contédantur, *e* macchi prorsus & *f* bochones videbuntur. O mirum *g* commentum ô subtilitas digna carcere & *h* robore. Quis credat effici potuisse, vt quæ defensio fuerat, eadem manentibus ijsdem litteris, in accusationem transuerteretur? Est hercule incredibile. Sed hoc incredibile quî sit factum probabo. Obiurgatio erat matris ad filium, quòd me talem virum, qualem sibi prædicasset, nunc de Rufini sen-

a prius de vid.
b Oeensium,
c Sisyphus,
d Phrynondas
e macci
f boccones
g commentum!
h robore!

ni ſententiâ Magúm dictitaret. Verba ipſa ad hunc modum ſe habebant· Ἀπολέϊος μάγος, καὶ ἐγὼ ὑπ' αὐτοῦ μεμάγευμαι καὶ ἐρῶς ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμὲ ἔτι σωφρονῶ. Hæc ipſa verba Rufinus, quæ Græcè interpoſuit, ſola excerpta, & ab ordine ſuo ſeiugata, quaſi confeſsionem mulieris circumferens, & Pontianum per forum ductans, vulgò oſtendebat. Ipſas mulieris litteras illatenus, qua dixi, legendas præbebat: cætera ſuprà & infrà ſcripta occultabat. Turpiora eſſe, quàm vt oſtenderentur, dictitabat. Satis eſſe, confeſsionem mulieris de Magia cognoſci. Quid quæris? veriſimile omnibus viſum. Quæ purgandi mei gratia ſcripta erant, eadem mihi immanem inuidiam apud imperitos conciuere. Turbabat impurus hic, in medio foro bacchabundus: epiſtolam ſæpe aperiens proquiritabat: *Apuleius Magus, dicit ipſa quæ ſentit & patitur: quid vultis amplius?* Nemo erat qui pro me ferret, ac ſi reſponderet: Totam ſodes epiſtolam cedò: ſine omnia inſpiciam, principio ad finem perlegam. Multa ſunt, quæ ſola prolata calumniæ poſſint videri obnoxia: cuiuis oratio inſimulari poteſt, ſi ea quæ ex prioribus nexa ſunt, principio ſui defraudentur: ſi quædã ex ordine ſcriptorum ad libidinem ſupprimantur: ſi quæ ſimulationis cauſa dicta ſunt, adſeuerantis pronunciatione quàm exprobrantis legantur. Hæc, & id genus ea, quàm meritò tunc dici potuerint, ipſe ordo epiſtolæ oſtendat. At

tu Æ-

tu Æmiliane recognofce, an & hæc mecum teftato defcripferis: βουλομένην γάρ με δι' ἃς εἶπον αἰτίας γαμηθῆναι, αὐτὸς τοῦτον ἔπεισας ἀντὶ πάντων αἱρεῖσθαι. θαυμάζων τὸν ἄνδρα, καὶ σπουδάζων αὐτὸν οἰκεῖον ἡμῖν δι' ἐμοῦ ποιῆσαι. νυῦ δὲ ὡς μοχθηροὶ ὑμῶν, κακοηθῶς τι ἀναπείθουσιν αἰφνίδιον ἐγένετο ἀπλεῖος, καὶ ἐγὼ μεμάγευμαι ὑπ' αὐτοῦ. καὶ ἔρως ἐλθέτω νυῦ πρὸς ἐμὲ, ἕως ἔτι σωφρονῶ. Oro te Maxime, fi litteræ ita vt partim vocales dicũtur, etiam propriam vocem vfurparent, fi verba ita vt poëtæ aiunt, pinnis apta vulgò volarent, nónne cùm primùm epiftolam iftam Rufinus mala fide excerperet, pauca legeret, multa & meliora fciens reticeret; nónne tunc cæteræ litteræ fcelestè fe detineri proclamaffent? verba fuppreffa de Rufini manibus foras euolaffent? totum forum tumultu compleffent? fe quoq; à Pudẽtilla miffas, fibi etiam quæ dicerent mandata? improbo ac nefario homini per alienas litteras falfum facere tentanti ne aufcultarent, fibi potius audirent: Apuleium Magiæ non accufatum à Pudentilla, fed accufante Rufino abfolutum? Quæ omnia etfi tum dicta non funt; tamen nunc cùm magis profunt, luce illuftrius apparent. Patent artes tuæ Rufine, fraudes hiant detectum mendacium a eft: veritas olim interuerfa, nunc fe effert, & velut alto barathro, calumnias emergit. Ad litteras Pudentillæ prouocaftis: literis vinco. quarum fi vultis extremam quoq; claufulã audire, nõ inuidebo. Dic tu, quibus verbis epiftolã finierit mulier obcantata, vecors, amens, amans.

a eft, Veritas

amans. *ἐγὼ οὔτ' ἐμμεμάγευμαι, οὔτε τηρῶ τὴν εἱμαρμένην ἔρω.* Etiàmne amplius? Reclamat vobis Pudentilla, & sanitatem suam à vestris calumnijs quodam præconio vindicat. Nubendi autem seu rationem, seu necessitatem fato ascribit, à quo multùm Magia remota est, vel potius omnino sublata. Quæ enim relinquitur vis cantaminibus & veneficijs, si fatum rei cuiusque, veluti violentissimus torrens, neque retineri potest, neque impelli? Igitur hac sententia sua Pudentilla non modò me Magum, sed omnino esse Magiam negauit. Bene, quòd integras epistolas matris Pontianus ex more adseruauit. Bene, quòd vos festinatio iudicij anteuortit, ne quid in istis literis ex ocio nouaretis. Tuum hoc Maximè, tuæque prouidentiæ beneficium est, quòd à principio intellectas calumnias, ne corroborarentur tempore, præcipitasti, & nulla impertita mora subneruasti. Finge nunc, aliquid matrem filio secretis literis de amore, vti assolet, confessam. Hoccine verum fuit Rufine, hoc non dico pium, sed saltem humanũ, promulgari eas litteras, & potissimùm filij præconio publicari? Sed sum ego inscius, qui postulo vt alienum pudorem conserues, qui tuum perdideris? Cur autem præterita conqueror, cùm non sint minus acerba præsentia? Hucusque à vobis miserum istum puerum deprauatum, vt matris suæ epistolas, quas putat amatorias, pro tribunali Proconsuli recitet, apud virũ sanctissimũ Claudium Maxi- *Fatum.*

mum, ante has Imperatoris pij statuas, filius matris suæ pudenda exprobret stupra, & amores obiectet? Quis tam est mitis, quin exacerbescat? Túne vltrò parentis tuæ animum in istis scrutaris? oculos obseruas? suspiritus numeras? affectiones exploras? tabulas intercipis? amorem reuincis? Túne quod in cubiculo agat, perquiris? næ mater tua non dico amatrix, sed ne omnino fœmina est? *a* næ tu in ea cogitas, nisi vnam parentis religionem? O infelix vterum tuum *b* Pudentilla, ô sterilitas liberis *c* potior, ô infausti decem *d* menses, o ingrati quatuordecim anni *e* viduitatis. Vipera, vt audio, exeso matris vtero in lucem prorepit, atque ita patricidio gignitur. At enim tibi à filio iam adulto, acerbiores morsus viuenti & videnti offeruntur: silentiũ tuũ laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuũ foditur, viscera intima protrahũtur. Hascine gratias bonus filius matri rependis, ob datã vitam? ob acquisitam hęreditatem? ob quatuordecim annorum longas alimonias? Hiscine te patruus disciplinis erudiuit, vt si cōpertum habeas, filios tibi similes futuros, non audeas ducere vxorem? Est ille Poëtæ versus non ignotus:

Odi puerulos præcoci sapientia.

Sed enim maliciã præcoci puerum quis non auersetur atque *f* oderit: cùm videat velut mōstrum quoddam, prius *g* robustos scelere quã tempore, antè nocentem quàm potentem viridi pueritia, cana *h* malitia: vel potius hoc

a ne
b Pudentilla!
c potior!
d menses!
e viduitatis!
Vipera partus.
f oderit?
g robustũ
h malitia!

magis noxium, quòd cum venia perniciosus est: & nondum pœnæ, iam iniuriæ sufficit. Iniuriæ dico: immò enim sceleri aduersum parentem nefando, immani, impetibili. Athenienses quidem propter commune ius humanitatis ex captiuis epistolis Philippi Macedonis hostis sui, vnam epistolam, cùm singulæ publicè legerentur, recitari prohibuerunt, quę erat ad vxorem Olympiadem conscripta: hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum diuulgarent: præferendum rati fas commune, propriæ vltioni. Tales hostes, aduersus hostem. Tu qualis filius aduersus matrem? vides quàm similia contendam? Tu tamen filius matris epistolas, de amore, vt ait, scriptas, in isto cœtu legis: in quo si aliquem poëtam lasciuiorem iubereris legere, profectò non auderes, pudore tamen aliquo impedirère: immò enim nunquam matris tuæ litteras attigisses, si vllas alias litteras attigisses; ad quam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare: quam nimis irreuerenter, nimis contumeliosè & turpiter de matre tua scriptam; cùm adhuc in eius sinu alerère, miseras clanculò ad Pontianum, scilicet ne semel peccasses, ac tam bonum tuum factum obtuto capesseret. Miser non intelligis, idcirco patruum tuum hoc fieri passum, quo se omnibus purgaret, si ex litteris tuis nosceretur, te etiam prius quàm ad eum cómigrasses, etiam cùm matri blandirere, tamen iam tum vulpionem Scimpium fuisse. Cæterùm neque

Litteræ coniugum nõ publicandæ.

queo in animum inducere, tam ſtultum Ae-
milianum eſſe, vt arbitretur mihi litteras pue-
ri,& eiuſdem accuſatoris mei obfuturas. Fuit
& illa commenticia epiſtola,neque mea manu
ſcripta, neque veriſimiliter confićta, qua vide-
ri volebant blanditijs à me mulierem ſollicita-
tam. Cur ergo blandirer,ſi Magiæ cõfidebam?
Qua autem via ad iſtos peruenit epiſtola, ad
Pudentillam ſcilicet per aliquem fidelem miſ-
ſa, vt in re tali aćtitari ſolet? Cur præterea tam
vitioſis verbis,tam barbaro ſermone ego con-
ſcriberem, quem ijdem dicunt nequaquam
Græcæ linguæ imperitum? Cur autem tam
abſurdis tamque tabernarijs blanditijs ſubagi-
tarem, quem ijdem aiunt verſibus amatorijs
ſatis ſcitè laſciuire? Sic eſt profećtò cuiuis pa-
làm eſt: hic qui epiſtolam Pudentillæ Græca-
tiorem legere **non** poterat, hanc vt ſuam faci-
liùs legit,& aptiùs commendauit. Sed iam de
epiſtolis ſatis dićtum habebo, ſi hoc vnum ad-
didero: Pudentillam, quæ ſcripſerat diſsimu-
lamenti cauſa & derediculi, ἐκθέτω ἕως ἔτι σωφρο-
νῶ, poſt haſce literas, euocaſſe ad ſe filios,& nu-
rum: cum his fermè duobus menſibus con-
uerſatã. Dicat hic pius filius,quid in eo tempo-
re ſecus agentẽ vel loquentem matrem ſuam,
propter inſaniã, viderit. Neget eam rationibus
villicorũ,& opilionũ,& equiſionũ ſolertiſsimè
ſubſcripſiſſe. Neget fratrẽ ſuum Pontianũ gra-
uiter ab ea moniũ, vt ſibi ab inſidijs Rufini ca-
ueret. Neget verè obiurgatũ, quòd literas, quas
ad

ad eum miserat, vulgò circuntulisset, nec tamen bona fide legisset. Neget post ista quæ divi, matrem suam mihi apud villam iam pridem condicto loco nupsisse. Quippe ita placuerat, in suburbana villa potius vt coniungeremur, ne ciues denuò ad sportulas conuolarent; cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta milia nummûm in populum expunxisset ea die, qua Pontianus vxorem duxit, & hic puerulus toga est inuolutus. Preterea vt conuiuijs multis ac molestijs supersederemus, quæ fermè ex morte nouis maritis obeunda sunt. Habes Aemiliane causam totam, cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido sint, sed in villa suburbana consignatę, ne quinquaginta milia nummûm denuò profundenda essent, nec tecum aut apud te cœnandum. Est'ne causa idonea? Miror tamen, quòd tu à villa tantopere abhorreas, qui plerumque ruri versêre. Lex quidem Iulia de maritandis ordinibus, numquam scilicet ad hunc modum interdicit, VXOREM IN VILLA NE DVCITO. Immò si verum velis, vxor ad prolé multo auspicatius in villa quàm in oppido ducitur: in solo vberi, quàm in loco sterili: in agri cespite, quàm in fori silice: mater futura in ipso materno, sinubat in segete, adulta super fœcundam glebam. vel enim sub vlmo marita cubet in ipso gremio terræ, matres inter soboles herbarum & propagines vitium & arborum germina. ibi & ille celeberrimus in Comœdijs versus

In matrimonijs dabātur sportulæ.

Vxorem ad prolé multo auspicatius in villa quàm oppido duci.

versus de proximo congruit,

* * * *

Romanorum etiam maioribus, Quintijs & Serranis, & multis alijs similibus, non modò vxores, verùm etiam consulatus & dictatu æ in agris offerebantur. Cohibebo me in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam, si villam laudauero. De ætate verò Pudentillæ, de qua post ista satis confidenter mẽtitus es, vt etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse, de ea paucis tibi respondebo. nam in re tam perspicua non est necesse pluribus disputare. Pater eius natam sibi filiam, more cæterorum professus est: tabulæ eius partim tabulario publico, partim domo adseruantur, quę tibi ob os obijciuntur. Porrige Aemiliano tabulas istas: lignum consideret signa quę impressa sunt recognoscat, Consules legat, annos computet, quos sexaginta mulieri asignabat. probet quinque & quinquaginta. Lustro mentitus est, parum hoc est, liberalius agam. nam & ipse Pudentillæ multos annos largitus est: redonabo igitur vicissim. Decem annos Mezentius cum a Vlysse errauit, quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis? vt cum quadruplatore agam, bis duplum quinquennium faciam, viginti annos semel detraham. Iube Maxime consules computari: nisi fallor, inuenies nunc Pudentillæ haud multo amplius quadragesimum annum ætatis ire. O falsum, audax & nimium, ô mendacium viginti

a Vlixe.

vigínti annorum exilio a puniendum: dimidio tanta Aemiliane menti falsa audes sesquialtera? Si triginta annos pro decem dixisses; posses videri pro computationis gestu errasse, quos circulare debueris digitos aperuisse. Cùm verò quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potest digitorum gestu errasse, nisi forte triginta annorum Pudentillam ratus, binos cuiusque anni Consules numerasti. Missa hæc facio: venio nunc ad ipsam stirpem accusationis, ad ipsam causam maleficij. Respondeat Aemilianus, & Rufinus, ob quod emolumentum, etsi maximè Magus forem, Pudentillam carminibus & venenis ad matrimonium pellexissem. Atque ego scio plerosque reos alicuius facinoris postulatos; si fuisse quæpiam causæ probarentur; hoc vno se tamen abundè defendisse, vitam suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorrere: nec id sibi obesse debere, quòd videantur quædam fuisse ad maleficium perpetrandum inuitamenta. Non enim omnia quæ fieri potuerint, pro factis habenda. Rerum vices varias euenire; certum indicem cuiusque animum esse, qui semper eodem ingenio ad virtutem vel ad malitiam moratus, firmum argumentum est accipiendi criminis, aut respuendi. Hæc ego quamquam possum meritò dicere, tamen vobis cōdono. Nec satis mihi duco, si me omniū quę insimulastis abundè purgaui, si nusquam

a puniendum l

passus sum vel exiguam suspicionem Magia
consistere. Reputate vobiscum, quanta fiduci
innocentiæ meæ, quantoque despectu vestr
agam; si vna causa vel minima fuerit inuenta
cur ego debuerim Pudentillæ nuptias ob a
liquod meum commodum appetere, si quam
libet modicum emolumentum probaueritis
Ego ille sim Carinondas, vel Damigeron, ve
Hismoses, vel Ioannes, vel Apollonius, ve
ipse Dardanus, vel quicunque alius post Zo
roastren & Hostanen inter Magos celebra
tus est. Vide quæso Maxime quem tumul
tum suscitarint, quoniam ego paucos Mago
rum nominatim percensui. Quid faciam tam
rudibus, tam barbaris? Doceam *a* Rufinum
hæc & multo plura alia nomina in bibliotheci
publicis apud clarissimos scriptores me legi
se? An disputem, longè aliud esse noticiam
nominum, aliud artis eiusdem habere com
munionem? Nec debere doctrinæ instrumē
tum & eruditionis memoriam pro confessio
ne criminis haberi? An quod multo præstabi
lius est, tua doctrina, Claudi Maxime, tuaqu
perfecta eruditione fretus, contemnam stulti
& impolitis ad hæc respondere? Ita potius fa
ciam: quid illi existiment *b* nacti non putabo
quod institui, pergam disputare: nullam mih
causam fuisse, Pudentillam veneficijs ad nup
tias prolectandi. Formam mulieris & ætaten
ipsi vltro improbauerunt, idque mihi vitio de
derunt, talem vxorem causa auaritiæ con
cupisse

Magi insigniores.

a rursum

b nacei, vel nauci.

cupiſſe: atque adeò primò dotem in congreſſu grandem & vberem rapuiſſe. Ad hæc, Maxime, longa oratione fatigare te non eſt conſilium. Nihil verbis opus eſt, cùm multo diſertius ipſæ tabulæ loquantur: in quibus omnia contrà quàm iſti ex ſua rapacitate de me quoque coniectauerunt, facta impræſentiarum & prouiſa in poſterum deprehendes. Iam primùm mulieris locupletiſsimæ modicam dotem, neque eam datam, ſed tantummodò promiſſam. Præter hæc, ea conditione factam cōiectionem, ſi nullis ex me ſuſceptis liberis vita demigraſſet vt dos omnis apud filios eius Pontianum & Pudentem maneret. Sin verò vno vnàue ſuperſtite diem ſuum obiſſet, vti tum diuidua pars dotis poſteriori filio, reliqua prioribus cederet. Hæc, vt dico, tabulis ipſis docebo. Fors [a] fuerit, vt ne ſic quidem credat Aemilianus, ſola trecenta milia nummûm ſcripta, eorumq́ue repetitionem filijs Pudentillæ pacto datam. Capiens ipſe tu manibus tuis tabulas iſtas, da impulſori tuo Rufino Legat: pudeat illum tumidi animi ſui, & ambitioſæ mendicitatis. quippe ipſe egens, nudus, trecentis milibus nummûm à creditore acceptis filiam dotauit. Pudentilla [b] locuplex fœmina trecentis milibus dotis fuit contenta: & maritum habet & multis ſæpe & ingentibus dotibus ſpretis, inani nomine tantulæ dotis contentum: cæterùm præter vxorem ſuam nihil computantem, omnem ſupellecti-

Dos Apuleij.

[a] ferat.

[b] locuples

lem cunctasque diuitias in concordia coniugis & *a* multo amore ponentem. Quamquam quis omnium vel exiguè rerum peritus culpare auderet, si mulier vidua & mediocri forma, at non ætate mediocri, nubere volens, longa dote & molli conditione inuitasset iuuenem, neque corpore, neque animo, neque fortuna pœnitendum. Virgo formosa, etsi sit oppidò pauper, tamen abundè dotata est. Affert quippe ad maritum nouum animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipsa virginitatis commendatio, iure meritoq; omnibus maritis acceptissima est. Nam quodcunq; aliud in dotem acceperis, potes, cùm libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne, vt acceperas, retribuere: pecuniam remunerare, mancipia restituere, domo demigrare, prædijs cedere: sola virginitas, cùm semel accepta est, reddi nequitur: sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem qualis nuptijs venit, talis diuortio digreditur, nihil affert *b* impossibile, sed venit iam ab alio præflorata: certè tibi, ad quæ velis, minimè docilis: nō minus suspectans nouam domum, quàm ipsa iam ob vnum diuortium suspectanda: siue illa morte amisit maritum, vt seui ominis mulier, & infausti coniugij, minimè appetenda: seu repudio digressa est, vtramuis *c* habeat culpam mulier, quæ aut tam intolerabilis fuit vt repudiaretur, aut tam insolens vt repudiaret. Ob hæc & alia viduæ dote aucta procos solicis

a mutuo.

Virgo formosa, licet pauper, satis dotata.

b irreposcibile.

c habens

licitant: quod Pudentilla quoque in alio marito fecisset, si Philosophum spernentem dotis non reperisset. Age verò, si auariciæ causa mulierem cōcupissem, quid mihi vtilius ad possidendam domum eius fuit, quàm simultatem inter matrem & filios serere? alienare ab eius animo liberorum charitatem, quo liberiùs & arctiùs desolatam mulierem solus possiderem? Fuit'ne prædonis quod esse vos fingitis? Egò verò quietis & concordiæ & pietatis autor, conciliator, fauissor, non modò noua odia non serui, sed vetera quoque funditùs extirpaui. Suasi vxori meæ, cuius, vt isti aiunt, iam vniuersas opeis transuoraram: suasi inquam, ac denique persuasi, vt filijs pecuniam suam reposcentibus, de quo suprà dixeram, vt eam, pecuniam sine mora redderet in prædijs vili æstimatis, & quanto ipsi volebant. Præterea ex re familiari sua fructuosissimos agros, & grandem domum, opulentè ornatam, magnamq; vim tricici & ordei, & vini & olei, cæterorumque fructuum. Seruos quoq; haud minus quadringētos, pecora amplius neque pauca neque abiecti precij donaret, vt eos & ex ea quam tribuisset parte securos haberet, & ad cætera hæreditatis bona spe inuitaret. Hæc ego ab inuita Pudentilla (patietur enim me, vti res fuit, ita dicere) ægrè exauditus ingentibus precibus, a inuitè & iratè extorsi: matrem filijs reconciliaui; priuignos meos primo hoc vitrici beneficio,

Apuleius hæreditatē filijs impartitur.

a inuitę & iratæ

cio, grandi pecunia auxi. Cognitum hoc est tota ciuitate, Rufinum omnes execrati, me laudibus tulêre. Venerat ad nos, priusquam istam donationem mater perficeret, dum dissimili isto fratre suo Pontianus, ante pedes nostros aduolutus, veniam & obliuionē praeteritorum omnium postulat; flens & manus nostras a obsculabundus, ac dicens pœnitere, quòd Rufino & similibus auscultarit. Petit postea suppliciter, vti se Lolliano quoque Auito C. V. purgem, cui haud pridem tyrocinio profectionis suæ fuerat à me commendatus: quippe compererat, ante paucos dies omnia me, vt acta erant, ad eum perscripsisse. Id quoque à me impetrat. Itaque acceptis literis Carthaginem pergit: vbi iam propè exacto Consulatus sui munere, Lollianus Auitus te Maxime opperiebatur. His epistolis meis lectis, pro sua eximia humanitate gratulatus Pōtiano, quòd citò errorem suum correxisset, rescripsit mihi per eum: Quas litteras, dij boni, qua b doctrinæ? quo c lepôre? qua verborum amœnitate simul & d iucunditate? Prorsus, vt vir bonus dicendi peritus. Scio te, Maxime, libenter eius litteras auditurum. Et quidem si perlegam, mea voce pronunciabo. Cedò tu Auiti epistolas, vt quæ semper ornamento mihi fuerunt, sint nunc etiam saluti. Ac tu, licebit aquā sinas fluere. Namq; optimi viri literas ter & quater ab eo quantouis temporis dispendio e lectitarē. Auiti literæ. Nō sum nescius, debuisse

Pontianus pœnitens.

a osculabūdus,

Lollianus Auitus.

b doctrina l
c lepôre l
d iucūditate l prorsus

e lectitarē. Non sum

buiſſe me poſt iſtas Auiti literas perorare. Quem enim laudatorem locupletiorem, quẽ teſtem vitæ meæ ſanctiorem *a* producam? Quem denique aduocatum facundiorem? Multos in vita mea Romani nominis diſertos viros ſedulò cognoui, ſed ſum æquè neminem admiratus. Nemo eſt hodie, quãtum mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis ac ſpei, quin auitus eſſe longè malit, ſi cum eo ſe, remota inuidia, velit conferre. Quippe omnes fandi virtutes penè diuerſæ in illo viro congruunt. Quamcunque orationem ſtruxerit Auitus, ita illa erit vndique ſui perfectè abſoluta, vt in illa neque Cato grauitatem requirat, neque Lælius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Cæſar calorem, nec Hortenſius diſtributionẽ, nec Caluus argutias, nec parſimoniam Salluſtius, nec opulentiam *b* Cicero. Prorſus in qua, ne omnis perſequar, ſi Auitum audias, neque additum quicquam velis, neque detractum, neq; autem aliquid commutatum. Video Maxime, quàm benignè audias, quæ in amico tuo Auito recognoſcis. Tua me comitas, vt vel pauca dicerem de eo, inuitauit. At non vſque adeò tuæ *c* beneuolentiæ indulgebo, vt mihi permittam iam propemodum feſſo, in cauſa prorſus ad finem inclinata, de egregijs virtutibus eius nunc demum incipere: quin potius eas integris viribus & tempori libero ſeruem. Nunc enim mihi (quod *d* ægrefero) à commemoratione tanti viri, ad

a producã, quem

Auiti eloquentia.

b Cicero? prorſ.

c beniuolentiæ

d ægrè fero,

peſteis

pesteis istas oratio reuoluenda est. Audes'ne te ergo Aemiliane cum Auito conferre? Quem ne ille bonum virum ait, cuius animi disputatione tam plene suis litteris collaudat, eum tu Magiæ maleficij criminis insectabere? An inuasisse me domum Pudentillæ, & compilare bona eius? Tu magis dolere debes, quam doluisset Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum, vestro scilicet instinctu, ortas simultates, etiam absenti, apud Auitum *a* satisfecit: qui mihi apud tantum virum gratias *b* egit. Puta me acta apud Auitum, non litteras ipsius legisse. Quid posses, vel quas quis in isto negocio accusare? Pontianus ipse, quod à matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat: Pontianus me vitricum sibi contigisse intimis affectionibus lætabatur. Quòd vtinam incolumis Carthagine *c* reuertisset: vel, quoniam sic ei fuerat fato decretum, vtinam tu Rufine *d* suminum eius iudicium non inpedisses, quas mihi aut coràm, aut denique in testamento gratias egisset? Litteras tamen quas ad me Carthagine, vel iam aduenienș ex itinere præmisit, quas adhuc validus, quas iam æger, plenas honoris, plenas amoris, quæso Maxime paulisper recitari sinas, vt sciat frater eius accusator meus, quàm in omnibus Mineruæ curriculum cum fratre optimæ memoriæ *e* vir occurrat. Pontiani literæ. Audistine vocabula, quæ mihi Pontianus frater tuus *f* tribuerat? Me parentem suum,

a satisfecit?
b egit?
c reuertisset!
d supremũ
e viro currat. Audistine
f tribuerat, me

suum me dominum, me magistrum, cùm sæpe aliàs, tum in extremo tempore vitæ a vocans: Possem tuas quoque b paris epistolas promere; si vel exiguam moram tanti putarem: potius testamentum illud recens tui fratris, quanquam imperfectum, tamen proferri cuperem, in quo mei officiosissimè & honestissimè meminit. Quod tamen testamentum Rufinus neque comparari, neque perfici passus est, pudore perditæ c hæreditatis, quam paucorum mensium, quibus socer Pontiani fuit, magno quidem precio noctium computarat. Præterea nescio quos Chaldæos consuluerat, quo lucro filiam collocaret. Qui, vt audio, vtinam illud non verè respondissent, primùm eius maritum in paucis mensibus moriturum: Cætera enim de d hæreditate (vt assolent) ad consulentis votum confinxerunt. Verùm, vt dij voluere, quasi cæca bestia, incassum hiauit. Pontianus enim filiam Rufini malè compertam, non modò hæredem non reliquit, sed ne honesto quidem legato impertiuit: quippe qui ei ad ignominiam lintea ascribi ducentorum fere denariorum iussit, vt intelligeretur iratus potius externasse eam, quàm oblitus præterisse. Scripsit autem hæredes tam hoc testamento quàm priore, quod lectum est, matrem cum fratre, cui, vt vides, admodum puero tandem illam filiæ suæ machinam Rufino admouet, ac mulierem alioqui multò natu maiorem, nuperrimè vxorem fratris, misero puero obijcit &

obster-

a **vocans?**
b **pares**
c **hæredita-tis,**
d **heredi-tate.**

obſternit. At ille puellæ meretricis blandimẽ-tis, & lenonis patris illectamentis captus & poſſeſſus, exinde vt frater eius animam edi-dit, relicta matre, ad patruum commigrauit quo faciliùs remotis nobis cœpta perficeren-tur. Fauet enim Rufino Aemilianus, & pro-uentum cupit. *a* Ehem, rectè vos admonetis etiam ſuam ſpem bonus patruus temperat i[n] iſto, ac fouet, qui ſciat inteſtati pueri legiti-mum magis quàm iuſtum hæredem futurum Nollem hercule hoc à me profectum: non fui meæ moderationis, tacitas omnium ſuſpicio-nes palàm abrumpere, malè vos qui ſugge[ſ]-ſiſtis. Planè quidem ſi puerum velis, multi m[i]-rantur Aemiliane tam repentinam circa pue-rum iſtum pietatem tuam, poſtquam frate[r] eius Pontianus eſt mortuus: cùm antea tam ignotus illi fueris, vt ſæpe ne occurſu quidem filium fratris de facie agnoſceres. At *b* tunc a-deò patientem te ei præbes, itaq; eum indu[l]-gentia corrumpis, adeò ei nulla re aduerſari[s] vt per hæc ſuſpicionibus fidem facias. Inue[ſtem] à nobis accepiſti, veſticipem illicò reddidiſ[ti]. Cùm à nobis regeretur, ad magiſtros ibat: ab ijs nunc magna fugela in ganeum fugit, am[i]-cos ſerios aſpernatur, cum *c* adoleſcentul[is] poſtremiſsimis inter ſcorta & pocula puer h[oc] æui in conuiulo agitat. Ipſe domi tuæ recto[r] ipſe familiæ dominus, ipſe magiſter in co[n]-uiuio, in ludo quoque gladiatorio frequen[s] viſitor, nomina gladiatorum & pugnas

vuln-

a Ehem!

b nunc

c adoleſcen-tulis

vulnera planè quidem, vt puer, honestè ab ipso lanista docetur: loquitur numquã nisi Punicè, & si quid adhuc à matre græcissat. Latinè enim neq; vult, neque potest. Audisti Maxime paulò antè, pròh *a* nefas, priuignum meum, fratrem Pontiani, diserti iuuenis, vix singulas, syllabas fringultientem, cùm ab eo quæreres, donassetne illis mater, quæ ego dicebam me *b* adiuuante donata. Testor igitur te, Claudi Maxime, vosq; qui in consilio estis, vosq; etiã qui tribunal mecum adsistitis, hæc damna & dedecora morum eius patruo huic, & candidato illi socero adsignanda meq; posthac boni consulturum, quòd talis priuignus curæ meæ iugum ceruice excusserit, neq; postea pro eo matri eius supplicaturum. Nam, quod penissimè oblitus sum, nuperrimè cùm testamentum Pudentilla post mortem Pontiani filij sui, in mala valetudine scripserit, diu sum aduersus illam renisus, ne hunc ob tot insigneis contumelias, ob tot iniurias exhęredaret. Elogium grauissimum iam totum mediusfidius perscriptũ, vt aboleret, impẽsis precibus oraui. Postremò ni impetrarẽ, diuersurũ me ab ea comminatus sum, mihi hác veniam tribueret, malum filium beneficio vinceret; me inuidia omni liberaret. Nec prius destiti, quàm ita fecit. Doleo me huncce scrupulum Aemiliano dempsisse, tam inopinatã semitã indicasse. Specta quęso Maxime, vt hisce auditis, subitò obstupuerit, vt oculos ad terras demiserit.

a nefas!

b adnitente

longè enim secius ratus fuerat, nec immeritò: mulierem filij contumelijs infectam, meis officijs deuinctam sciebat. De me quoque fuit quod timeret. *a* Quis enim vel æquè vt ego spernens hæreditatis, tamen vindicari de tam inofficioso priuigno *b* recusasset? Hæc præcipuè sollicitudo eos ad accusationem mei stimulauit hęreditatē omnem mihi relictam falsò ex sua auaritia coniectauêre. Soluo vos in pręteritū isto metu. Namq; animum meū neq; hæreditatis, neq; vltionis occasio potuit loco dimouere. Pugnaui cum irata matre, pro priuigno malo vitricus, veluti pater pro optimo filio aduersus nouercam. nec satis fuit, ni bonæ vxoris prolixam liberalitatem circa me, nimio plus æquo *c* cohercerem. Cedò tu testamentum, iam inimico filio à matre factum: me, quē isti prædonem dicunt, verba singula precibus præeunte. Rumpi tabulas istas iube Maxime, inuenies filium hæredem: mihi verò tenue nescio quid honoris gratia legatū; ne, si quid ei humanitùs attigisset, nomen maritus in vxoris tabulis non haberem. Cape ista, vt matris tuis testamentum, verè hoc quidem inofficiosum. Quid ni? in quo obsequentissimum maritum exhæredauit, inimicissimū filiū scripsit hæredem: immo enimuerò non filiū, sed Aemiliani spes, & Rufini nuptias: sed temulentum illud collegium, parasitos tuos. Accipe inquam filiorum optimę, & positis paulisper epistolis amatorijs matris, lege potius testamen.

a Quiuis

b non recusass.

c coërcerē.

mētum, si quid quasi insania scripsit, hîc reperies, & quidē mox à principio; SICINIVS PVDENS FILIVS MEVS MIHI HÆRES ESTO Fateor, qui hoc legerit, insanum putabit. Hiccine filius hæres, qui te in ipso fratris sui funere, aduocata perditissimorū iuuenū manu, voluit excludere è domo, quàm ipsa donaueras? Qui te sibi à fratre coheredē relictū, grauiter & acerbè tulit? qui cōfestim te, cū tuo luctu & mœrore deseruit, & ad Rufinum & Aemilianū de sinu tuo aufugit? Qui ibi plurimas postea contumelias dixit coràm, & adiuuante patruo fecit? Qui nomen tuum pro tribunalibus vētilauit? Qui pudorem tuum tuismet literis conatus est publicè dedecorare? Qui maritum tuum, quem elegeras, quem (vt ipse obijciebat) efflictim amabas, capitis accusauit: Aperi quæso, bone puer, aperi testamentum: facilius insaniam matris sic probabis. Quid abnuis? quid recusas? postquam solicitudinem de hæreditate materna *a* repulisti. At ego hasce tabulas Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis adijcio: testorq; me deinceps incuriosius habiturum, quid Pudentilla testamento suo scribat. Ipse iam, vt libet, matrem suam *b* de cęterò exoret. Mihi, vt vltrà pro eo deprecer, locum nō reliquit. Ipse iam vt sui potens ac vir, acerbissimas litteras matri dictet, iram eius deliniat: qui potuit perorare, potuit exorare. Mihi iamdudum satis est, si non modò crimina obiecta plenissimè dilui, verùm etiam

a repulisti?

b de cætero exoret mihi,

radicem huius iudicij,id eſt,hęreditatis quæſitæ inuidiam funditùs ſubſtuli. Illud etiam nē quid omnium pręteream,priuſquā peroro,falsò obiectum reuincam. Dixiſtis, me Magide pecunia mulieris pulcherrimū prædium meo nomine emiſſe. Dico; exiguum hærediolum ſexaginta milibus nummûm: Id quoq; nō me, ſed Pudentillam ſuo nomine emiſſes Pudentillæ nomen in tabulis eſſe:Pudentille nomine pro eo agello tributū depēdi:Pręſens eſt quęſtor publicus,cui depēſum eſt Coruinus Celer,vir ornatus.adeſt etiā tutor autor mulieris, vir grauiſsimus & ſanctiſsimus,omni cum honore mihi nominandus Caſsius Longinus. Quære Maxime, cuius emptionis *a* autor fuerit,quantulo precio mulier locuples agellum ſuum præſtinarit.Teſtimonium Caſsij Longini tutoris,& Coruini Clementis, quod recitatum eſt.Eſt'ne ita vt dixi? vſpiam in hac emptione nomen meum adſcriptū eſt? Num ipſum hærediolì precium inuidioſum eſt? Num vel hoc ſaltem in me collatum? Quid etiam eſt Aemiliane,quod non te iudice *b* refutauerim, quod precium Magię meę reperiſti? Cur ego Pudentillæ animum veneficijs flecterē? quod ex ea commodum *c* caperem, vti dotem mihi modicam potius quàm amplam diceret? O præclara *d* carmina an vt eam dotem filijs ſuis magis reſtipularetur,quàm penes me fineret? Quid addi ad hanc Magiam poteſt? an vti rem familiarē ſuam meo adhortatu pleramq; filijs con-

Caſsius Longinus.

a auctor

b refutauerim?

c caperem?

d carmina!

cõdonasset, quæ nihil illis ante me maritum fuerat largita, mihi quicquam impartiret? O' graue veneficium, dicam, an ingratum beneficium? an vt testamento, quòd irato filio scribebat, filium potius, cui offensa erat, quàm me, cui deuincta, hęredem relinqueret? Hoc quidẽ multis *a* catminibus difficile impetraui. Putate vos causam non apud Claudium Maximum agere, virum æquum, & iusticiæ pertinacem: sed alium aliquem prauum & sæuum iudicem substituite, accusationum fautorem, cupidum condemnãdi. date ei quod sequatur, ministrate vel tantulam verisimilem occasionem secũdum vos pronunciãdi. Saltem fingite aliquid, reminiscimini, quod responderatis, qui vos ita rogarit. Et quoniam omnem conatum necesse est quæpiam causa pręcedat, respondete, qui Apuleium dicitis animum Pudentillæ Magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit? cur fecerit? Formam eius voluerat? negatis. Diuitias saltẽ cõcupierat? negant tabulę dotis, negãt tabulæ donationis, negant tabulæ testamẽti, in quibus nõ modò nõ cupidè appetisse, verùm etiam durè repulisse liberalitatem suæ vxoris ostenditur. Quę igitur alia causa est? Quid obmutuistis? quid tacetis? Vbi illud libelli vestri atrox principium, nomine priuigni mei formatum? *Hunc ego, domine Maxime, reum apud te facere institui.* Quin igitur addis, reũ *b* magistrum? reum vitricum? reum deprecatorem. Sed quid deinde? *plurimorum maleficio-*

a catamibus

b magistrũ, reum vitricum

 rum

rum & manifestissimorum. Cedò vnum de pluri-mis. Cedò dubium, vel saltem obscurum de manifesti simis. Cæterùm ad hæc quæ obiecistis innumera, binis verbis respōdeam. Dentes splendidos: Ignosce mundicijs. Specula inspicis: Debet Philosophus. Versus facis: Licet fieri. Pisces exploras: Aristoteles docet. Lignum consecras: Plato suadet. Vxorem ducis: Leges iubent. Prior natu is est: Solet fieri. Lucrum sectatus es dotis: Dotalem accipe, donationem recordare, testamentum a lege. quæ si omnia affatim retudi, si calumnias omnes refutaui; si in omnibus non modò criminibus, verumetiam maledictis, procul à culpa Philosophiæ tutus sum, si Philosophiæ honorem (qui mihi salute mea antiquior est) nusquam minui, immò contrà vbique, si cum septem pœnis eum tenui; si hæc, vt dico, ita sunt, possum securiùs tuam existimationem reuereri, quàm potestatem vereri, quod minus graue & verendum mihi arbitror, à proconsulibus damnari, quàm si à tam bono, tamq; emendato viro improber. Dixi.

a Lege. Quæ

L. APV-

L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOphi Platonici,

COSMOGRAPHIA,

siue

DE MVNDO

ad Faustinum Liber.



ONSIDERANTI MIHI, & diligentiùs intuenti, & sępe aliàs Faustine mihi virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, diuinarum particeps rerum Philosophia videbatur: & nunc maximè, cùm naturæ interpretationẽ, & remotarum ab oculis rerum inuestigationem sibi *a* vendicet. Nã cùm cæteri magnitudine rei territi, eiusmodi laborem arduum & profundum existimarent, sola Philosophia suum nõ despexit ingeniũ: nec indignã se existimauit, cui diuinarũ & humanarum rerũ disceptatio deferatur. sed *b* condiscere ac docere tã bonas *c* res, & eiusmodi *d* operacũ ingenuitate professionis suę credidit. & congruere istiusmodi curam talibus studijs & moribus Nam cùm homines mundum eiusq; penetralia adire non possent, vt è terreno domicilio illas regiones inspicerent, Philosophiam ducem nacti, eiusq; *e* imbuti inuentis, animo peregrinari ausi sunt per cœli plagas, his itineribus, quæ exploratione acuminis

a vindicet.

b condúcere ac decere

c artes,

d operam *Philosophię peregrinari licet.*

e inuentis imbuti animi.

minis sui, peruia sapientiæ, solis cogitationibus viderant, vt cum ipsius interualli conditione à mundi vicinia Natura nos secretos esse voluisset, immensitati tamen eius volucrique curriculo cogitationum nostrarum nos pernicitas intimaret, facillimeque ea, de quibus origo eius est, anima diuinis oculis suis aspexit & agnouit, alijs etiam eius scientiam tradidit. veluti prophetæ quidam, qui dum deorum maiestate completi sunt, effantur cæteris, quæ diuino beneficio soli vident. Quare & eos qui nobis vnius loci ingenia qualitatesq; describunt, aut *a* mœnia vrbis, aut alicuius amnis fluenta, aut amœnitates & magnitudines montium, alia multa descripta ab alijs plerique studiosè legunt. Nysæ iuga, & penetralia *b* Cirrhi, & Olympi sacra, & Ossæ ardua, & alia huiuscemodi sola duntaxat & singula extollũt: quorũ miseret me, cùm tãtopere nec magnis, & oppidò paucis *c* inexplebili admiratione capiũtur. *d* Hęc illis euenire adeò nõ est admirabile, cùm nihil maius suspexerint, neque ad aliquid intenderint, quod maiore diligentia contemplandum esset. Cæterùm si terrarum Orbem, omnemque Mundum contemplari pariter aliquando potuissent, minus exiguas eius & singulas parteis dignas laudibus credidissent, quibus esset vniuersitas comprehensa. Quare nos Aristotelem prudentissimum & doctissimũ Philosophorum, & Theophrastum *e* autorem secuti, quantum possumus

a amœnia

b Coryci,

c inexplicabili administratione

d Hoc

e auctorem

mus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cœlesti ratione, naturas & officia complexi, & cur & quemadmodum moueantur, explicabimus. Mundus omnis societate Cœli & Terræ constat, & eorum naturis quæ vtriusque sunt. Vel sic: Mundus est ornata ordinatio, Dei munere, deorum recta custodia, cuius cardinem (sic enim dixerim centrum) robustum & *a* incontingibilem genitrix atque altrix animātium omnium habet tellus, supernis omnibus, vt videri potest, aëris liquiditate, admodum tegminis septis & opertis. Vltra deorum domus est, quod vocamus Cœlum: quod quidem diuinis corporibus onustū videmus, ignibus pulcherrimis & perlucidis Solis & Lunæ, & reliquorum siderum, cum quibus fertur per orbem, dierum noctiumque curriculis, agens stellarum choros intermino lapsu, finem nulla æui defectione factura. Sed cùm omne Cœlum ita reuoluatur vt sphæra, ipsū tamē radicibus oportet teneri, quas *b* diuinæ machinatio verticibus affixit, vt in tornando artifex solet forcipe materiam comprehensam reciproco volumine rotundare. eos Polos dicimus: à quibus velut à cardinibus *c* directio quædam profecta, Axis est dictus, diuisor & *d* discriminator Mundi, Orbem terræ in medietate constituens. Verùm hi uertices, quos immobiles diximus, ita sunt, vt supra caput alter appareat ex parte boreæ, qui Septentrionalis vocatur: alter autem

Mundus.

a immobilem,

Cœlum.

b diuina

Poli.

c discretio

Axis.

d distermi-nator

Antarcticus humo tegitur, humidis & austri-
nis vaporibus mollis. Sed cœlum ipsum, stel-
Aether. læq; cœlligeræ, omnisq; siderea compago, Ae-
a ignitus ther vo atur, non (vt quidã putant) quòd *a* ig-
sit & succẽ- neus sit & incensus, sed quod cursibus rapidi
sus, semper rotetur. Elementum verò non vnum
ex quatuor quæ nota sunt cunctis, sed longe
aliud, numero quintum, ordine primum gene-
Astra. re diuinum & inuiolabile. Iam astrorum innu-
merabilis multitudo partim labitur cum orbi
inerranti regione, quam circulorum ambit sig-
nifer, obliqua complexione circũdatus, & sig-
nis duodecim illuminatus: partim errantibu
stellis, quæ neque priorum motus habent, ne
b similes sanè inter se *b* similem & æqualem, sed affixa
& equales; diuersis globis, inordinatum (vt sic dixerim
ordinem seruant: aliæque vltrà sunt, aliæ ci-
tra stellæ, quæ propter naturam eiusmod
nullis creduntur erroribus vagæ, & infinito
numero greges ducunt, & simplex ætheri
dorsum alma & sacrata amœnitate lucis coro-
c deorum nant. Septem verò *c* deorum illustres, toti-
numinibus dem orbibus affixæ sunt, & gradatim sibime
ill. superlatæ, vt superior inferiore sit maior, a-
Planetæ. vicissim mutuis adhæsionibus nexæ, cõplexu
illius orbis qui inerrabilis dicitur continentur
Hic Phęnonis globus, quẽ appellamus Satur-
num. Post quem Phaëton secundus est, quem
Iouem dicimus: & loco tertio Pyro, quẽ mult
Herculis, plures Martis stellã vocãt. Hãc sequi-
tur Stilbon, cui quidam Apollinis, cæteri Mer-
curi

curij nomen dederunt, Quintus Phoſphorus, Iunonia, immò Veneris ſtella cẽſetur. Deinde Solis eſt orbis: & vltima omnium Luna, altitudinis æthereę principia *a* diſcriminans q̃ diuinas & immortales viuacitates igniũ paſcẽs, ordinatis ac ſemper æqualibus inuectionibus ſoluitur atq; reparatur. Poſt eam verò pars eſt, quę ſancti ętheris finibus coërcetur, cuius mẽſu appẽſuque diſtincta eſt natura immutabilis regio, & mortalis, ac iá penè terrena, cuius primę ſunt partes tenuiores & vaporatæ: quippe cum finitimis ætheris attingantur arboribus, quantum maximis parua, & quantum rapidis poſſunt pigriora contingi. Sed ex ea parte qua curriculis finitimi *b* inuritur Solis, eiaculari atque *c* emicare flammæ quędam, oſtendere ſe oculis noſtris vidẽtur, quas Gręci *Cometas*, & *Docidas*, & *Bothynos* appellãt, quasq; labi & fluere frequẽter videmus, lucere faciliusq; reſtingui. Exinde inferioris aëris qualitas turbidior infunditur, cui permixtus eſt glacialis rigor. Sed ſuperioris vicinia claritatis & propinqui caloris afflatu niteſcit, ac ſinceriore interdũ luce veſcitur. Huius ſępe mutabilis conuertitur ſpecies: cùm ſit natura *d* variabilis, in nubes cogitur, & reciprocis flabris aperit̃, & *e* imbribus vehemẽtibus rũpitur, niuibus etiá & glacie inhorreſcit, & pręcipiti grãdine deſuper verberatur, turbine, flatibus, typhonisq; cõflictu fit ꝓcelloſa: ſed telis fulminũ, & miſsiliũ cœleſtiũ iaculis igneſcit. Aëri terra cõiungitur, eaq; in ſe ſuſcipit

a diſterminans.

b nutritur Solis. ſe iaculari *c* emicare flãmę quędam oſtenſæ oc.

Cometæ.

d Vitiabili.

e nimbis

Terra.

a maria. Hæc freq. b hæc

suscipit a maria, & frequentatur animantibus. Hæc siluarum viriditate vestitur, b & fontium perennitate recreatur. Hęc fluminum frigidos lapsus, nunc c exterioribus terris vehit, modò profundo in mari confundit. Eadem infinitis coloribus floret, altitudine montium, camporumq; d æqualitate, nemorum opacitate variatur, sinuosis inflexa litoribus, distincta insulis, villulis vrbibusq; collucens, quas sapiens genus homo cõmunibus vsibus e fabricauit. Nec sum nescius, plerosq; huius operis autores terrarum Orbem ita diuisisse: partem eius insulas esse, partem verò continentem vocari: nescij f omnes, hanc terrenam immẽsitatem Athlantici maris ambitu coërceri, insulamq; hanc vná esse cũ insulis suis omnibus. Nam similes huic alias & alias minores circumfundit Oceanus, quæ tamen meritò videntur ignotæ: cùm ne hác quidem, cuius cultores sumus, omnes peragrare posśimus. Nam sicut hæ insulæ interfluũtur, quæ sunt in nostro mari: ita g illæ vniuerso salo fretis latiorib. ambiuntur. Elementorũ inter se mutui nexus arctis affinitatibus implicatur, & quinq; cõiuges copulę his ordinatę vicibus h attinentur, vt adhęreát etiá grauioribus leuiora. Aquá in se habet tellus, & aqua (vt alij putát) vehit terrá. Aër ex aqua gignitur, ignis ex aëria dẽsitate cõflatur ęther vicissim, ignesq; illi immortalis Dei viuacitate flámátur. Huius diuini ignis origine incẽsi, p totius Múdi cõuexa illustrib. i ignescunt superna.

c errorib. terrenis

d æquore

e fabricatur.

f omnem

Terra insula.

g illæ in vniuer.

Elementorũ harmonia.

h aptátur,

i ignescũt.

Superna qua.

Qua-

Quapropter dij superas sedes habent, infima cæterorum animantium terrena *a* posſidēt,& erumpunt, ſcatēt flumina fontes & maria quæ meatus & lacunas & origines habent in gremio terrarū. Ipſarum verò inſularū quæ ſunt in noſtro mari dignæ memoratu, Trinacria eſt, Eubœa, Cyprus atq; Sardinia, Creta, Peloponneſſos, Lesbos. Minores atem aliæ, vt *b* nebulæ quidē, per apertas Ponti ſunt ſparſæ regiones. aliæ Cyclades dictæ, quę frequentioribus maribus abluuntur. Maria maiora ſunt, Oceanus & Atlanticūm, quibus Orbis noſtri terminantur anfractus. Sed Occiduarum partium mare per anguſtias oris arctatum, in arctiſsimos ſinus funditur: & rurſus à columnis Herculis refuſum, in immenſam latitudinem panditur, ſæpiusq; coēuntib. terris veluti quibuſdā fretorū ceruicibus *c* procedentibus, & idē rurſus cedentibus terris eſt immenſum. Primùm igitur colūnis nauigantibus *d* dextros latus duob. *e* finibus maximis cingitur, quorū primus duas Syrtes habet: alter imparibus quidē ſinuatur figuris, ſed in maxima diuiſus eſt maria, quorū vnū Gallicū dicitur, alterū Africū quod quidē Ariſtoteles Sardinienſe maluit dicere: tertium Adriaticū pelagus. His iungitur Siculū, & poſt Creticū: & indiſcretis finibus Pamphiliū, Syrium, Aegyptium. Sed ante Aegea, Myrtoa ſunt maria. His ſanè vicinus eſt pōtus, ſinus ampliſsimus maris noſtri, cuius extremus receſſus in Męotin ſeneſcit, & ex Helleſpōti *f* fontib. cōcipitur,

a poſsidēt genera, per quę ſerpūt, erumpunt, &

b neuuli quidam.

Mare.

c premitur,

d dextrum

e finibus.

f fonte

pitur, vestibulumq; eius Propontis vocatur. Ab ortu Solis Oceanus est, Indicum & Persicum mare conferens. Hinc patescũt finitima rubri maris, quæ per angustas longinquasque fauces in Hyrcaniũ & Caspium *a* flectũtur: simul vtraq; profundæ vastitatis esse maria creduntur. Deinde paulatim Scythicum & *b* hybernũ fretum, & rursum mare per quod Gallicũ atq; Gaditanas colũnas circũuectus Oceanus, orbis nostri metas includit. Sed in altera parte orbis iacẽt insularũ aggeres maximarũ. Britãniȩ duȩ, Albion & Ierna, quas suprà diximus esse maiores. Verùm hæ in Celtarũ finibus sitæ sunt. Minores verò vltra Indos, Taprobana, & Phebol, multæq; aliȩ vrbes admodum sparsȩ. Hanc nostrã insulã, id est, hunc terrarum Orbẽ, *c* quam maximã diximus, ornamẽtis suis pingunt, & cõtinuatione vt quibusdã sertis coronãt. At enim huius Terrȩ quã nos colimus latitudo XL. prolixitas LXXM. stadiorũ tenet. Sed in diuisione terrarum Orbis, Asiã & Europã, & cũ *d* his, sicut plures, Africã accipimus. Europa *e* ab Herculis columnis, vsque Ponticũ & Hyrcanum mare ac flumen Tanain fines habet. Asia ab ijsdẽ angustijs Pontici maris, vsq; ad alias angustias quȩ inter Arabicum *f* sinum & interioris ambitũ pelagi iacet, cõstringiturq; Oceani *g* cingulo societate nostri maris. Sed alij alio modo, vt quidã ab exordio Tanais vsq; ad ora Nili Asiȩ terminos metiant̃. Africam verò ab Isthmo rubri maris, vel ab ipsis

a flectuntur simul, vtraq;
b Hiberum
c quãmaximum, vt dix.
Europ.
d his, vel sicut plures præterea Afr.
Asia.
e ad Herculis colũnas vsq;
f finem
g cingulo & soc.
Africa.

ipsis fontibus Nili oriri *a* putant, eiusq; in Gaditanis locis fines esse. Sed ipsam Aegyptũ plerią; Asiæ, plures Africę adiungunt, vt insularũ situs. Sunt qui eã finitimis locis cõprehendunt: & sunt q in alia diuisione eas habẽdas putant. De mari satis dictũ. *b* Terrenę verò ita se habẽt exhalationes, quas duas Physici esse dicunt, tenues & frequẽtes, vixq; visibiles ad superiora mĩnari, & gremio telluris nebularũ agmina halitu amniũ fontiumq; constare, matutinis tẽporibus crassiora. Harũ altera arida est, *c* atq; cõsimilis, q̃ terrenis reluctationib. surgit: altera humida, & *d* egelida. Hanc effluẽtis superioris vaporis natura ad se trahit: & ex hac quidẽ nebulę, rores, pruinę, nubila, *e* hymbres, nix atq; grãdo generatur. De illa superiore, quã diximus siccã, venti, aquę, flãmę, fulmina, atq; alię ignitorũ telorũ gignũtur plurimę species. Nebula constat aut ex ortu nubeculę, aut ex eius reliquijs. Est aũt exhalatio *f* vaporata, humore viduata, aëre crassior, nube subtilior, cui serenitas obolitionẽ infert. Nec aliud est serenitas, quã aër purgatus caligine, & perspicuè sincerus. Ros verò nocturnus humor est, quẽ serenitas tenuiter spargit. Glaciẽ diximus humorẽ, sereno, *g* frigore concretũ. Huic est pruina cõsimilis, si *h* mollicies roris matutinis frigorib9 incanuit. Ergo si aër act9 in nubẽ, nubilũ dẽset, & ea crassitudo aquarũ fœtu grauidat̃, hymber exprimit̃, cũ inter se vrgẽtur nubiũ dẽsitates, totq; diuersitatib. pluuię cadũt, quot modis aër nu-

a putandũ,

b Terreni verò casus ita se habẽt Exhalationes duas

Exhalationes.

c atque fumo con.

d gelida. hãc ex fluentis.

e imbres,

Nebula.

f vaporata & hum.

Serenitas.

Ros.

Glaciem.

g rigore

Pruina.

h mollitia

Hymber.

Pluuiæ.

a nubili / b coagitatur. — *a* nubium conditionibus *b* cogitur. Raritas ẽ-
nim nubiũ stillicidia dispergit: quę concretæ
vehemẽtiùs, effundunt agmina largiora, & eas
c imbres — aquas quas *c* hymbres vocamus. à quibus hoc
Nimbus. — differunt nimbi, quòd pluuia iugis est: nimbus
d repentinus. — aũt quantò *d* repẽtinior est, tantò vehemẽtior:
& quantò improuisior & *e* præcipitatior est,
e præcipitatior: tát. — tantò breuiore casu restringitur. Niues autem
colligi iactatione densarũ nubiũ constat. Nam
Nix. — priusquam in aquã defluant, fractæ ac discissæ
spumas agitationib. suis faciũt, & mox gelatus
humor rigore frigoris inhorrescit. Hæc victis
nubibus crebrior ad terrã venit. Eam tẽpesta-
f Ningoré — tem nos *f Nigrorem* vocamus. Grandinare ve-
Grando. — rò tunc dicis, cùm aqua nubẽ lapidoso ponde-
re & festinante perrũpit: eademq; vi & ad per-
g mollitie, — nicitatem incitat, & cedente aëris *g* molli cura
pręcipitatã indignatione vehementi *h* humana
h humum — verberat. Hęc satis erũt de ijs, quę vdis elemẽ-
tis, aquosisq; contingunt. Verùm alię sunt pas-
siones, qui cum impulsu frigidioris aëris venti
Ventus. — generãtur. Nec enim aliud est, nisi multũ & ve-
hemẽs in vnũ coacti aëris flumẽ. hũc spiritũ di-
i ille etiam nom. — cimus licet Spiritus *i* ille nominet̃, qui anima-
lia omnia extrinsecus vitalia tractus sui vitali
k & — & fœcũda ope vegetat. Siccos *k* etiã superiores
Aura. — Mũdi flatus vẽtos nominamꝰ: auras verò, hu-
midos spiritus. Sed ventorũ binę sunt species.
l halitu — Qui facti è Telluris *l* habitu cõstant, Terrigenę
m Encolpiæ Grecè nom. — nũcupãtur. At illi q̃ excutiuntur è finib. *m* en-
colpię, de recessu nominati. Cõsimiles his ha-
beri

beri oportet eos, qui de fluminibus,lacubus, &*a* stagnis Qui ruptis nubibus per operta cœli manare adsolent, rursumq; in crassam nubiũ speciem conglobantur, vel cùm imber effusus conciet flabra quę *b* Exhedrię Attica cum lingua vocitantur. Nunc nomina exequemur, regionesq; ventorũ. Euros Oriens Boreas Septentrio, Occidẽs Zephyros, Austros Medius dies mittit. Hos quatuor ventos alij plures interfluũt. Nam quamuis Eurus sit ventus Oriẽtis, idẽ tamen Aparctias incipit nominari, cùm eum Oriens *c* æstirus emittit. Apeliotes autẽ vocatur, cùm meridianis ex mõtibus procreatur. Eurius est, quando hyemalis ortus portis emittitur. Zephyrus verò, quem Romana lingua *Fauonium* *d* nominat: cùm de æstiuis occiduis partibus surgit, *e* Iapygis nomine efferri solet. At ille qui prior est æquinoctiali plagæ Notus, & Aquilo, qui VII. stellarum regione generatur, & huic vicinus est Aparctias. Huic propiores *f* ad idem diem medium Thrascias & Argestes sunt, indidem *g* flãtes in omnibus. Austrorum illa est obseruãda diuersitas. Namque cùm de abscõdito polo flatus adueniunt, Notus est. Euronotus, i:le qui inter Notum atque Eurum medius *h* estringit. Ex altero latere Libonotus ex duobus vnum facit. Excursores venti habẽtur, qui directu spiritu pro flabris reciprocis Cecias putatur esse. Equidẽ hiemales habentur, vt Noti, Etesię frequẽtiores sunt ęstate anni: Septentriones ac Zephyri tẽ-

a stagnis, ruptis nubibus per aperta
b Exhydrię Atticorum ling.
c æstiuus emittatur:
d nouit.
e Iapygis cieri nomine solet.
f ad diem med.
g flantes. Austrorum in nominibus illa diuersitas. namq;
h effringit, ex alio

a venti
b profati

pestate veris. Ornithiæ a verni appellantur Aquilonum genus ex aëre b prolati minori nisu, nec iugi perseuerantia spiritus perferentes. Atenim procellosus flatus Catęgis dicitur, quē pręfractū possumus dicere. Vētus, qui superiore cœli parte summissus, inferiora repentinis impulsib. quatiat. Turbo dicitur, qui repētinis flabris prosilit, atq vniuersa perturbat c Vortex ille est, vel (vti dicitur) pinea, cum torquetur humus arida, & ab infimo erigitur ad summū. *Anaphysemata* Græci vocant eos spiritus, qui de fundo vel hiatibus terræ d explosi ad superna maris solent deuenire. Hi cùm maiore vi torti sunt, fit e procella, & à Græcis *prester* nomē accepit. Sed cū tormentū illud ire pergit, densasque & tumidas nubes f pręsagit, coactasq. collidit, fit sonitus, & intonat cœlū, non secus ac si commotum ventis mare cum ingenti fragore vndas littoribus g illidat. Fauorinus, non ignobilis sapiens, hæc de ventis refert. Quatuor Mundi plagas imparem numerū habere ventorum, eo quòd Ortus & Occasus mutentur terna vice cū Solis accessu, meridies & arctos ijsdem semper regionibus sunt notatę. Ortus quippe accepimus, Aequinoctialē, Solstitialē, Brumalē, quibus occasus redduntur eadē interuallorū ratione h cōuersi. Eurus ęquinoctialis i Orientis est, nec inuenustè nominis eius fictus est, quasi ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων. Idē ἀφηλιώτης à Gręcis *Subsolanus* à nostris solet dici. Sed q ab ęstiua & Solstitiali foriētis imeta venit, βορέας Gręcè,

Turbo.
Vortex.
c Vertex

d expelli ad superna matris solent.
Procella.
e procella terrestris & f presse agit. *al* præsagit, g impingat. At Fau-

h couersa. Eurus igitur
i Orientis
e k ventus nec

tè, Latinè Aquilo nominatur. Hinc αἰθρηγενέτην, quòd si aliàs serenus, Homerus ait. Boreâ verò ἀπὸ τῆς βοῆς, quòd non sine clamore soleat intonare. Tertium ventum qui ab Oriẽte hyberno venit, Græci ἀφηλιώτην vocãt. Item occidui sunt, Caurus qui Græcè ἀργέστης vocatur, is est aduersus Aquiloni: item Fauonius, Græcè ζέφυρος, Euro contrarius. Tertius Africus, id est λίψ, Vulturno reflat. Meridies verò quoniam eadẽ semper regione signatur, vno Austro id est νότῳ flatur Septẽtrio itẽ vno, vt is Septentrionis habet cognomentũ, q tamẽ Græca lingua ἀπαρκτίας dictus est. Horũ nomina plerique commutant de loco vel similitudine aliqua: vt Galli *Circiũ*, à turbine eius & vertice: Apuli *a Iapygẽ*, ex Iapyge sinu: id est, ex ipso Gargano veniẽtem. Hunc Caurũ esse, manifestũ est. nam & ex occiduo venit, & Vergilius eius sic meminit. a Iapyga,

Illum inter cædes pallentem morte futurà,
Fecerat ignipotens vndis & Iapyge ferri.

Est etiam Cęcias ventus quem Aristoteles ad se trahere nubes ait & est adagium de eo tale:

b κακὰ ἐφ' αὑτὸν ἕλκων, ὡς ὁ καικίας νέφος. b κακ' ἐφ' ἑαυ.

Sunt Etesiæ, & Prodromi spirantes ex omni parte, eo tempore ęstatis quo Canis oritur. Cato autem *c* in Originibus non Circiũ, sed Cercium dicit. c in libris Originum Is ventus Cercius, cum loquare, buccã implet armã ũ hominẽ, plaustrũ oneratum percellit. Nunc de nubium *d* præsagijs referam. d prestigijs Quando illa perfracta nubecula patefecerit cœlum ignescunt penetrabiles spiritus, emicatque lux clara, hoc dicitur coruscare: &

ordine quidem prius tonare oportet, postea
Coruscare. corufcare. Quippe vbi nubes adflictu ignem,
a ignifera vt a ferro faxa attrita inter fe dant, obtutus velocius illuftriora contingit: auditus dum ad aureis venit, feriore fenfu concipitur: ita & prius corufcare cœlum creditur, & mox tonare. Tũ
b clarifcantes quia ignes pernicitate fui b corufcantes dicto citiùs noftræ vifioni c occurrunt, fonus verò
c cõuibrãt; d verberati aëris ferius indicio fentitur. Flam-
Fulmen. ma verò illa, quam nubium ad flictus excufsit,
d verberatoaëre, hoc eft, alterius ind. fi robuftiore fuerit incendio impetu deuehitur in terras, & fulminis habet nomen, atque formidinem. Prefteras verò nominamus, cùm
Presteres. flammarum in illis minus fuerit. Sed fi igni-
Typhon. tum nõ fuerit fulmen, Typhon vocatur. Scep-
Sceptos. tos generale omnibus quæ de nubibus cadũt, nomen eft. Atque vt breuiter comprehendam cuncta generis eiufdem, eorum quæ eiufmodi
e fummis præftigias e noftris inferunt oculis, alia funt quæ fpeciem tantũ fpectaculi pariunt, alia quæ
Iris. nihil ab eo quod oftenderũt mentiuntur. Fal-
f imagine Irides & Arc. lunt f imaginem iris & arcus & talia: verè vidẽtur Cometæ, Fulgores, & fimilia pleraq;. Irin vulgo arcum effe aiunt, quando imago Solis vel Lunę humidam & cauã nubem, denfamq; ad inftar fpeculi colorat, & medietatem orbis
Rhabdos. eius fecat. Rhabdos aũt generis eiufdẽ, ad virgæ rigorem per longũ colorata nubecula dici-
Halysis. tur. Halyfis eft cathena quędã luminis clarioris, per Solis ambitũ in fe reuertens. Inter hãc
g multicolora. & Irida illud intereft, quòd Iris g multicolor eft,

est & semicirculo figurata, procul à Sole atque Luna. Cathena clarior est, astrumq; ambit orbe incolumi, corona nõ discolore. *Selas* autem Greci vocant, incensi aëris lucem. Horum pleraq. iaculari credas, alia labi, stare alia. Iaculatio igitur tunc fieri putatur cum meatu *a* aëris impulsi generatus ignis, celeritatem sui cursumq; rapidæ festinationis ostendit. Statiua lux est, quam Sterigmon illi vocant, sine cursu iugi, sed prolixa *b* lux stellæq; fluor, ignitusq; liquor. Quicunq; latius panditur, Cometes vocatur Sed plerunq; luces istæ repentinò orte, statim occidunt: & item vt se ostenderint, aliquantisper manent. *c* Genera quas Græci *Faces*, & *Docidas*, & *Pithos*, & *Bothynos*, ad eorum similitudinem vnde dicta sunt *d* nominant. Rarò de Septentrione vel Meridie videas: nihil horum *e* quippe. sed nõ aquarum modò tellus in se fontes habet, verùm spiritu & igni fœcunda est. Nam *f* quidã sub terra occulti sunt spiritus, & flantes incendia indidẽ suspirant: vt Lipare, vt Aetna, vt Vesuuius etiã noster solet. Illi etiã ignes qui terre secretarijs continentur, pretereuntes aquas vaporãt, & *g* produnt longinquitatẽ flamme, cùm tepidiores aquas reddunt; viciniam, cùm feruentiores opposito incendio aque vruntur. vt Phlegethontis amnis, quem poëtæ *h* sciunt in fabulis inferorum. At enim illos quis non admirandos spiritus arbitretur, cum ex his animaduertat accidere,

qqq 3 vt

Selas.

a aëris atq; impulsu

b lux stellæ qua efflueret ignitus liquor; qui cùm latiùs quatitur, Com.

Sterigmon.

Cometes.

c Sũt & alia eiusmodi imaginũ genera, quas *d* nominãt, & quidem vespertina sunt notiora, paria de Septẽbr.

e quippe loci vel temporis in nascendo idẽ potuit obtingere. De Aëre tantũ habuimus quod diceremus. Sed *f* quibusdã subter occ.

g producunt. longinquitate enim flãmæ tepidiores aquas reddunt, vicina feruentiores. *h* patescunt in

vt eorum religione lymphantes, alij sine cibo potuq. sint, parr verò presagijs estantes furura, quod in oraculis delphicis, caterisq; est. Vidi & ipse apud *a* Hieropol nPhrygię nō adeò ardui montis vicinū *b* latus hiatu referatū, & tenuis neq; editæ marginis ambitu circūdatum: seu illa (vt poëtę volunt) Ditis spiracula dicēda sunt. seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est. Proxima queq; *c* animalis, & in aluū p ona atq; proiecta venenati spiritus cōtagione corripiunt, & vertice circumacta interimūt. Antistites deniq. ipsos semiuiuos *d* esse qui audeant ꝓpiùs accedere, ad *e* supernassee per sua ora tollētes, adeò illis *f* cognita vis mali & inferiora aëris noxia crassitate dens. est: inferiores *g* quoq; adire & percellere. c Atq; sępe accidit, vt flatum spiritus per terrę cōcauas partes: errantes continerēt solida terrarū: sæpius vt spiritus crescente violentia, & insinuante se telluris angustijs, nec inueniētes exitū terram moueren. Horum mortuum tam varia nomina q̃ diuersi. Namq; *k* qui lateribus ꝓxima quęque iactantes, & acutis angulis mobiles, *Epedutæ* Gręcè appellātur. Sed qui subsiliūt, excutiētes onera, & *l* recuperātes, Brastę vocātur. Illi qui abstrudere videtur, quorū impulsu dissilit tellus, Rhectę *m* nominari. His passiooibus contingit, vt quę 'á terrę expirent halitus, aliæ vomāt s. xa, nonnullæ *n* cauum. sunt que fontes pariunt insolentibus locis, peregrinorum fluminū sulcantes vias. *o* Isti sunt motus, quibꝰ solū quatitur,

a Hierapolim
b latus natiui oris hiatu esset refer.
c animalia,
d esse aiunt
e superna semper sua
f cognita est
g quoq; facilius adire atq;
h Sæpè accidit vt natiui
i errantes concuterēt
k obliquis lat.
l recuperātes directis angulis mobiles Brast.
m sunt nominati.
n cenum.
o Ostа

quatitur. Palmatiæ verò appellantur, quorum pauitatione illa quę trepidát, sine inclinationis periculo nutát, cùm directi tñ rigoris statũ retineát. *a* Micetias vocatur tetri odoris inquietudo terrena. Audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expressus cùm spiritus inualidus ad terrã mouendã per aperta telluris inuentis itineribus progreditur. His talibus marina sunt paria, cum fluctuũ *b* cõcurrentium mole, nunc progressibus litora, nũc recursibus sinus *c* cœli quatiuntur. Sentitur etiam cœli marisq; cognatio, cum menstruis cursibus Lunæ *d* decrementa, & accessũs fretorum atq; æstuũ deprehendũtur. Verùm enimuerò, vt quatenus possum de vniuersitate quod sentio, breuiter absoluã. Elementorũ inter se tanta *e* discordia est: id est, aëris, maris atque terrę, vt admirari minùs deceat, si illis eadem incommoda soleant, atq secunda contingere, particulatim quidem rebus ortus atq; obitus afferentes, vniuersitatem verò fine atq; initio vindicãtes. Et quibusdam mirũ videri solet, quòd cùm ex diuersis atq; inter se pugnantibus elementis Mundi natura conflata sit, aridis atq. fluxis, glacialibus & ignitis, tanto rerum diuortio nondũ sit eius mortalitas dissoluta. Quibus illud simile satisfaciet, cùm in vrbe ex diuersis & cõtrarijs corporata rerum inæqualium multitudo concordat. Sunt enim pariter *f* diuites & egẽtes, adolescentum ętas permixta senioribus, ignaui cũ fortioribus, pessimi cum optimis congregati.

Palmatiæ.
a Myctias
b currentiũ
c cæli
d detrimẽta,
Elementorũ concordia discors.
e cõcordia
f dites

aut profectò quod res est fateantur, hanc esse ciuilis rationis admirãdam temperantiã, cùm quidem de *a* plurimis vna sit facta, & similis sui tota, cùm dissimilia membra sint, receptrixq; sit naturarum ad diuersa tendentium, & fortunarum per varios fines exitusq; pergentium: &, vt res est, contrariorum per se natura flectitur, & ex dissonis fit vnus idemq; consensus. sic *b* mas & fœmina secũ iungũtur, ac diuersus vtriusq; sexus ex dissimilibus simile animal facit: artesq; ipsę naturã imitantes, ex imparibus paria faciunt. Picturia ex discordibus pigmentorũ coloribus, atris, albis, luteis & puniceis, confusione modica tẽperatis, imagines his quę imitatur similes facit. *c* Ipsaq; Musica, quę de longis & breuibus acutis & grauioribus sonis constat, tã diuersis & dissonis vocibus harmoniã consonã reddit. Grammaticorũ artes *d* vnde quæso? cùm ex diuersis collectę sint literis? ex quibus aliæ *e* sint insonæ, semisonantes aliæ, pars *f* sonantes, tamen mutuis se auxilijs adiuuãtes syllabas pariunt, & de syllabis voces. Hoc Heraclitus sententiarum nobilis auctor ad hunc modum est prosecutus, συνάψειας ὅλα καὶ οὐχὶ ὅλα, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον καὶ διᾷδον καὶ ἐκ πάντων ἕν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Sic totius Mundi *g* sua instantia, initiorum inter se impares conuentus, *h* pari, non discordante consensu, natura veluti Musicam temperauit. Namq; *i* liquidis arida, & glacialibus flãmida, velocibus pigra, directis obliqua confudit,

a pluribus
b mare & fœmineum secus iung.
c Ipsa etiã Mus.
d vide quæso quàm ex
e sunt
f sonantes; hæ tamen
g suorũ instantia in.
h pari nec
i vuidis.

fudit,vnumq; ex omnibus, & ex vno omnia, iuxta Heraclitum, constituit: terramq; mare atq; cœlum Solis orbe, & Lunæ globo,cæterisq; orientium & conditorum siderũ facibus ornauit,vna illa parte mixta quam quidem cũctis constat implicatam,dum confusa, dum libera elemẽtorum substantia,ignis,aquę,aëris, terræ: ex quibus huius sphæræ conuexa, & disparibus qualitatibus naturę conflata adacta est fateri *a* concordia, & ex ea salutem operi machinata.Principiorum igitur consensus sibi concordiam peperit perseuerãtiam verò amicitiæ inter se elementis dedit specierũ ipsarum æqua partitio dum in nullo alia ab alia vincitur,modo vel *b* potestate æqualis. Quippe omnium diuersitas,grauissimorum, leuissimorum,feruentium,frigidorum, docente ratione naturæ,diuersis licet rebus æqualitatem *c* differre concordiã,omnia parentis mũdi amœnitatẽ æternitatemq; reperisse.Quid enim Mundo prçstantius? Lauda quã putes speciẽ portio à te laudabitur Mundi? admirare quam voles tẽperantiã,ordinationẽ,figuram:hic &per hũc illud quodcunq; est,inuenietur esse laudandũ. Nam quid,oro te,ornatum atq; ordinatũ videri potest,quod nõ ab ipsius exemplo imitatura sit ratio? Vnde κόσμος Græcè nomẽ accepit. Euntibus Sole atq; Luna,cçteraq; luce sidereâ per easdem vias, custoditis temporũ vicibus, nec vllius *d* erroris interiectione confusis, digeruntur tempora,& rursus incipiunt. *e* Atque

a concordiam.
b potestate Aequalis quippe
c deferre
κόσμος.
d temporis
e Quã pulchræ & fœcundę hor.

pulchrè & fœcundè horæ procreantur, nunc æstiuos vapores reuoluentes, nunc pruinas hyemis circunferentes. Dierũ etiã noctiumq; curriculis ordiuntur mẽses, texunt annos, anni seriem conficiunt seculorũ. Et quidem hic Mundus magnitudine immensus, cursibus rapidus, splendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate iuuenili. Hic causa animalium natantiũ atq; terrestrium, *a* pẽnigerorũ, cunctorumq; distinxit genera, in species separauit, fixitq; leges viuendi atque moriendi. Ex hoc animãtia *b* vitalis spiritus dicũt, illis statutis cursibus temporũ euẽtus, q admirationi esse solẽt, cùm vel inter se ventorum prælia cientur, vel disiectis nubibus *c* fulmina, cœlum & tempestates inter se serenæ, hybernæque confligunt, micant ignes, *d* inde rumpuntur, & rursus placatis omnibus amœna letìcia Mundi refseratur. Videas & viridantibus comis cæsariatam esse terram, & scatebris fontium manantẽ, & aquarum *e* agmina concipientem, parientẽ atq; educantẽ, nec occasibus fatigari, nec seculis debilitari excussam, erumpentibus semper tam pigris quàm mouentibus fœtibus, aquarũ sæpe alluuionibus mersam, flammarum per partes voracitate consumptam: quæ tamen illi cùm regionaliter videantur esse pestifera, ad omnem salutaria sunt, & ad redintegrationem eius valent. & cùm mouetur, profectò spirat illos spiritus: quibus clausis, & effugia quærentibus, mouebatur. *f* Hymbribus etiam made-

a pennigerorumque cunctorum distinxit genera spec.
b vitales spiritus ducũt. Et hoc illi statis curs.
c fulminat cœl.
d imbres
e agminib⁹ concientẽ,
f Imbribus

madefacta, nō so'ùm ad educādos fœtus suos c pimatur, verùm etiā pestifera cōtagione ,p- luitur. Flabris aūt sp'rantium aurarū grauiores, & minus puri aëris spiritus differūtur, atq; pur- gantur Tepores frigus glaciale mitificant. & brumalis *a* austeritas terrestriū viscarū venas remittit: & pars gignentium, alia *b* adolescen- tium, cætera occidentium vices sustinēt & sors nascentium, obitorum loco pullulat, & occi- dentium numerus nascentibus locum pandit. Restat, quòd caput est sermonis huius, vt su- per Mundi rectore verba faciamus. Indigens quippe videbitur oratio de Mundo disputāti- bus, vt etsi minus curiosè, at quomodo pos- simus, differamus. De rectore quippe omniū non, vt ait ille, silere melius est, sed vel parum *c* dicere, vetus opinio est. Atq; in cogitationes omniū hominū penitus *d* insidit. Deū esse, ori- ginis *e* non habere auctorē: deumq; esse salutē & perseuerantiā earum, quas eff cerit, rerum. Neq; vlla res est tam præstantibus viribus, quę viduata Dei auxilio, sui natura cōtenta sit. Hāc opinionem vates secuti, profiteri ausi sunt, o- mnia Ioue *f* plena: cuius pręsentiā non iam co- gitatio sola, sed ocul', & aures, & sensibilis sub- stantia cōprehendit: ad hęc composita est po- testati Dei conueniens oratio. Sospitator qui- dem *g* ille genitor est omnium, qui ad cōplen- dum Mundū nati, factiq; sunt. non tñ, vt corpo- rei laboris officio orbē istū manibus suis instru xerit, sed qui quadam infatigabili prouidētia, &

a austros fa- uonius, ac terræ terre striumque *b* adulesc.

De Deo

c dicere. Vetus opi- nio est, atq; *d* insedit, *e* haberi auctorē, De umq; ipsū salutem es- se & *f* plena es- se, cu.

g ille & gen.

a posita cuncta
b arcibus habere sol.
c carpere:
d modo, indulgentiarum.
e & ad vlt.
f Quoniam rectius & honestius fit
g &
h vna eademq; ratione, & per
i ne
k leuioris. Nihil enim possint æquius facere dom.

& procul a posita, cuncta contingat, & maxi mis interuallis disiûcta côplectatur, nec ambi gitur, eum prętantẽ, aq; sublimem sedem ten re, & poëtarû laudibus nomen eius consulun ac regum nuncupationibus prędicari, & in ar duis b arcibus solium consecratû. Deniq; pro piores quosq; de potestate eius amplius trahe re: corpora cœlestia illa quâtò finitima sunt e tantò amplius de Deo c capere multoq; minu quæ ab illis sunt secunda, & ad hæcusq; terre na pro interuallorû d modo indulgentiam De ad nos vsq, beneficiaq; peruenire. Sed cûr credamus Deum per omnia permeare, & a nos, e & vltra potestatem sui nominis tendere quantum abest, vel imminet, tantû existimar dum est eum amplius minúsue rebus vtilitat dare: f quam rem rectius est atq; honestius fi arbitrari summá illá potestaté, sacratá cœli pe netralibus, & illis qui longisimè separantu g est proximis h vna & eadé ratione per se & alios opem salutis afferre, neq; penetrante atq; adeuntem specialiter singula, nec indece rè attrectantem cominus cuncta. Talis quipp humilitas deiectI est, & minus sublimis offic i nec cum homine quidé conuenit qui sit pau lulum conscientiæ celsioris. Militiæ princip & cur ę proceres, & vrbiû ac domorum rect res, dico nunquâ cômissuros esse, vt id suis m nibus factû velint, quod sit curæ leuioris, k f scioris quoq; posint nihil obsequijs facere d minorum imperia, ministeria seruulorui

Exen

a Exemplum quale sit istud intellige. Cambyses, & Xerses, & Darius, potentissimi reges fuerunt: horum præpotentia quam ex opibus collegerát, lenocinijs vitæ effecerat b celsioris, cùm eorum alter apud Susam & Ecbatanas, vt in fano quodá sacratus, nulli temerè noticiá moris sui panderet: sed circunseptus admirabili regia, cuius tecta fulgerent, eboris niue, argẽti luce, flammis ex auro vel electri claritate. c Lumina verò alia præ alijs erant. Interiores fores, exteriores ianuę d imminebant, portæq; ferratæ & muri adamantina firmitate. Ante fores viri fortes, stipatoresq; regalium laterum, tutela peruigili, custodiam per vices fortiũ sustinebant. Erant inter e eos diuisa officia. in comitatu regio armigeri quidam, at extrinsecus singuli custodes locorum erant, & ianitores, & atriẽses. Sed inter eos aures regię & imperatoris oculi quidam homines vocabátur, per quæ officiorum genera rex ille ab hominibus deus esse credebatur: cùm omnia quęcũq; ibi f gererẽtur, ille g Otacustarũ h delatione discebat. Dispẽsatores pecunię, quęstores vectigaliũ, tribunos ęrarios habebat. Alios & alios pręfecerat cęteris vrbibus. Alij venatibus agẽdis prouinciá nacti, pars i domibus & muneribus pręfecti putabátur, & cęteri ꝑpetuis magnisq; curis, k obseruatione singularũ rerũ appositi erát: sed omne l Atticũ regnũ ab occidente Hellespontus terminabat, ob ortu gens inchoabat Indorum. Duces ac satrapæ vbiq; dispositi, & permixta

a Exemplo vt intelligi possit.

Persarũ regum magnificentia.

b celsiorẽ:

c Limina

d muniebant,

e eos & diuisi

f gererentur,

g prędictorum

h relatione

i donis

k obseruationi

l Asiaticũ

mixta locis omnibus mancipia regalia. Ex
a excursores. numero erant *a* & cursores diurni, atque n
cturni exploratores, & nuncij specularũ inc
sores assidui. Tum horũ per vices incẽssę fa
ex omnibus regni sublimibus locis in vno
imperatori significabāt, quòd erat scito opu
gitur regnũ illud ita cõpóni oportet cũ Mu
b comparantur aula, vt inter se *b* cõparentur summus atq; e
perantissimus diuûm, & homo ignauus
pessimus. Quod si cui viro, vel cuilibet regi
decorũ est per semetipsum procurare om
& perficere, multo magis Deo inconueni
erit. Quare sic putandũ est, eum maximè m
c resideat altissimo: eas statem retinere, si ipse in alto *c* resideat le
eas autem potestates per omnes Mundi par
orbisq; dispenset q̃ sint penes Solem ac Lu
cunctumq; cœlum. Horum enim cura salut
terrenorũ omniũ gubernat. Nec multis ei c
est, nec particeps hominũ conseruatione, c
bus ꝓpter ignauiam appositũ est pluribus
digere. An non eiusmodi cõpendio machi
tores fabricarũ, astutia vnius cõuersionis m
ta & varia pariter administrāt, etiã illi q̃ in
neolis hominũ figuris gestus mouent, qu
filũ mẽbri quod agitari solet traxerint, torq
bitur ceruix, nutabit caput, oculi vibrabũt,
nus ad ministeriũ p̃stò erũt, nec inuenustè
tus videbitur viuere. Haud secus etiã cœle
d sciente potestas, cùm initiũ *d* scientia & salutifera o
e imo ra mouerit, ab *e* vno ad secundũ, & deinceps
f proximũ, *f* tertiũ, & vsq; ad supremum, attactu conti

vim suæ maiestatis insinuat, aliud alio cómouetur, motusq; vnus alteri mouẽdi se originẽ tradit Mũdo equidẽ cõsentiunt, nõ, vna sed diuersa via, & plerumq; cõtraria. Sed prima *a* remissiore admodum data, simpliciq; in chorato principio, impulsib9 mutuis, vt suprà dictũ est, mouentur quidẽ omnia sed ita, vt si quis sphęrã *b* aut quadratũ, & cylindrũ, & alias figuras *c* in procliue simul iaciat, deferẽtur quidẽ omnia, sed nõ eodẽ genere mouebũtur. Nec illud dissimile exemplũ videri oportet, si quis pariter patefacto gremio, animaliũ multitudinẽ simul abire patiatur, volucrum *d* natalitiũ atque terrestriũ. enimuerò ad suum locum quęq; duce natura properabunt: pars aquã *e* repetẽtes, illa inter agros legibus & institutis suis naturali lege aggregabũtur, ibunt per aëris vias prepetes, quibus hæc natura largita est, *f* atq; vno sinu abeundi facultas concessa omnibus *g* fuerit, sic natura Mũdi est cõstituta. Nã cum omne cœlũ simplici circũactu, voluatur, nocte dieq; distinctum, diuersis mensuratũ æqualitatibus separatũ, quamuis vna sphęra omnia concluserit, incrementis tamẽ globi sui, decisioneque luminis mẽstrua tẽpora Luna significat, & cœli spacium Sol annua reuersione collustrat, eiusq; comites amœnus Lucifer, & cõmunis Cyllenius stella. etenim *h* prioribus Mauortiũ sidus circuli sui in biennio cõficit spacia. Iouis clarũ fulgensq;, sexies eadẽ *i* multiplicatis cursibus suis tẽpora, q̃ Saturnus sublimior XXX spacijs

a emissione ad motum
b & *c* per
d nantium
e repetens, illa, inter cicures atque agrestes leg.
f atq; vbi simul. *al.* atq; ab vn.
g fuerat
h Pyrois
i multiplicat.

ſpacijs annorũ circumerrat. Verùm inter h
vna Mundi conuerſio, vnusq́; reuerſionis
orbis,& vnus concentus, atq; vnus ſtellar
chorus,ex diuerſis occaſibus ortibusq́; hoc
namento,& vt monile rectiſsime κόσμος Gr
a choris, lingua ſignificat. At enim vt in *a* choreis, c
dux carminis hymno præcinit, concinenti
vulgus virorũ & fœminarũ mixtis grauib.&
cutis clamoribus vnã harmoniã reſonãt:ſic
uina mens mũdanas varietates,ad inſtar vn
b releuat. côcentionis *b* reuelat.Nã cùm cœlũ confix
vaporatis & radiantibus ſtellis inerrãti curſ
ratur,& reciprocis itineribus aſtra cõſurg
c contuens ortu ſuo *al* omnituens ortu ſuo Sol quidẽ *c* omni tuẽti ſuo diem pandit,occ
noctẽ reducit:conditusq́; vel relatus p pla
Mundi quatuor temporũ vices mutat. hinc
peſtiui hymbres & ſpiritus, aut infœcun
hinc alimenta nobis ſuppetunt earum rer
d accedere quas *d* accidere Deus his Mundi partibus
e adoppoſiti luit. His *e* oppoſiti ſunt torrentium curſu
f tumores *f* humores vndarum, emicationesq́ue ſy
rum,frugalis maturitas,fœtus animalium,e
cationes atq; obitus ſingulorũ. Cùm igitur
g animæ omniũ & pater,quẽ tantùmodò *g* mentis c
lis noſtræ cogitationes vidẽt,machinã omn
iugiter per circuitũ ſuis legibus terminatã
h relucentem ſiderib. ſpec. rã ſiderib. & *h* relucentẽ, ſpeciesq́; innum
modò propalàm ſæpe *i* confectas ab vno,v
i cõſectas. prà dixi,principio,agitari iubet, ſimile iſtu
ſe bellicis rebus hinc liceat arbitrari. Nam
tuba bellicum cecinit,milites clãgore ince

alius accingitur gladio, alius clypeum capit, ille lorica se induit, hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit: ille equum temperat, frenis & loris iugales ad concordiam copulat, & protinus vnusquisque competens capessit officium: velites *a* executione adornant, ordines, principes curát, equites *b* ordinibus præsunt, cæteri negocia quæ nacti sunt agitant: cùm interea vnius ducis imperio cunctus exercitus paret, quem rex præfecerit, penes quem est summa rerum. Non aliter diuinarum & humanarum rerum status regitur, quando vno moderamine contenta omnia, pensum sui operis agnoscunt, curatque omnibus occulta, vis nullis oculis obuia, nisi quibus mens suæ lucis aciem intendit. Nec tamen hoc vel illi ad moliendum, vel nobis ad intelligendum obest. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur: & tamen fateantur omnes necesse est, huius opera omnia, quæ per hominem præclara fiunt, prouenire, neque animæ ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea *c* gestorum intelligi qualis & quanta sit. Omne quippe humanæ vitæ præsidium ingenio eius est paratum, cultus agrorum, vsusque frugum, artificum solertia, prouentus artium, *d* commoditas vitæ humanæ. Quid de legibus dicam? quæ ad mansuefaciendos homines inuentæ sunt? quid de ciuilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum *e* non ociosis conuentibus frequentantur, asperitate bellorum & pacata mitigantur quiete? Nisi *f* fortè iniustus rerum æstima-

a executioné adornant, ordinibus princ.

b cornibus

c gestariũ

d cómoditates

e ociosis

f fortè tam iniust.

tor potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat esse viribus *a* exuperantissimum, augustissima specie, immortalis æui genitorem, virtutum *b* ipsam virtutem. Vnde nihil mirum est, si mortales oculi non capiunt aspectum eius, quando diuinorum operum vestigijs sit perspicuus atque manifestus. Cæterùm ea quæ vel cœlo accidere oculis aduertimus, vt aërem fieri ex aqua, Dei etiam illa credenda sunt, cuius tutela Mundi huius & cura est. de quo Empedocles prudenter his verbis sensit: *πάνθ' c ὅσα τ' ἐστὶν ἠδ' ὅσα τ' ἔσται, ὀπίσσω δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες. θῆρές τ' οἰωνοί τε καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.* Phidiam illum, *d* quoniam fictorem probum fuisse tradit memoria, *e* vidi ipse in clypeo Mineruæ quæ arcibus Atheniensibus præsidet oris similitudinem colligasse, ita vt siquis olim artificum voluisset exinde imaginem separare soluta compage, simulachri totius incolumitas interiret. Ad hoc instar Mundi salutem tuetur Deus, apta & reuincta sui numinis potestate. Huius locum quærimus, qui neque infimus est, *f* & terræ contagionibus, neque tamen medius in aëre turbido, verùm in mundano fastigio, quem Græci *τόνδ' οὐρανὸν*, id est, cœlum rectè vocant, vt qui sit altitudinis finis. & ijdem ea ratione eum *ὄλυμπον* nominant, quem ab omni fuscitate ac perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit, vel pruinas & niues sustinet, nec pulsatur ventis nec himbribus cæditur. Hæc enim *g* de Olympo, qui est celsitudinis summæ, poëta his verbis cecinit:

a exuperantissimus,
b ipsamque;
c ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἐστὶν, ἠδ'
d probum quem fict.
e vide
f cum rerum conta.
g nec

οὔλυμπόνδ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἀναδέδρομεν αἴγλη.

Hanc opinionem communis mos, & hominum obſeruationes ſecutæ affirmant, ſuperiora eſſe Deo tradita. Namque habitus orantium ſic eſt, vt manibus extenſis in cœlum precemur. Romanus etiam poëta ſic ſenſit: *Aſpice hoc ſublime candens, quem inuocant omnes Iouem* Vnde illa quæ videntur, ſuntque omnibus præſtantiora, eaſdem ſublimitates regionum tenent aſtra cœleſtia, & Mundi lumina. ac meritò licet illis ordine perpetuò frui, nec diuerſis ea in ſpacijs temporibúsue obſeruantiſsimam legem ſuorum aliquando itinerum *a* metiuntur. Terrena omnia, mutationes & conuerſiones, poſtremò interitus habent. Namque in modicis tremoribus terrarum, diſſoluiſſe humum, & interceptas vrbes cum populis, ſæpe cognouimus. *b* Audiuimus etiam abruptis himbribus prolutas eſſe totas regiones illas *c* enim quæ prius fuerint continentes, hoſpitibus atque aduerſis fluctibus inſulatas: alias deſidia maris pedeſtri acceſſu peruias factas. Quid? qui ventis & procellis ciuitates euerſas eſſe meminerunt? quid? cùm incendia de nubibus emicarunt, cùm Orientis regiones Phaëthontis ruina (vt quidam putant) conflagratæ perierunt. In Occidentis plagis ſcaturigines quædam ac proluuiones eaſdem ſtrages dederunt. ſic ex Ætnæ verticibus quondam effuſis crateribus

a mentiuntur

b Audiuimus

c etiam

Ætnæ crateres.

diuino modo per decliuia currentis, vice flam-
marum flumina cucurrerunt, in quo periculi
vertice egregium pietatis meritum fuiſſe cogno-
uimus. Namque eos qui principio fragoris ter-
riti, ſenſum tamen clementiæ miſericordiæque
retinebant, & grandæuos parentes ereptos
volucri clade ſuis ceruicibus ſuſtinebant: illa
a diſcidio, flammarum fluenta diuino ſeparata a diſſidio,
quaſi duo flumina ex vno fonte manantia, lo-
cum illum ambire maluerunt obſidione in-
nocenti. Inerant boni baiuli, religioſis ſarci-
nis occupati. Poſtremò quod eſt in triremi gu-
bernator, in curru rector, præcentor in choris,
b Lex b dux in vrbe, dux in exercitu, hoc eſt in Mun-
Deus in Mũdo quid. do Deus: niſi quòd cæteris ærumnoſum, & mul-
tiplex, & curarum innumerabilium videtur
eſſe, hoc ipſum, alicuius officij principem fie-
ri. Deo verò nec triſtis, nec oneroſa eſt impe-
rij ſui cura. Namque nobis circumfert & regit
cunctas formas natura, quas diuerſis regionibus
commouens, vt eſt lex ciuitatis ſemel promul-
gata, perpetuis obſeruationum rationibus fi-
c at xa, ipſa quidem immutabilis, c ac eius arbitrio
parentum mentes agitantur, nutúque eius &
dominatione flectuntur, & ſcitis eius magi-
ſtratus, tribunalia, principia, milites frequen-
d decuriones etiã tabunt, recuperatores iudicijs præſidebunt: d de-
quibus curiones, & quibus eſt ius dicendæ ſententiæ,
e inſectãdi ſtudio ad conſenſum publicum commeabunt, & alius
accuſator ad minutiam frumentatum venit, & alijs in
venit; iudicijs dies dicitur. Reus ita purgandi ſe ne-
ceſſitate, vt e ſectandi ſtudio accuſatur. Venit ille
moritu-

moriturus, ad fupplicij locum ducitur : hic ad conuiuij repotia & vefpertinus commeffator aduentat. Sunt & publicarum epularum apparatus, & lectifternia deorum, & dies fefti, ludi fcenici, ludique circenfes. Dijs facrificatur, genijs miniftratur : alius libatione profunditur, aliusque alio fungitur munere, parentque omnes iufsis legum & communis imperij. Videasque illam ciuitatem pariter fpirantem *a* Pancheis odoribus, & *b* grateolentibus cœnis, & refonantem hymnis, & carminibus & canticis: eandem etiam lamentis & ploratibus *c* eiulantem. & ad hunc modum res agi in Mundo æftimemus. Lex illa, vel gens, ad æquitatis tenorem reducenda fit, nulla indigens correctione mutabili. Quippe ficut Mundi vniuerfitas regitur, dum fpeculatur ad omnia rector eius, atque immutabiliter incumbit, fpargiturque vis illa feminibus inclufa per naturas omnium, fpeciesque & genera digefta : fic faciles vitium lapfus, & palmarum ardua, perficorum *d* robur, leuitas mali *e* gignitur : fic & quæ infelicia propter infœcunditatem vocamus, tamen vtilia funt alio pacto. Platani, vt ait Poëta, vmbras potantibus miniftrantes. Acuta pinus, rafiles buxi, odora laurus, cupreffforum odoratius lignum : tandem omnium animalium agreftium & cicurum, pinnatarum & pedeftrium aquatilium natura gignitur, nutritur, abfumitur, parens cœleftibus inftitutis: πᾶν *f* τὸ ἑρπετὸν τὴν γῆν νέμεται, vt Heraclitus ait. Et cùm fit vnus, pluribus nominibus cietur propter fpecierum multitudinem,

a Panchęis *b* graueolentibus *c* eiulantem. Ad

d rubor, *e* gignitur dulcitas fici, &

f γὰρ

Dei nomina. tudinem, quarum diuersitate fit multiformis, & à *a* iuuandis suis Iupiter dicitur: quem ζῆνα Græci, quòd vitæ nostræ auctor sit, rectissimè *b* appellant: fulgurator, & tonitrualis, & fulminator, & iam imbricitor, & item dicitur serenator, & plures eum frugiferum vocant, multi vrbis custodem, alij hospitalem, Amicalemque: & omnium officiorum nominibus *c* appellantes, & multo plura eiusmodi apud aruspices; & Romanos veteres *d* inuenies. Orpheus verò hanc effari potestatem volens, his de eo verbis canit:

a iuuando Iup.

b appellãt [Saturnũ etiam illi χρόνον quasi χρόνον, quemdam inceptum ab origine, interminũ ad finem. Tempus appellant.] Fulg.

c appellãtes [militaris, & triumphator, & propagator, tropæophorus] & *d* inueneris.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος.
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντου ῥίζα, Ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεὺς ἀρχὸς ἁπάντων, ἀρχικέραυνος.
πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φάος ἐς πολυγηθὲς
ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

e *Iuppiter omnipotens est primus, & vltimus idem.*
Iuppiter f *est caput &* g *medium, Iouis omnia munus.*
Iuppiter est h *fundamentum humi, ac stellantis Olymp*
Iuppiter & mas est, i *& nescia fœmina mortis.*
Spiritus est cunctis, k *validi vis Iuppiter ignis.*
l *Et pelagi radix. Sol Luna est Iuppiter ipse.*
m *Omnipotens rex est,* n *rei omnis Iuppiter ortus.*
o *Nam simul occuluit, rursum extulit omnia leto,*
p *Corde suo è sacro, consultor lumine, rebus.*

Fatum autem, quod Græci εἱμαρμένην, q tract quodat

e *Primus cũctorũ est, & Iuppiter vlt.* f *&* g *mediũ est. Sunt ex Ioue cuncta.* h *terra basis, &* i *estq; idẽ nympha perennis.* k *validusq; est Iupp.* l *Iuppiter est pelagi radix; est Lunaq; Solq;.* m *Cunctorum.* n *princepsq; & originis auctor.* o *Namq; sinu occultans, dulces in luminis aur* p *Cuncta velis, sacro versans sub pectore curas.* q à tract.

quodam inuicem causarum se continentium, volunt dici decretum: idem πεπρωμένην dicunt, quód omnia in hoc statu rerum definita sint, nec sit in hoc Mundo aliquid interminatum. Idē fatum μοῖραν vocant, quód ex partibus constet. hinc νέμεσιν, quód vnicuique attributio sua sit *a* ascripta, ac pacti eadem rerum ineffugibilis necessitas vltionis. Sed tria fata sunt, numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem. Et, quód torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spacia, & quod nondum *b* collo tractum est, subactumque cura digitorum, id futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Hæc illis conditio ex nominū eorundem proprietate contingit, vt sit Atropos præteriti temporis fatum: Lachesis à fine cognominata, quod etiā illis quæ futura sunt, finem suū Deus dederit: Clotho præsentis temporis habet curam, vt ipsis actionibus suadeat, ne cura solers rebus omnibus desit. Deum verò ire per omnes terras, non frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis hæc verba: Deus namque, inquit, sicut & vera continet ratio, principia, fines, & media rerum omnium penetrat, atque illustrando *c* cursu volucri superfertur. Eumdem Deum vltrix necessitas semper & vbique comitatur, eorum qui à sacra lege discesserint. Vindex futura: quam faciet ille mitificam, qui statim à tenero & ipsis incunabulis intellexit, & extimuit, eiq; se totum dedit atque permisit.

a adscripta. Adrastea eadē, quasi ineff.

b ex coll.

c curru

L. APVLEII PLATONICI DE
MEDICAMINIBVS HERBARVM Liber.

L. APVLEIVS PLATONICVS Madaurensis ciuibus suis Salutem.



X pluribus paucas herbarum vires, & curationes corporis ad fidem veritatis monumentis publicis tradidi, & succinctius constrinxi, ob stupiditatem verbosam professionis. Et dicemus, medicorum omnes fermè res vendicationes potiùs esse quàm curas. Hos etiam homines inertia plerunque & imperitia enixos; certè lucripetas veros nuncupari, qui etiam à motuis mercedes expetunt per occasionē, & faciunt reditus dum tempus curationum extrahunt, puto quia sauiores ipsis morbis existunt. Proponamus ergo remediorum titulos, quos vel nunc maximè tempus conducit, vt ciuibus meis, socijs quidem & peregrinis, quibus vexatio acciderit aliqua corporalis, nostra literata scientia, inuitis etiam Medicis, profuisse videatur.

NOMI-

NOMINA ET VIRTVTES HERBAE ARNOGLOSSAE,
Caput I.



GRAECI *Arnoglosson*, ijdem *arnion*, ijdem *probation*, ijdem *cynoglosson*, ijdem *heptapleuron*, ijdem *heptaneuron*, ijdem *polyneuron*, ijdem *thyrsion*: Prophetæ verò *vran ichneumonos*: Ægyptij *aschat*: Galli *tarbidolopion*: Hispani *thesarican*: Daci *simpeax*: Punici *artiercon* vocant: Latini *plantaginem latam*, ijdem *plantaginem maiorem*, ijdem *septeneruam*. Nascitur paludibus plurimum, & pratis. Arnoglossa, quę & heptapleuros, nomen sumpsit à similitudine agninæ linguæ. Nam Græci ἄρνον agnum vocant, γλῶσσαν linguam. Rursum, quòd sæpe adnata habeat germina in longitudine septem lateribus similia, Græci *heptapleuron* vocauerunt. Sed sunt eius species duæ. Nam quæ heptapleuros appellatur, est maior forma, & folijs ornatioribus, & latioribus, & neruosis. Nascitur in vallibus atque hortis, nec non & paludibus plurimum, & in pratis. Estque magis constrictiua. Arnogloſſon.

Alia verò minor atque nigrior, lenior & tenuior, nascitur in cartharijs locis, sed in vsum variè adhibetur.

CVRA 1. *Ad capitis dolorem.*

Herbæ plantaginis radix in collo suspensa, capitis dolorem mirificè tollit.

2 *Ad ventris dolorem.*

Herbæ plantaginis succus tepefactus, fomentando ventris dolorem tollit. Et si tumores fuerint, tusa herba, & imposita, tollit tumorem.

3 *Ad interiorum dolorem.*

Herbæ plantaginis succus potui datus, & interiora sanat, & thoracem hominis purgat mirificè.

4 *Ad dysentericos.*

Herbæ plantaginis folia minutatim cõscisa cũ lenticula decoques, & dabis vt comedat, statim stringet ventrem.

5 *Ad eum qui purulenta excreat cum sanguine.*

Herbæ plantaginis succum dabis bibere, & sanabitur.

6 *Ad vulnera.*

Herbæ plantaginis semen tusum, & in puluerem redactum, & in vulnera aspersum, sanabit ipsa vulnera. Et loca ea quæ à nimio calore vruntur, ipsa tusa & imposita refrigerat & persanat.

7 *Ad morsum serpentis.*

Herba plantago trita ex vino sumpta, commodo erit.

8 *Ad scorpionis ictum.*

Plantaginis radix alligata, mirè prodesse creditur.

9 *Ad ventrem stringendum.*

Herba plantago ex aceto cocta, vel mero, bibatur mensura cyathi vnius.

10 *Ad lumbricos.*

Herbam plantaginis contundes, & succi eius cochlearium vel ligulam dabis bibere. Ipsam quoque herbam tusam vmbilico imponito.

11 *Si qua duritia fuerit in corpore.*

Herba plantago pisata cum axungia, sine sale, & factum quasi malagma, imponis id duritiæ, & discutit.

12 *Ad quartanas.*

Herbæ plantaginis succum in aqua mulsa ante duas horas accessionis potui dato, & miraberis effectum.

13 *Ad podagram & omnem neruorum dolorem & tumorem.*

Herbæ plantaginis folia contusa vel pisata cum modico sale, & imposita, optimè facere certum est.

14 *Ad tertianas.*

Herbæ plantaginis radices tres conterito, & sub accessionem cum vino aut aqua calida ieiuno da, bibat.

15 *Ad secundas.*

Plantaginis semen contritum, & potui datum, prodesse creditur.

16 *Ad vulnera recentia.*

Herbam plantaginis contritam, cum axungia vetere sine sale impones: mirificè sanabis.

17 Si

17 *Si cui pedes tument ex itinere.*

Plantago contusa cum aceto, imposita tumorem tollit.

18 *Si cui vlcus secus oculum vel nares natum fuerit.*

Herbæ plantaginis contusæ succo expresso lanam mollem madefactam, imponat per dies nouem, & sanus fiet.

19 *Ad dysentericos vel torminosos.*

a pura lente Herbæ plantaginis semen tritum pro a polenta in vino calido da bibat, & sanus efficietur.

20 *Ad paratidas.*

Plantago cum axungia vetere pisata & imposita, sanat.

21 *Ad vlcera oris.*

Herbæ plantaginis succum in ore detineat, vel folia eius cocta, & radix eius in ore commanducetur.

22 *Ad fistulas sanandas.*

Herbæ plantaginis succum è folijs tollas, infundatur fistulis, & immittatur, facilimè medetur eisdem.

23 *Ad morsum rabidi canis.*

Herba plantago contusa & imposita, facilimè sanat.

24 *Ad omnes vesicæ difficultates.*

Herbæ plantaginis folia vel radices potatæ ex passo, fortiter medentur.

DE

DE PENTAPHYLLO.
Cap. II.

GRæci *pentaphyllon*, alij *pentapetes*, alij *pentagonon*, alij *pentadactylon*, alij *pentatomon*, alij *pseudoselinon*, alij *callipetalon*, alij *xylolothon*, alij *asphaltion*, alij *pentacanon*, alij *thymatitin*: Prophetæ *ibyos onycha*, alij *pteron ibyon*, alij *hermudactylon*, alij *hermubotanen*: Ægyptij *orphitebeocen*, alij *theonestron*, alij *æthotron*: Galli *pompedulon*: Daci *proedula*. alij *drocila*: Itali *quinque folium*, alij *manum Mari*. Nascitur locis pratensibus & cultis, ac in vndis, ustu aspero, tactu molli, ramis longitudine bi-almis, tenuibus, in quibus semina, & folia quæ entham referunt, singulis sæpiùs quina, serra-n scissa, flore pallido; radice longa & rubra. ·ges eam mense Augusto.

1 *Ad vitia artuum si percussi fuerint.*

Herba quinquefolium tusa cum axungia vete- sine sale, & imposita sanabit.

2 *Ad ventris dolorem.*

Quinquefolij succum dabis bibere cochlearia), sine mora dolorem tollit.

3 *Ad vitia oris, linguæ & gutturis.*

Ierba quinquefolium cum radice sua decocta qua, & ore detenta, mirificè sanat: etiam vbi es, tolles, & arteria purgat.

4. *Ad capitis dolorem.*

erba quinquefolium circumscripta ter, & o medio & pollice sublata, contria & capiti illita

illita, efficaciter ſanat: peracto remedio, loco puro reponi conuenit.

5 *Ad ſanguinem de naribus fluentem.*

Herba quinquefolium potata, vel illita, reſtringit mirè.

6 *Ad anginam remedium.*

Herbæ quinquefolij ſuccus cyathis tribus potui detur.

7 *Ad morſum ſerpentis.*

Herba quinquefolium contrita, potui ſi datur cum vino, mirè remediatur.

8 *Ad ambuſtum.*

Herbam quinquefolium potatam prodeſſe, autores plures affirmant.

9 *Ad cancrum exiccandum.*

Herbam quinquefolium cum vino & cum adipe ſuilla vetere, ſine ſale piſatam de ligno in lignum, vino ſanè veteri aſperges, & ſic impones, rem vnicam experieris.

10 *Ad herpetes & chœradas & omnes duritias.*

Herba quinquefolium aceto decocta, & trita, & corpori impoſita, herpetas & chœradas & omnes duricias mirificè ſanat.

11 *Ad pedum dolorem.*

Herbam quinquefolium trita & cum oleo mixta pedes perunges, tertio die tollit pedum dolorem.

DE

DE HIERASBOTANE. Cap. III.

Græci *Hieranbotanen*, ijdem *peristereona hypa*
tion, ijdem *dios elacaten*, ijdem *panchromon*,
ijdem *colletin*, ijdem *aristereon*, ijdem *cy*
, ijdē *demetrian*: Asclepios *alceam*: Ægyptij
nemphiham: Prophetæ *erysisceptron*, alij *heras*
: Latini *verbenacam*, ijdem *liciniam*, ijdem
em, ijdem *columbinam supinam*, ijdem *mili*
dem *vertipedium*, ijdem *cristam gallinaceam*.
ursum *trigonon*, ijdem *chamælygon*, ijdem
ijdem *curitin*, ijdem *phersephonion*. Nasci-
ue in planis & aquosis locis, folijs sub-
& velut incisis, radice simplici atque
virtute redarguenti, quam *stypticen* vo-
e quæ vulnera conglutinet atque pu-
abstergat. Est autem columbis esca iu-

Ad strumas.

e verbenacæ radix in collo ligata, sum-
cit.

Ad vlcera & parotidas.

naca tusa & imposita, mirificè sanat.

Ad eos qui induratas venas habent, & cibos non recipiunt.

: verbenacæ succum mixtum cum vi-
& aqua, & postea coctum, des bibere,
anat.

Ad pectis dolorem.

verbenaca solstitio lecta, & in pul-
uerem

uerem redacta, & potui sumpta, mirè proficere creditur: robusto autem cochlearia quinque ex vino quàm optimo cyathis tribus, & cæteris pro cuiusque viribus sic dabis.

5 *Ad calculosos.*

Herbæ verbenacæ radix contusa, ex mulso optimo tepido data incredibiliter calculosis succurrit: nec solùm ipsis calculosis, sed & quicquid est quod vrinam impedit, celeriter educit.

6 *Ad capitis dolorem.*

Herbæ verbenacæ corona facta, & capiti imposita, dolorem capitis tollit.

7 *Ad serpentium morsus.*

Herbam verbenacam cum folijs suis & radicibus quisquis offultam cinctamque secum portauerit, ab omnibus serpentibus tutus erit.

8 *Ad morsum araneorum, quos Græci* phalangia *vocant.*

Herbæ verbenacæ ramulos ex vino decoquito, & conterito, deinde quod acetauerit plagæ imponito, & adaperiet: postea crudam contritam cum melle in vlcus audacter insertam, maturè ad sanitatem perducere certus autor adfirmat.

9 *Ad morsum rabidi canis, & hydrophobon.*

Herbam verbenacã in vulnus apponito, tritic quoq; grana integra indito vulneri, donec humore remollita expleãt. iam tumida, pijcito illa gallinæ: si nõ appetit, simili modo alia grana proijcito si si-

ſſe cœperit, periculi ſublati ſignum erit.

10 *Ad vulnera recentia.*

rba verbenaca contrita cum butyro, vulne-
onatur.

11 *Ad morſum ſerpentis.*

rbæ verbenacæ ramuli ex vino decocti
ıtriti, ſi cæca erit plaga cum tumore, im-
adaperiunt primùm, exulcerant deinde,
ı crudi cum melle contriti & vlceri inſerti
ad ſanitatem, quod celeriter fit, perducant,
ıuntur.

12 *Ad icte...o*

rbæ verbenacæ dragma vna, & nardi obo-
laccæ crudæ foliorum expreſſus ſuccus, &
lum myrrhæ contritæ ex aqua cyathis tri-
ɔtui data, expellere morbum creditur.

E *SYMPHONIACA, HYOSCYA-
móue.* *Cap. IIII.*

Ræcis *Hyoſcyamos* dicitur, & *dioſcyamos,*
alij *adamanten*, alij *pythonion*, alij *a adamenon*, a *aliàs* ana-timenon,
alij *hypnoticon*, alij *emmanes*, alij *auginon*, alij
mbion appellant: Pythagoras Prophe-
Oſthanes *b xylechion*: Zoroaſter *typhonion*: b *aliàs* xy-leon:
i *inſanam* vocant, aliqui *Apollinarem*, alij
lum, alij *ſymphoniacam*, alij *caliculatem*, alij
am appellant: Punici *gingan*: Ægyptij
o: Phryges *remenia*: Thuſci *fabulonam*:
belinunciam: Daci *dielian*: Prophetæ Æ-

 gyptij

gyptij *ligeam*. Thyrso est fruticoso, multirami, foliis nigris, scissis, hirtis: balanos generans, vt est mali Punici ampullaceum appellatum, obstrusos quidem scutulis & semine plenos, paulò longiori papauere. Sed sunt differentiæ eius tres. Nam altera flore purpureo ac semine nigro, altera flore nigro, & semine fuluo: sed vtraque sumentes in furiam mittit, appellataque inde est maniopœos. Tertia semine atque flore albo. Nascitur locis incultis & sabulosis, vel hortis, & littoribus, ruderibusque. Eius succus similis est meconi herbæ. Meletur ergo hyoscyamos candior, & has habet virtutes.

1 *Ad aurium dolorem.*

Herbæ symphoniacæ succus tepefactus cum oleo rosaceo, & in aurem instillatus, aurium dolorem mirificè tollit: & si vermes fuerint, necat eos.

2 *Ad omnem tumorem.*

Herba symphoniaca cum stercore ouillo, & modico aceto, factum quasi malagma imposita tumorem tollit.

3 *Ad dentium dolorem.*

Herbæ symphoniacæ radix cocta in vino austero, & data ex eadem coctione sorbitio, ita vt eam intra dentes qui dolent, teneat, mox sanat dentium dolorem.

4 *Ad inguinum dolorem.*

Herbæ symphoniacæ radix alligata femori, & dolorem & tumorem tollit.

5 *Ad*

5 *Ad pedum dolorem.*

Herba symphoniaca alligata pedum dolo-
r tollit. & tusa omnis cum sua radice, & super
les imposita, mirificè tumorem tollit, & dolo-
a pedum aufert.

6 *Ad iocinoris & pulmonis dolores.*

Herbæ symphoniacæ succum da bibere, cum
nma admiratione sanabit.

7 *Ad muliebris pectinis dolorem.*

Herbæ symphoniacæ succum mixtum cum
oco dabis in potionem, & miraberis effectum.

DE VIPERINA. Cap. V.

GRæci *Elenion*, ijdem *echidnion*, ijdem *theriorhizon*: Latini *inulam*, ijdem *viperinam* & *serpentariam*, ijdem *radicem Macedonicam* nominant. Nascitur secus flumina vel segetes, folijs mollibus, gustu aspero. Leges eam mense Aprili.

1 *Ad viperarum morsus.*

Herba viperina trita, cum vino potui data, mirificè morsus viperæ sanat, & venenum discutit.

DE ACORO Cap. VI.

A Græcis dicitur *Acoros, choros, aphrodisias*: Gallis *piper apium*: Italis *venerea radix nautica*, & *singentiana* & *unguentiana*. Nascitur locis cultis, & hortis ac pratis. Leges eam mense Augusto.

1 *Ne apes examinent & effugiant.*

Herbam acorum in vase apium suspensam habeto, apes nunquam effugient. Hæc sanè herba rarò inuenitur: nec eam scire poteris, nisi cùm flosculum emiserit.

2 *Ad difficultatem vrinæ, si quis facere non poterit, & stranguriam vesicæ habuerit.*

Herbæ acori radicem cum aqua decoctam ad tertias, dabis bibere per triduum, vrinam mirificè deducit, & stranguriam sanat.

DE LEONTOPODIO. Cap. VII.

GRæci *Leontopodion* dicunt, ijdem *leontopetalon, prapedilon, theribethron, lychnida agrian, lathyron, leuceoron, orobethron, prapedion, leontospermon, Aetopon, platyphyllon*: Dardanus *cacalian* Punici *gudubbal*: Latini *flammulā vocant Veneris*, jidē *brumariam, papauerculum & pedem leoninum*. Nascitur sæpe cum tritico, thyrsis bipalmis, furcosis, in quibus veluti cannæ binæ vel trinæ semen cōtinentes, folijs coliculi agrestis similibus, radice nigra, rapæ simili. Nascitur etiam in campis, & circa fossas & harundineta.

1 *Si quis deuotatus defixusq; fuerit in suis nuptijs, sic eum resoluas.*

Herbæ pedis leonis frutices numero septem sine radicibus decoque cum aqua, Luna decrescente, lauato eum, & teipsum qui facis, ante limen extra domum prima nocte, & herbam

herbam incende aristolochiam, & suffumigato eum, & redito ad domum, & ne post vos respiciatis, resoluisti eum.

DE SCELERATA.
Cap. VIII.

GRæci *Batrachion*, aliqui *gelotophyer*, alij *mileon*, alij *coriannon*, alij *corion*, alij *stachycen*, alij *causticen*, alij *clonon*, alij *rhuselinon*, alij *catastacticen*, alij *hephæstion*, alij *lycopnon*, alij *selinon agrion*, alij *selinon hydation*: Ægyptij *synechon*, ijdem *carcadana*, ijdem *nemecon*: Latini *apium rusticum*, ijdem *apium risus*, ijdem *herbam sceleratam*, ijdem *apiastellum*, ijdem *dentariam*, ijdem *auricomum*. Nascitur locis humidis & aquosis. Si quis homo eam gustauerit, ridendo exanimatur: est enim caustica. Sunt eius species quatuor, quarum altera cum folijs pinguibus atque crassis & latis, colore alia subalbido, alia velut nigro, cum flore simili vel purpureo, thyrso cubitali, minimè robusto: radice alba cum adnatis germinibus, vel erumpentibus tanquam in helleboro. Nascitur autem in stagnosis vel vmbrosis locis: Secunda est longioris thyrsi, & folijs hirtis cum incisuris, gustu acerrimis. Nascitur sæpe in Sardinia. Tertia est breuissima, tetri odoris, atque incendiosa cum floribus aurosis. Quarta est cum floribus lacteis.

1 *Ad vlcera chironia.*

Herbam sceleratam tusam sum axungia sine sale impones vulneri, excomedet putredinem,

dinem, & si qua fuerit sordes, expurgat: sed non diutius patiaris quàm necesse est, ne & corpus sanum exedat, Si argumentum rei experiri volueris, tunde eam, & super manum sanam impone & alligato, statim rodit corpus.

2 *Ad strumas & furunculos & apostemata, ut sine ferro aperiantur.*

Herbam sceleratam tusam & subactam cum fimo porcino impone strumis, furunculis & apostematibus, intra paucas horas discutit, & pus eijcit. Lege eam omni tempore.

DE BATRACHIO
Cap. IX.

Nascitur locis sabulosis & campestribus, aquosisque. Radix eius verticillo est similis, radiculas paruas & tenuissimas habés, flore auroso. Punici *atzicurur* appellant. Virtutes porrò has possidet.

1 *Ad lunaticos, qui cursum Lunæ patiuntur.*

Herba batrachion si lunatico in ceruice ligetur lino rubro luna decrescente, cùm erit signum tauri vel scorpionis parte prima, mox sanabitur.

2 *Ad nigras cicatrices.*

Herbam batrachion tusam cum sua radice, mixto aceto, impones his qui habent cicatrices nigras: exedit eas, & similem corpori reliquo reddit colorem.

DE

DE ARTEMISIA.
Cap. X.

A Græcis dicitur *toxotis*, alijs *ephesias*, alijs *charistelochia*, alijs *lysas*, alijs *parthenion*, alijs *hypolysos*, alijs *anactorion*, alijs *sozusa*, alijs *leucopis*: Prophetæ *hæma anthropu*, alij *onichanthen*, alij *chrysanthemon*, alij *zathesien*, alij *theomsin*, alij *busbasitheoscardian*, alij *ostranthropu*, alij *hæma cronu*, alij *gonos hephæstu*, alij *phylacterion*, alij *lachanon basilicon*: Ægyp ij *anesen*, alij *neiasar*: Pythagoras *pexasin*, & *toxobolon*: Galli *ponem*, alij *titumen*: Daci *zyred*, alij *zonusien*: Itali *Sirium*, alij *serpillum maius*, alij *valentinam* alij *artemisiam*, non pauci *per se pollentem*. Nascitur locis lapidosis & sabulosis. His virtutibus prædita est.

1 *Ad iter faciendum.*

Herbam artemisiam monoclonon, si quis iter faciens secum in manu portauerit, non sentiet itineris laborem Fugat & dæmonia in domo posita, & prohibet mala medicamenta, & auertit oculos malorum hominum.

2 *Ad pedum dolorem.*

Herba artemisia monoclonos tusa cum axungia, & imposita, pedum dolorem tollit.

3 *Ad dolorem intestinorum.*

Herba artemisia pisata, & in puluerem redacta, cum aqua mulsa potui data, intestinorum dolorem sedat.

DE ARTEMISIA TRAganthi. Cap. XI.

1 *Ad vesicæ dolorem & stranguriam.*

HErbæ artemisiæ traganthis succum ex vino vncijs duabus dato, febricitāti ex aqua calida cyathis duobus potui dabis.

2 *Ad coxarum dolorem.*

Herbam artemisiam traganthen tundes cum axungia, & aceto bene subiges, & impones, & alligabis, tertia die sanabit.

3 *Ad neruorum dolorem & tumorem.*

Herbam artemisiam traganthen tusam & oleo bene subactam impone, mirificè sanabit.

4 *His qui in pedibus grauiter dolent.*

Artemisiæ traganthis radicem ex melle dabis manducare, & ita citò purgabitur, vt vix credi possit, tantam virtutem eam habere.

5 *Si quis in febribus laborat.*

Artemisiæ traganthis succus cum oleo rosaceo inunctus, febres tollit. Hanc herbam si confricaueris, laseris optimi odorem habet.

DE ARTEMISIA LEPTAphyllo. Cap. XII.

NAscitur circa fossas & sepes vel aggeres, & in agris frumentarijs. Flosculum eius vel folia si contriueris, sampsychi odorem habent.

1 *Ad stomachi dolorem.*

Herbam artemisiam leptaphyllon tusam, & cum oleo amygdalino bene subactam more malagmatis induces panno mundo, & impones stomacho

ho, quinta die sanabitur. Etsi fuerit eiusdem misiæ radix super limen ædificij suspensa, ıui illi nemo nocebit.

2 *Ad neruorum dolorem atq; tremorem.*

Ierbæ artemisiæ leptaphylli contritæ succo resso, & mixto cum oleo rosaceo, si per-es eos, desinet tremor, & omne vitium tol-r.

Ias tres artemisias Diana dicitur inuenisse & virtutes earum & medicinam Chironi :auro tradidisse, qui primus de his herbis licinam instituit. Has autem herbas ex no-e Dianæ, quæ ἄρτεμις Græcè dicitur, arte-as nuncupauit.

DE LAPATHO. Cap. XIII.

Apathon, Romani dicunt *rumicem*. Nascitur locis sabulosis & aggeribus, vel aquosis, vel hortis, & circa fossas.

1 *Ad paniculam quæ in inguine nascitur.*

Ierbam lapathon contundes cum axungia ve-sine sale, sic vt axungia dupla sit ad herbã, & bene commixtis facies exinde velut rotun-m, & inuolues in folio coliculi, & mittes eam :inerem calidum: & cùm caluerit, tunc impo-uper paniculam, & panno lineo. Hoc enim ıium est, & valde optimum.

2 *Ad apostema.*

Herbam lapathon tusam cum axungia, &

factam quasi malagma, induces in linteolo mundo, & impones super apostema: mirificè aut spargit, aut facit collectionem, & aperit vlcus.

DE DRACONTEA.
Cap. XIIII.

GRæcis dicitur *Dracontea*, alijs *pythonion*, alijs *asclepias*. alijs *anchomanes*, alijs *sanchromaton*, quibusdam *a aphrissa*, aliquibus *therion*, nonnullis *schœnos*, item *dorcadion*: Prophetæ *typhonion* vocant, alij *crocodillion*: Osthanes Zoroaster *teriophonon*: Ægyptij *eminion*: Romani *draconteam* dicunt, & *colubrinam*. De draconis sanguine nata esse fertur, vnde dracontea vocatur in montibus summis, vbi sunt luci, maximè locis sanctis: terra Apulia super saxis, tactu molli, gustu *b* mordaci: radix eius ima, similitudinem capitis draconis habet.

a *aliàs* aristarum,

b *aliàs* dulci, *tanquam castaneæ viridis saporem habet*,

1 *Ad omnium serpentium morsus, & aspidum.*

Herbæ draconteæ radix ex vino trita, tepefacta, potui data, venenum omne discutit.

2 *Ad ossa fracta in corpore.*

Herbæ draconteæ radix cum axungia facta quasi malagma, & imposita, mox ossa fracta de corpore educit, & lapides extrahit. Leges eam mense Iunio, vel Iulio.

DE SATYRIO.
Cap. XV.

GRæcis dicitur *Satyrion*, alijs *cynosorchis*, alijs *entaticos*, *erythron*, *panion*, *serapion*, alijs *orchis*:

orchis: Ægyptij *menem* : Galli *vram*: Itali *priapiscon*, alij *orminalem*, alij *testiculum leporinum* nominant. Nascitur in montibus, locis solidis & cultus, in pratis item & locis maritimis. Lege eam mense Iunio, vel Iulio.

1 *Ad vlcera difficilia & cicatrices nigros.*

Herbæ priapisci radix tusa & imposita, vlcera expurgat, & cicatrices curat.

2 *Ad lippitudinem oculorum.*

Herbæ priapisci succo cum melle optimo oculos inunges, & lippitudines & dolores tollet sine mora.

3 *Si quis ad mulierem non poterit affectari, obligatus.*

Herbæ priapisci radicem. id est, testiculum dextrum, qui maior est, teres cum piperis albi granis quadragintaseptem, vt in se habeat semunciam cum herba suprà scripta, & mellis vncias, a quatuor, & in vino optimo medicamentum solues, & pondo scrupulorum nouem per triduum sumes, ad mulierem affectaberis continuò. a *aliàs* tres

DE GENTIANA.
Cap. XVI.

GRæci *Gentianam* dicunt, ijdem *aloèn gallicam*, alij *narcen*, alij *chironion*, alij *basilicam*: Dardanus *aloiren*: Itali *gentianam*, alij *cyminalem*. Nascitur gemellis montibus & locis vmbrosis. Hæc herba ad omnia antidota facit

tactu

a aliàs caput solidū. tactu molli, gustu amaro, a scapo solido. Virtutes habet.

1 *Ad serpentium morsus.*

Herbæ gentianæ radicem siccam, & in puluerem redactam, pondo drachmæ vnius dabis in vini cyathis tribus potui, validissimè proderit.

2 *Ad aures malas.*

Herbæ gentianæ si dederis, vt suprà, potum, miraberis virtutem eius.

DE CYCLAMINE. *Cap. XVII.*

GRæcis quibusdam dicitur *cyclaminos*, alijs *cissaron*, alijs *cissanthemon*, alijs *cissophyllon*, alijs *chelonion*: Zoroaster *chelona symplates*: Osthanes *aspho*: Prophetæ *miaspho*: Ægyptij *titothos*: Itali *orbicularem*, alij *palaliam*, alij *rapum terræ*, alij *rapum porcinum*, alij *terræ malum* vocant, siue *panem porcinum*: Syri *elardia*. Nascitur locis incultis, aut montuosis.

1 *Ad caput deplendum.*

Herbæ orbicularis succum cum vino aut aceto optimo naribus infundes, mirabiliter sanabit.

2 *Ad aluum concitandam.*

Herba orbicularis in collyrium facta, & iniecta, catharticum est.

3 *Ad splenis dolorem.*

Herbæ orbicularis succi cyathum vnum, & aceti optimi cochlearia quinque diebus continuis nouem potui dabis, miraberis effectum bonum.

im. Item radix eius in collo suspensa, ita vt
ra splenem pendeat, efficaciter medetur.
& cyclaminis succo si quis anum tetigerit,
celeritate alui solutionem experietur. Lege
omni tempore.

E PROSERPINACA, POLY-gonóue. Cap. XVIII.

Olygonon, alij *cynochalen*, alij *polygonaton*, ali: qui *asphaltion*, alij *chiliophyllon*, alij *polycarpon*, alij *carcinethron*, alij *clinopodiontes*, alij *myrto*ilon, alij *heraclian*, aliqui *pedalion* vocant: Ægy- j *thephin*, alij *stemphin*: Prophetæ *gonon heroos*, qui *onycha myos*: Itali *sanguinariam*, alij *proserpina*n, alij *scorpinacam*, alij *statumariam*, & quidam *mie tuiuium*. Nascitur vbique locis cultis, & aggeri- is. Legito eam æstiuo tempore.

1 *Ad eos qui sanguinem reijciunt.*

Herbæ proserpinacæ succum cum vino opti o austero sine fumo tepefactum, ieiuno dabis bere per dies nouem, miram rem experieris.

2 *Ad lateris dolorem.*

Herbæ proserpinacæ succo cum oleo rosaceo epius perunges, dolorem tollit.

3 *Ad mamillarum dolorem quæ lacte habent, & tumorem.*

Herba proserpinaca tusa, cum butyro sub- icta, & mamillis imposita quæ dolorem & tumo- rem habent, dolorem & tumorem perfectissimè tollit: ita tamen, vt vsque in tertium diem medi- camentum ponas.

4 Ad

4. *Ad oculorum dolorem.*

Herba proserpinaca, si vadis ad eam ante Solis ortum, & circumscribis eam cum annulo aureo, & dicis, Tollo te cum annulo aureo remedium oculis: deinde post triduum ante Solis ortum sublatam, circundabis collo, diligenter proficiet.

5 *Ad aurium dolorem.*

Herbæ proserpinacæ succus tepefactus, & in aurem stillatus, mirificè dolorem tollit. Nosipsi experti sumus. Tamq; potenter proficit, vt & vlcera quoque aurium sanet.

6 *Ad dysentericos.*

Herbæ proserpinacæ succum cum aqua calida potui dabis, quantum tibi videbitur: sanabitur.

7 *Ad quartanas.*

Herbæ proserpinacæ succum cum piperis granis septem aut nouem sub accessione dabis bibere. Lege eam die Iouis, Luna decrescente.

DE ARISTOLOCHIA. Cap. XIX.

GRæcis dicitur *aristolochia*, alijs *adrarhyza*, alijs *melocarpon*, alijs *ephesia*, alijs *clematitis*, alijs *pyxionos*, al js *dardanos*, alijs *iontitis*, alijs *tocites*, alijs *teuxinos*, alijs *chamamelon*, alijs *opetis*: Ægyptij a *sopoep*: Itali *terræ malum*: Daci *absinthium rusticum*, alij b *scardian*. Nascitur locis montuosis, solidis, calidis & cultis.

a *aliàs* sophosph
b *aliàs* Siculi

1 *Ad*

1 *Ad vim veneni.*

Herbam ariſtolochiam piſatam cũ mero potui dabis, vim veneni vincit.

2 *Ad febres acerrimas.*

Herba ariſtolochia ſicca ſuffumigabis febricitantem, & hilariorem eum facies. Fugat & dæmonia.

3 *Ad fiſtulas.*

Herbæ ariſtolochiæ radix fiſtulis inſerta, celeriter expurgat, & ad ſanitatem perducit. Medici quoque ſine ea nihil feliciter curare poſſunt.

4 *Frigore exuſtis.*

Herba ariſtolochia ex oleo vſque ad calefactionem vim habet, cum axungia porcina.

5 *Contra ſerpentium morſus, & hominum.*

Ariſtolochiæ radicem pondere denarij vnius in vini hemina ſæpius bibat, diſcutit venena.

6 *Si infans contriſtatus fuerit.*

Herba ariſtolochia ſuffumigabis infantem, hilarem facit, & conualeſcit infans, fugato dæmonio.

7 *Ad canceromata quæ in naribus naſcuntur.*

Herba ariſtolochia cum cypero & draconteæ ſemine trita, & cum melle impoſita, emendat.

DE

DE NASTVRCIO.

Cap. XX.

GRæci *Cardamon*, alij *cynocardamon*, alij *iberin*, alij *cardaminam*: Ægyptij *femeth*: Itali *nasturcium*. Lege eam mense Martio.

1 *Ad caput deplendum.*

Herbæ nasturcij succum naribus inijcies, caput deplet, & de phlegmate purgat. Hoc nasturcium non seritur, sed per se nascitur circa ima parietum.

2 *Ad capitis vitia, porrigines & furfures.*

Herbæ nasturcij semen tritum, & cum adipe anserino mixtum, albitionem furfuris de capite eijciet.

3 *Ad cruditatem.*

Herbam nasturcium & pulegium ex aqua decoctum bibere dato, emendabit & discutiet cruditatem.

4 *Ad strumas.*

Herbam nasturcium cum lomento tritam super strumas impones, superposito folio oleris.

5 *Ad furunculos sanandos.*

Herbam nasturcium cum fermento imponito, concoquit & sanat.

DE HIEROBVLBO.

Cap. XXI.

NAscitur vbique circa sepes, & locis quibuslibet sordidis. Et has habet virtutes.

1 Ad

1 Ad articulorum dolorem.

erbæ hieribulbi accipito vncias sex, seui ini tantundem, olei cyprini libram & vn. duas, in se pisatis & commixtis vteris, do m articulorum tollit.

2 Si mulier habuerit lentiginem in facie.

Herbæ hieribulbi radice cum lomento lu aceo commixta, mulier si faciem lauerit, tigines statim purgat.

DE APOLLINARI. Cap. XXII.

GRæci *Dercean*, alij *strychnon manicon*, alij *dorycnion*, alij *cacabon*: Itali *apollinarem*, alij *baccinam*: Daci *colida*: Apollo hanc her. am fertur inuenisse, & Asclepio dedisse, & pollinaris nomen imposuisse.

1 Ad vulnera chironia, & araneo. rum morsum.

Herbam apollinarem cum axungia vete re, sine sale, libra vna teres: & vinum vetus cyatho vno, sine fumo simul commisces, & fa cies quasi malagma, & vulneri impones, sana. bitur mirificè.

DE CHAMAEMELO. Cap. XXIII.

GRæci quidam *chamamelon*, alij *parthenion*, alij *diacolean*, alij *chrysocalin*, alij *trochiscon heliacon*, alij *aperiton*, alij *nympheon*, alij *hieranthemm* vocant: Itali *bene olentem*, alij *superbam*, alij *auliticam*; Ægyptij *thaborin*: Galli *oualidiam*:

ttt Campani

Campani *amalociam*: Thusci *apianam*: Daci *amalustam*. Has verò habet virtutes.

1 *Ad oculorum vitia atque dolores.*

Herbam chamæmelon si quis ante Solis ortum carpserit, & dicat, Ad albuginem oculorũ te carpo vt subuenias, & eam alligatam secum gestet, iuuat. Lege eam mense Aprili.

DE CHAMAEDRY. Cap. XXIIII.

A Græcis *chamædrys*, alijs *drys*, alijs *drysites*, alijs *teucrion*, alijs *chamærops*: Itali *trixaginem* appellauêre. Nascitur locis mõtuosis, petrosis & solidis. Lege eam mense Augusto.

1 *Ad ruptos.*

Herba chamædrys contusa de ligno in lignum, adiecto vino, & potui data, cũ mira celeritate sanat.

2 *Ad ischiam.*

Herba trixago feruefacta, ac triduo potui data, ischiaticum mirificè sanat.

3 *Ad serpentium morsus.*

Herba chamædrys in puluerem mollissimũ redacta, in vino veteri potui data, venena vehementer discutit.

4 *Ad podagram.*

Herba chamædrys si in puluerem mollissimum redacta est, cum aqua calida potui data, mirificè paregorian præstat.

DE

DE CHAMAELEONE.
Cap. XXV.

C*Hamæleonem* quidam Græcorum nomi- nant,alij *crocodilion*, alij *dipsacon*.alij *ono- cardion*,alij *cneeron*,alij *meletam*: Prophe- ›hrodites *lutron*, alij *calycem cardiacon*: Ægy- 'emmeor: Itali *labrum Veneris*, alij *cinaram rusti-* alij *statioron*, alij *morariam*: Hispani *analenti-* :Daci *sciaren*: Ægyptij *gerbaste*,alij *sapho*.

1 *Ad hepaticos.*

Ierbæ chamæleonis succus potui datus ı vino, febricitanti cum aqua calida, mirè ficit.

2 *Si quis venenum sumpserit.*

Ierba chamæleon in puluerem redacta & ino data,discutit venenum.

3 *Ad Hydropicos.*

Ierba chamæleon, & chamædaphne, & mædrys, chamæpitys,æquali pondere tusa, uàm mollissimè cribrata, si in potione vini :ti,iuuenibus cochlearia quinque, viris co- :aria nouem,item minoribus puellis & mu- ibus cochlearia tria, puerulis cochlearium ım dederis,mirificè aquam omnem de cor- 'e per vrinam digerit.

DE CHAMAEPITY.
Caput XXVI.

GRæci *chamæpityn*, alij *orozelon*, alij *holo- cyrion*,alij *brion agrion*,alij *sideritin* vocant: Prophetæ *hæma athenai*: Itali *abigam*, alij

 cypressum

cypressum nigram, alij *rapam*, alij *spiculam*, alij *mamamalem*: Ægyptij *nemenespa*: Daci *dochela*. Et habet quidem vires.

1 *Ad vulnera.*

Si recens fuerit vulnus, herbam chamæpityn contusam vulneri impones: si autem vetus & altius est vulnus, succum eius vel pulverem in vulnus mittes, miraberis bonum effectum.

2 *Ad strophi dolorem.*

Herba chamæpitys contrita, & potui data, strophi dolorem tollit.

DE CHAMAEDAPHNE.
Cap. XXVII.

CHamædaphne à Græcis quibusdam *daphnites*, aliquibus verò *daphne*, alijs *hydragogos* seu *caragogos* dicitur: Itali *mustellaginem* dicunt, alij *lactilaginem* & *lauraginem*: Galli *eugubim*, *vsiben*.

1 *Ad aluum concitandam.*

Herba chamædaphne in puluerem redacta mollissimum, & in aqua calida potui data, aluum concitat.

DE OSTRIAGINE.
Cap. XXVIII.

NAscitur ostriago circa monumenta, aut in monumentis, aut parietibus qui sunt circa montium radices.

1 *Ad ea quæ in homine nascuntur.*

Herba ostriago tusa & imposita, omnes res

quæ

e in corpore nascuntur, persanat. Hanc her-
a si volueris euellere, mũdus ante Solis or-
a facies. Leges eam mense Iulio.

DE BRITANNICA. Cap. XXIX.

Grecis dicitur *britannica* & *damasonios*: Itali *britannicam*, alij *betam plantaginis*, alij *bibonem* vocant.

1 *Ad vitia quæ in ore nascuntur.*

Herba britannica sumpta viridis a vt lactu- sanat. Et per se tritæ & expressæ succus in e si contineatur, nec aliquid ex eo deglutia- r, æquè proficit. a *aliàs* in modum lactucæ.

2 *Ad oscedinem.*

Herba britannica sumpta viridis oscedi- em tollit: vel si viridem non habueris, etiam ida contusa cum vino ad mellis crassitudi- em, eodem modo sumpta, eundem effectum abet.

3 *Ad dentium dolorem, & si laxi fuerint dentes.*

Herba britannica mira quadam potentia ucurrit. Reponendus autem est in hyemem uccus, vel puluis eius: non enim semper appa- et. succum verò eius seruabis in vase argen- eo, & calefacito, & puluerem quoque repo- nito: nam ad eosdem vsus cum vino sumptus, æquè efficaciter prodest.

4 *Ad paralysim.*

Herbam britannicam viridem, cum sua ra- dice contusam, ex vini meri optimi cyathis

7 *Ad verrucas tollendas.*

Herba argemonia in aceto tusa & imposita, mirificè tollit.

8 *Ad splenis dolorem.*

Herba argemonia in cibo sumpta, splenem consumit.

9 *Ad ea quæ secanda sunt.*

Herba argemonia contrita & imposita, aperit & persanat.

DE ASPHODELO.

Cap. XXXII.

A Græcis dicitur *asphodelos*: Latinis *hastula regia*, aliquibus *albucus*. Has virtutes possidet.

1 *Ad dolorem tibiarum vel pedum.*

Herbæ asphodeli radicum succo & oleo amygdalino vnges quod dolet, mirificè sanabitur: etiam si tumores fuerint, ipsam tusam & subactam impones.

2 *Ad hepatis dolorem.*

Herbæ asphodeli radicem decoque, & ex aqua mulsa potui dato, hepatis dolorem mirificè tollit.

DE OXYLAPATHO.

Cap. XXXIII.

A Græcis *oxylapathon* vocatur: Itali *lapathon acutum* pro vocabuli etymo nominant.

1 *Si qua duritia in corpore orta fuerit.*

Herba oxylapathum cum axungia vetere suilla

la pisata, & ex pane domestico facta vt a *aliàs* o-
gma,& imposita,mirificè sanat. uilla

E CENTAVRIA MAIORE.

Cap. XXXIIII.

Græcis dicitur *maronion*,alijs *nesion*, a-
lijs *pelethronia*, quibusdam *limnites*: Pro-
phetæ *hæma heracleos*, alij *chironiam*, alij
stin, alij *apogorisapon*, alij *polyhydion*, alij *he-
ton*: Ægyptij *antiamas*: Itali *fel terræ*, siue *vne-
n*.

1 *Ad hepatis dolorem.*

[erba centauria maior in vino decocta, ac
ii data,mirificè auxiliatur.

2 *Ad splenetieos.*

Ierba centauria maior in vino decocta &
ii data, splenem persanat. Nos ipsi exper-
mus.

3 *Ad vlcera & canceromata.*

Ierba centauria maior contrita & imposi-
umorem fieri non patitur.

4 *Ad sugillationes & dolores.*

Ierbæ centauriæ maioris succus perunctus
qua,summè facit.

5 *Ad vulnera recentia.*

Ierba centauria maior tam efficax est ad
gas glutinandas, vt etiam carnes cohære-
it,quæ ex aqua eius coquuntur.

DE CENTAVRIA MINORE.

Cap. XXXV.

ST & centauria minor, à Græcis *elle-
borites* vocata: Prophetæ *hæma heracleos*:

Ægyptij *amaranthum*: Daci *stirsozila*: Itali *febrifugiam*, alij *multiradicem*. Chiron centaurus has herbas duas inuenisse, & eas Aesclepio dedisse fertur, vnde & nomen Centauriæ tenent. Nascuntur locis solidis & fortibus.

1 *Ad viperæ morsum.*

Herbæ centauriæ minoris puluer vino exhibitus, aut ipsa pisata in vino veteri, & potui data, validissimè proficit.

2 *Ad oculorum vitia.*

Herbæ centauriæ minoris succo oculos inunges, aciem oculorum extenuatam sanat, adiecto etiam melle mirificè idem proficit: caligantibus quoque oculis & claritas restituitur rectè facile. Ne quis in hoc periculum incidat, centauriæ minoris manipulum in vini cōgio coquito, ac triduum maceratum eximito: inde cottidie ad heminam mellis Attici mixtū, ieiunus bibat.

3 *Ad auriginem:*

Herbam centauriam minorem decoque in aqua ad tertias, & ex ea dabis bibere quantum poteris, sanabitur.

4 *Ad lumbricos & tineas.*

Herbæ centauriæ minoris succum dabis vt suprà, miraberis bonum effectum.

5 *Qui venenum sumpserit.*

Herbam centauriam minorem ex aceto tritam da bibat, mox discutit venenum. Item centauriæ radices pondere denarij vnius in tribus cyathis vini bibantur,

DE

DE PERSONACIA.
Cap. XXXVI.

GRæci *prosopites* aut *prosopes* vocata est, a= lijs *bacchion*, alijs *elephantosis*, alijs *elephas*, alijs *nephelion* : Itali *personaciam*, alij *dara n*, alij *manifolium* : Galli *betilolen*: Daci *ribos*

1 *Ad morsus serpentium.*

Ierbæ personaciæ succum cum vino vete= ato in potionem, omnium serpentium vel bri morsus mirificè sanat.

2 *Ad febres acerrimas.*

Ierbæ personaciæ folijs cinges febrici. em, statim mirificè sanat & effugat fe s.

3 *Ad vulnera, etiam si cance- rauerint.*

Ierbæ personaciæ aqua foueto, deinde m cum nitro & axungia & picula ex aceto e, & in panno inducito, & imponito.

4 *Ad intestinorum dolorem.*

Herbæ personaciæ succi cyathum vnum mellis Attici cyathis duobus ieiunus bibat, erabitur.

5 *Ad canis rabiosi morsum.*

Herbæ personaciæ radices cum sale marino as morsui imponito, mirabiliter sanat.

6 *Ad vulnera vetera quæ hu= morem præstant.*

Herbæ personaciæ radicem & spinam quæ locis siccis nascitur, æquali pondere conte= res, &

res, & impones puluere mollissimo, perfectissimè sanat.

7 *Ad ambustum.*

Personaciæ succi cyathum vnum ex mellis cyathis duobus bibat.

DE FRAGO.
Cap. XXXVII

Comaron Græci: Romani *fragum* nuncupant. Nascitur locis opacis & mundis & collibus. His est prædita virtutibus.

1 *Ad splenis dolorem.*

Herbæ fragi succum ex mellis vncia potui datum, mirificè proficere certum est.

2 *Ad suspiriosos & colicos.*

Herbæ fragi succus cũ pipere albo & melle mixtus potui datus, mirificum est remedium. Legito eam mundus.

DE IBISCO.
Cap. XXXVIII.

A Græcis appellatur *althæa*, alij *althæan rhizan*, alij *elæomolochê*, alij *molochen agrian* aut *creticen*, alij *anadendromalachen*, alij *fysophyllon*: Itali *ibiscum* vocant, alij *maluauiscum*. Nascitur locis humidis, & campis.

1 *Ad podagram.*

Herba ibiscus pisata cum axungia vetere, & imposita, tertia die sanat. Huius herbæ experimentum plures autores affirmant.

2 *Ad*

2 *Ad collectiones quæ in corpore nascuntur.*

rba ibiscus decocta cum fœnogræci & ninis polline, & imposita, duritias om. scutit.

3 *Ad omnia encatesmata in corpore.*

rbam ibiscum cum malua erratica & græco decoques, & eadem aqua foue. k hæc omnia teres, & encatesmatis im.

4 *Ad intestinorum dolorem.*

rbam ibiscum perinde vt suprà deco cum singulis, postea vt encatesma ex alida intestinum fouebis, tertio die sa. ir. Experti sumus.

DE HIPPVRI.
Cap. XXXIX.

Græcis dicitur *hippuris*: Itali verò *equisetam* vocant.

1 *Ad dysentericos.*

bæ equisetæ succus ex vino dulci cya obus potui datus, dysenteriam sanare ır.

2 *Ad eos qui sanguinem per os reijciunt.*

bæ equisetæ succum ex vino austeris ne fumo ieiuni bibant, mox sanguinem get.

DE

DE MALVA ERRATICA.
Cap. XL.

MAlachin agrian Græci vocant, alij elæos malachen, alij acopon, alij collyrin, alij malachen, alij helioſtrophon, alij oſyriacam: Itali maluam ruſticam, alij maluam erraticam. Naſcitur vbique locis cultis.

1 *Ad veſicæ dolorem, & eos qui ſanguinem per naturã faciunt.*

Herbæ maluæ erraticæ cum totis radicibus ſuis libram piſatam, & in congio aquæ coctam ad dimidium, per triduum ieiuno dato bibere, dolorem mitigat, & ſanguinem abſtinet.

2 *Ad neruorum dolorem.*

Herbæ maluæ erraticæ radices contritæ cũ axungia vetere, & impoſitæ, neruorum dolorẽ mirificè ſanant. Facit & ad omnia enchateſmata, decocta cum ibiſco & fœnogræco.

3 *Ad lateris dolorem.*

Herbam maluam erraticam decoques cum oleo, & poſtea diſtringes, & folia in mortario teres, & in pannum induces & impones, & triduò non ſolues, emendaſti dolorem.

4 *Ad recentia vulnera.*

Herbæ maluæ erraticæ radicem in cinere coctam contere, & impone, ſanabitur.

DE BVGLOSSA.
Cap. XLI.

BVgloſſon Græci: Prophetæ gonon aluru: Oſthanes tzanuchi: Ægyptij antuco rinbeſor: Ro-

Romani *linguam bubulam*: Lucani *coraginem* nt. Nascitur locis cultis & sabulosis. *Bu* i dicta est eò, quòd folia aspera in modum ıæ bubulæ habeat. Folia habet aspera, ob ı, terrestria. Hæc in vino mixta hilaritatem ıiuis facit: in cibum etiam cocta pro olere itur, vel trita pro condimento.

1 *Ad tertianas siue quartanas.*

Ierbæ buglossæ quæ treis thyrsos seminis tit, radicem totam cum aqua decoque, ın aquam decoctam potui dato, remedia tertianas: quæ autem quatuor thyrsos ha., faciet ad quartanas, dabis autem vt suprà. ı item herba similis est ei, quæ folia lapathi :minuta, eius radix potata ex aqua, ranis & pentibus aduersatur.

2 *Ad suspirium.*

Herbæ buglossæ succum cum melle dabis ıere, mirabiliter suspirium tollit.

3 *Ad apostema siue suppurationem in corpore.*

Herbam buglossam cum melle & pane con tam vice malagmatis impones, mirificè mpit apostema. Leges eam mense Iulio.

DE BVLBO SCYLLITICO. Cap. XLII.

A Græcis dicitur *scylla*, alijs *stœchas*, alijs *pancration*, alijs *typhonos*: Ægyptij *sylitho*: Prophetæ *ophthalmon typhonos*: Itali *scyl-* *m rubram*, *masculam*, alij *bulbum scylliten* siue *scyl-* *iticum* appellant.

1 *Ad hydropisim.*

Herbæ ſcyllæ bulbus torretur, deinde circumpurgatur, & medium eius in aqua decoquitur, cùm benè coctum fuerit, eximitur, & ex eo tres oboli potui dantur cum melle & aceto hydropico, & euacuatur per vrinam.

2 *Ad perniones.*

Scyllæ quod eſt in medio eius cum oleo commodè feruefacito, atque ea quæ dolorem exhibent, perungito, ſanabuntur.

3 *Ad panaricium.*

Herbæ ſcyllæ radix piſata cum aceto & pane, impoſita panaricium mirificè ſanat.

4 *Ad extinguendam ſitim hydropicorum.*

Herbæ ſcyllæ folium ſubiectum linguæ, ſitim compeſcit. Leges eam omni tempore.

DE COTYLEDONE.

Cap. XLIII.

GRæci *cotyledon*, alij *cepon aphrodites*, alij *gesomphalon*, alij *ſtergethron*: Itali *vmbilicum Veneris*, alij *cimbalarem* appellant. Naſcitur in tectis, aut in monumentis.

1 *Ad ſtrumas diſcutiendas.*

Herba cotyledon piſata cum axungia ſuilla fœminea ſine ſale æquis ponderibus, & calida impoſita, ſtrumas diſcutit. Leges eam hyemali tempore.

DE GALLICRVRE.

Cap. XLIIII.

NAſci amat herba gallicrus locis ſolidis, & circa

rca vias. Eius cacumen instar pedis galli.
tutes habere dicitur.

1 *Ad canis morsum.*

Ierbam gallicrus tritam cum axungia &
e domestico imponas, mox sanabit.

2 *Ad duritias.*

Eadem sicut diximus parata, duritias dis-
it.

DE MARRVBIO.

Cap. XLV.

GRæcorum quidam *prasion*, alij *eupatorion*, alij *phyllophares*, alij *melitænam*, alij *camelopodion*, alij *cynosprasion*: Ægyptij *asterion*, *eropenue*: Prophetæ *hæma tauru*, alij *aphedron*, j *gonon horu*: Itali *marrubium*, alij *vlcerariam* cunt.

1 *Ad tussim grauem.*

Herbam marrubium decoques cum aqua, dabis bibere eis qui grauiter tussiunt: sanauntur mirificè.

2 *Ad stomachi dolorem.*

Herbæ marrubij succus potus, stomachi dolorem tollit: si febricitat ex aqua potus, statimq; eleuat se.

3 *Ad lumbricos.*

Herbæ marrubij, absinthij, & lupinorum paria pondera in aqua mulsa cocta, cum vino dabis, aut super vmbilicum pones, necat lumbricos.

4 *Ad condylomata.*

Herbam marrubium combure, eiusque cinerem infrica, sanabit.

uuu 5 Contra

5 *Contra venenum, si quis sumpsit.*

Herbæ marrubij succum dabis ex vino veteri, discutit venenum.

6 *Ad scabiem vel impetiginem.*

Herbæ marrubij decocti aqua corpus lauato, scabiem & impetiginem statim curat.

7 *Ad pulmonis extensionem.*

Herbam marrubium cum melle coctam sumat, mirificè curat.

8 *Ad omnem duritiam.*

Herba marrubium tusa cum axungia, & imposita, mirè sanat.

9 *Si quis ab opere lassus inciderit in languorem, & neruorum habuerit dolorem & spasmum.*

Herbæ marrubij succo cum oleo rosaceo permixto perunges eum, sine mora sanabitur.

DE XIPHIO. Cap. XLVI.

GRæcorum quidam *xiphion*, alij *phasganon* vocant: Itali *gladiolum* dicunt.

1 *Ad fistulas quæ in corpore nascuntur.*

Herbæ xiphij radicis vncias sex, *a* amyli vncias se aceti cyathos duos, adipis vulpini vncias tres ex vino pisabis, in panno lines & impones, miraberis effectum.

a *aliàs* amomi

2 *Ad capitis fracturam.*

Herbæ xiphij radicis superior pars sicca trita, & æquis ponderibus mixto vino, capitis ossa fracta extrahit: aut si quid in corpore suppu-

puratum fuerit, vel si pedibus calcata sint
i serpentis.contra ea venena efficax est.

DE CALLITRICHO. Cap. XLVII.

GRæci *callitrichon*, ijdem *adianton*, ijdem *polytrichon*, ijdem *trichomanes*, ijdem *trichophyes*, alij *selinophyllon*, alij *diphyes*, alij *heraoi pogon*, alij *hippomanes*, itē *scolopendrion*, *asplen*, *scolibrochon*, alij *amianton*: Latini *capillum Veris*, ijdem *herbam capillarem crinitam*, *saxifragam*: unici *nessoessisade*. Nascitur locis aquosis, viraltis nigris, lenibus, cum splendore, bipalmis: slijs vt coriandrum, scissis in summitate.

1 *Ad strumas virginum.*

Herba callitrichon pisata per se & imposia, virginibus strumas sanat.

2 *Ad capillos tingendos.*

Herba callitricho in oleo trita capilli vncti nficiuntur.

DE MOLY. Cap. XLVIII.

MOly clarissima herbarum est, Homero testante, & inuentionem eius Mercurio assignante, qui naturam eius & succi beneficia demonstrauit. Radice rotunda, nigraque, magnitudine cepæ.

1 *Ad matricis dolorem.*

Herba moly contusa & imposita, dolorem matrics aufert potentes.

DE HELIOTROPIO, Cap. XLIX.

A Græcis dicitur *heliotropion* & *helioſtrophion*, quibuſdam *heliopon*, aliquibus a *dialion*, alijs *ſeſamon agrion*, item *ſcorpioctonon*, item *heraclea*, alijs *ſideriteſis*, alijs *vra ſcorpiu*, ſiue *ſcorpiuros*: Prophetæ *gonon chronu*: Galli *hæmatiten*: Pythagoras b *pareoron*: Oſthanes *putagonon*: Ægyptij *miſine*: Latini *vertumnum*, alij *mulcetram*, alij *intybum ſyluaticum*, alij *ſolſequium*. Nomen accepit primò, quòd æſtiuo ſolſtitio floreat, vel quòd Solis motibus folia conuertat. Sed eſt ſpecie duplex, quarum altera maior appellata eſt ſcorpiuros, à ſimilitudine caudæ ſcorpionis. Alia minor. Maior igitur naſcitur in aſperis locis tenui radice, ex qua ramulos quatuor aut quinque, atque ab ipſis plurimas furcas emittit, folijs ocimo ſimilibus, paulò maioribus atque ſucculentis, & nigrioribus & aſperis, cum flore in ſummitate tenui & veluti purpureo atque vncato in ſimilitudinem caudæ ſcorpionum. Minor item herbæ ſpecies ſimilis eſt ſupradictæ. Naſcitur locis concauis, folijs rotundis, ſemine pendenti in achrochordonum ſimilitudinem. Eius herbæ diuinæ ad Solis curſum floſcelli ſe vertunt: & cùm Sol occidit, flores ſe claudunt: rurſum cùm oritur, floſcelli ſe aperiunt. Naſci amat vbique locis cultis, mundis & pratis. Facit ad remedia iſta.

a *aliàs* dianthos,

b *aliàs* pareepon:

1 *Ad omne venenum.*

Herbæ heliotropij puluerem molliſsimum aut

uccum eius cum vino vetere optimo po-
ato, mirè venenum discutit.

2 *Ad luxum.*

erbæ heliotropij folia contusa & apposita, aciter sanare creduntur.

3 *Ad serpentium morsus, & scorpionum ictus.*

erba solago maior deficcata, & in pulue-
mollissimum redacta, in vino potui data,
sa contusa plagæ superimposita, perfectè
entium morsus ad sanitatem perducit, &
pionis ictus dolorem aufert.

DE GRIADI HERBA.
Cap. L.

NAscitur in Lucania, marmoris albi colorem habens, quatuor rubicundis ornata cauliculis. Has potentias habet.

1 *Ad ischiadicos.*

erba grias cum adipe vrsino contusa, & i malagmatis genus imposita, ischiadicos a die sanat.

2 *Ad omnes corporis dolores.*

erbę griadis radix pisata & imposita, om- dolores mirabiliter sedat.

DE POLYTRICHO.
Cap. LI.

GRęci *polytrichon*, alij *adianton*, alij *trichomanes*, alij *ebenotrichon*, alij *eupteron*: Ægyptij *ethui*: Romani *cincinalem*, alij *terræ capillij* *supercilium terræ* vocãt. Nascitur in parie-

tibus & humorosis locis. Hæc etiam herba *callitrichon* appellatur, de qua superiùs loquuti sumus, & quam antea posuimus.

1 *Ad coli dolorem.*

Herbæ polytrichi, quæ habet ramusculos quasi seta porcina, folia cum piperis granis nouem, & seminis coriandri granis nouem, simul contrita cum vino optimo dabis bibere intranti in balneum. Facit & ad capillos mulierum nutriendos, si in oleo decoquatur.

DE HASTVLA REGIA. Cap. LII.

Hastula regia Græcè moloche agria dicitur.

1 *Ad dysentericos.*

Herbæ hastulæ regiæ radix cum vino trita potui detur dysentericis, statim sentient beneficium.

2 *Ad ventris fluxum restringendum.*

Herbæ hastulæ regię semen mixtum cũ aceto acerrimo potui datum, ventrem cõstringit.

DE PAPAVERE SYLVATico. Cap. LIII.

Græci *mecona ceratitin*, alij *aphroden*, alij *heraclion*, alij *mecona agrion*, alij *mecona rhœada*, alij *anemonen & enemion*, alij *oxytonon*, alij *prosopon*, alij *lethen*, alij *lethusan*, alij *oniron*: Prophetæ *basilicon persephonion* appellant: Itali *papauer album, papauer nigrum, papauer agreste, papauer sylua-*

ticum, *folliculosum*. Mecona Latini *papauer* nt. Eius alia est vsualis, quæ etiam follisa vocatur: alia agrestis, & aliter *rhœas* apta: siquidem ex ipsa fluit succus, quem llant *opium*: vel quod facilè florem diat. Alia ceratitis, siue aphrodes. Est igisualis longio is capitis, atque semi e al Agrestis verò, quæ *rhœas* appellatur, est e sessili, semine nigriore. Alia aridior atagrestior, cuius caput longius, atque floubri vel albi, semen fuluum, radix subal, longa, minimi digiti robore, & colligierno tempore. Ceratitis verò nascitur in ribus erecto thyrso atque hirto, folijs inse hirtis, albis, flore pallido, fructu paruo to vt cornu, semine nigro, paruo, radice la, nigra, atque in superficie terræ. Item des, quæ appellatur *heraclios*, ex omni para est, eius semen colligitur æstiuo tempoidum.

1 *Ad epiphoras oculorum.*

erbæ papaueris syluatici fructum, id est, ulos cum suo semine pisatum cum aceto is impones, sedabit dolorem.

2 *Ad hemicranium & capitis dolorem.*

erbam papauer syluaticum pisatam cum o fronti impones, sedabit dolorem.

3 *Ad eos qui non dormiunt.*

erbæ papaueris syluatici succo si quem anges, somnum ei cum sopore obijciet.

DE OENANTHE.
Cap. LIIII.

1 *Ad ſtranguriam.*

HErbæ *œnanthes* radicem in puluerem redactam dato ad ſtranguriam in vini cyathis duobus, ſummè facit.

2 *Aduerſus tuſsim.*

Oenanthes herbæ radicem dabis potui, vt ſuprà: tuſsim ſedat.

DE NARCISSO.
Cap. LV.

NArciſſus à Græcis dicitur *anhydros, autogenes, bolbos emeticos*: Ægyptij *emptonem*: Prophetæ *cynogloſſan*: Latini *bulbum vomitorium* vocauerunt. Naſcitur thyrſo bipalmi, folijs porri ſimilibus, ſed paulò breuioribus, flore albo, interius croceo, vel in aliquibus purpureo, fructu ſiue ſemine vt in membranula nigro, a imagine bulbi.

a *aliàs* in magnitudine

1 *Ad vulnera quæ ex ſe naſcuntur.*

Herbæ narciſsi radix contuſa cum oleo & farina, vice cataplaſmatis imponitur vulneri, & ſanat mirificè.

2 *Ad phtiſicos vel colicos.*

Herbam narciſſum tuſam & potui datam, colicis vel tuſsientibus prodeſſe dicimus. Si autem volueris oleum facere, herbæ narciſsi florem in oleum mittes, & perunges infirmũ: miraberis rem certam.

DE

DE SPLENIO ET LONCHITIDE.

Cap. LVI.

GRæcis dicitur *lonchitis*, alijs *hemionion*, alijs *ſcolopendrion*, alijs *phrygia*, alijs *phrygitis*, alijs *philtrodotes*, alijs *teucrion*: Prophe- ...*æma gales*. Lonchitis folia habet rubra, flo- nigros, comicorum vultibus hiſcentibus ſi- es, ſemen album, ſimile lanceæ, latum, radi- ı ſimilem dauci. Alijs virtutibus traditur e- n alia lonchitis ſimilis ſcolopendriæ, cum to ſpleneticos medens in potu data.

1 *Ad ſplenis dolorem.*

Herbæ ſplenij radicem piſatam, & in pulue- ı mollisſimum redactam, vino leniore po- dato, ſummam rem experieris. Conſtatque ı ſic eſſe inuentam. Quum exta in ſacrificio er eam eſſent proiecta, fuerunt adhæſiſſe ii, eumque exinaniſſe: propter hoc à qui- dam *ſplenion* vocatur. Idem narrant quidam s, qui radicem eius ederint, ſine ſplene in- iiri. Quidā ramis hyſſopi ſurculoſam, folio e eodem nomine appellant. Leguntautem ı dum floret, maximeque ex Ciliciæ & Piſi- : montibus laudant.

DE POLIO. Cap. LVII.

GRæci *polion*, alij *pheuxaſpidion*, alij *achemenin*, alij *libanitin*, alij *meloſmon*, alij *belion*, alij *leontocaron* vocant: Ægyptij *cathotis*: La- *conulam*: Martialis *neptuniam*. Duæ eius ſunt cies: alia eſt fruticoſa atque inutilis, altera ıeſtris frutice bipalmi, albo, folijs tenuibus,

femine pleno, cũ capitello in fummitate paruulo, comofo, veluti cana capillatura frangenti odoris grauifsimi cum quadam iucunditate. Nafcitur locis afperis.

1 *Ad lunaticos.*

Herbam polion conteres, & fuccum eius commifcebis cum aceto fcyllitico, & perunges eos, curabuntur. Item pilulam eius & radicem in linteolo mundo, circa collum eius qui patitur, ligabis. Experimentum eft valdè optimũ. Nos ipfis experti fumus.

DE VICTORIALA.
Cap. LVIII.

EVpelios Græcè *daphnoides, hypoglofsion, eupetalō, digloffos, nicephyllon, pelleon, idæa daphne, famothracia daphne, alexandrina daphne, nitrion, danae, ftephane alexandru, chamædaphne, carpophyllon, daphnitis*: Latinè *peruinca, victoriæ folium, laurus Alexandrina, Macedonica, laurago, muftellago terreftris* vocatur. Frutex eft fæpius cubitalis, folijs vt myrtus, paulò maioribus atq; teneriori-bus, & non infractis, guftu remordentibus & incendiofis. His prædita eft virtutibus.

1 *Ad phlegmata incidenda.*

Herbæ victorialæ folia pifabis, & fuccum eius cyathis duobus dabis cum melle bibere ieiuno, mox phlegmata intercidet.

DE CONSOLIDA. Cap. LIX.

GRæci *xylophyton, fymphyton, anachylin, anazetefin*: Democritus *hæmoftafin*: Latini con-

rrbam, consolidam, inulam rusticam: Galli *alum.*
est petrosa, lignosa omnis, iucundi odo-
atque saliuam prouocans, ramis origano
apitellis thymi similibus, radice longa,
a, in robore digitali. Est & altera quæ
ellatur etiam *pectis*, habens thyrsum bicu-
em, geniculatum, inanem, in quo folia
a angusta, & veluti longa cum adnationi-
secundùm genicula, flore nigro, fructu siue
ne floccorum corticis simili, pruritũ mo-
e, radices exteriùs nigras, interiùs argillo-
irtutis densabilis.

1 *Ad profluuium mulierum.*

erbæ consolidæ puluerem mollissimè
ritum potui dabis in vino, mox restrin-

2 *Ad conuulsos vel intus ruptos.*

erbæ consolidæ radicem in cinere tepido
ito & ex melle ieiuno dabis vt edat, sana-
& thoracem totum purgabit.

3 *Ad stomachi dolorem.*

erbam consolidam si cum oxygaro edat,
ium beneficium sentiet.

4 *Ad tussim.*

erbæ symphyti radices in caldaria decō-
cum melle & pipere & castoreo ad quar-
in vino vetere ieiuno dato in potu. Hæc
hoc argumentum habet, vt carne bu-
oncisa, & in caccabum missa, eius radi-
miseris drachmas duas, cocta caro in v-
cohærebit.

DE

DE ASTERIO. Cap. LX.

GRęcorum aliqui *asterion*, alij *asteriscon*, alij *astera atticon*, quidam *bubonion*, alij *hyophthalmon* vocarũt: Latini *inguinalem*: Punici *derdum*. Herba est lignosas habens virgas, & florem in summitate nigrum, tanquã anthemidis herbæ, capitellum ambitum foliolis stellæ similibus, sed in thyrso folia longiora atque hirta, vel crassiora, & est laxatiuæ virtutis. Nascitur vbiq; inter petras & loca aspera. Hęc herba noctu tanquam stella in cœlo sic lucet, vt qui viderit, ignorans dicat phantasma se videre, & metu plenus irridetur. Maximè autem à pastoribus pecorum inuenitur. Adhibetur denique inguinum tumoribus.

1 *Ad caducos.*

Herbæ asterij baccas si dederis manducare caduco luna decrescente, quum erit signum Virginis, & ipsam herbam laborans habeat in collo suspensam, remediabitur.

DE LAGOPV: *hoc est*, PEDE LEporis. Cap. LXI.

GRæci *lagopun*: Romani vocant eam herbam *benedictam*, *leporinũ pedem*. *Lagopus* Græci à similitudine pedis leporini dicta. Nascitur in pratis.

1 *Ad ventrem stringendum.*

Herbam leporis pedem siccatam, & in puluerem redactam, dabis potionem in vino non febricitanti, febricitanti verò in aqua calida, & mox ventrem stringet.

DE

E DICTAMNO. Cap. LXII.

' Grçcis *artemedion* appellatur, alijs *cre tice*, alijs *ephemeron*, alijs a *eldia*, alijs *beloa cos*, alijs *belotocos*, alijs *dorcadion*, alijs *eu n*, alijs *dipsacos*: Italos b *vstilago rustica*, alijs *m Veneris*: Ægyptijs *emenypse*. Nascitur in in. Creta, monte Ida, folijs similibus pulegio, paulò maioribus, atque floccosis vel la. ineis adnationibus, & neque florem ge t, neque fructum. Item alia huic similis, appellata est pseudodictamnos: nascitur imis in terris, similis acrimoniæ dictamni, noratur etiam tertia species apud Cre- dictamni, cum folijs similibus sisymbrij, orlbus ramis & flore nigro, molli, similis ite pseudodictamni. Harum denique mul. ficacior est prima.

a *al.* idæa,

b *aliàs* tus- silago

1 *Ad mulierem, si in vtero mortuum fœtum habuerit.*

erbæ dictamni succum, si absque febricu. erit, cum vino dabis bibere: si autem febri- dabis cum aqua calida, mox eijciet fœtum periculo.

2 *Ad plagas siue ferro siue à sude vel à serpentibus factas.*

erbæ dictamni succum in plagam infun & aliquid bibat, mox sanabitur. Ad serpen- autem morsum succum eius in vino bi c mox discutit venenum.

3 *Si quis venenum sumpserit.*

erbæ dictamni succum cum vini hemi. potu sumat, mirificè facit. Tanta autem

virtus

virtus est dictamni, vt non solùm interficiat vbicunq; fuerint serpentes præsentia sui: sed & si odor eius à vento sublatus fuerit, vbicunq; eos tetigerit, mox occidet. Fertur & hoc exemplũ: Si caprea vel ceruus in venatione telo percussus fuerit, quum peruenit ad herbam dictamnum, & ea pascitur, mox telum excutitur è plaga, & sanatur pascendo dictamnum.

4 *Ad vulnera recentia.*

Herbas dictamnum & argemoniam & ambrosiam contritas cum butyro plagæ imponito, miraberis in omnibus dictamni effectum.

5 *Ad vlcera & nomas.*

Herba dictamnus imposita, vlcera & putres nomas, & purgare & explere dicitur.

DE SOLAGINE MINORE. Cap. LXIII.

HErbam solaginem minorem, alij *heliotropion* appellitant. Nascitur locis concauis, & cætera, vt suprà cap. 49.

1 *Ad lumbricos necandos & excludendos.*

Herba solago minor siccata, & in puluerem redacta, & in aqua calida potui data, lumbricos occidet.

DE PAEONIA. Cap. LXIIII.

PÆonia à Græcis appellatur *pentorobon*, alijs *glycysis*, alijs *aglaophothis*, alijs *pæonon*, alijs *selemon*, alijs *menion*, alijs *panacos ceras*, alijs *selenogo.*

ogonon, alijs *dichomenion*, alijs *gludim*, alijs *me-nion*, alijs *theodonion*: Itali *pæoniam*, alij *rosam nam* vocant. Pæonia nomen inuentoris net. Nascitur Cretæ & Siciliæ montibus, m Homerus sacer autor libris suis inse-:. Hæc herba in extremis bacculas habet ygdalinis similes, in quibus sunt grana coc-similia ad acinorum mali granati magni-linem, quæ noctu lucent tanquam lucer-. Plurimum noctu à pastoribus inuenitur & lligitur.

1 *Ad lunaticos.*

Herba pæonia si lunatico iacenti ligetur in llo, statim se leuat sanus. Et si eam secū por-uerit, nunquam ei hoc malum accidet.

2 *Ad ischiaticos.*

Herbæ peoniæ radicis partem alligabis li-o, eumque qui patitur circumcinges, res est luberrima, Et si eam in naui habueris, tem-estatem compescit, si mundus ea vtaris: est nim mirabilis.

DE PERISTEREO.
Cap. LXV.

GRęci *peristereō orthiō*, alij *trigoniō*, alij *buniō*, alij *hieran botanen*, alij *philtroden*: Ægyptij *thiophenges*: Prophetę *herat dacryon* alij *hæma gales*, alij *hæma hermu*: Punici *zimicum*, alij *azire gozol*: Itali *cristā gallinaceā*, alij *columbinā*, alij *ferratiam*, alij *exuperā matricalē*, alij *herculaneā* vocarūt. Vtique *peristereon* herba siue supina, siue recta, nascitur

nascitur vbiq; in planis & aquosis locis, radice simplici atq; thyrso. Sunt autem eæ columbis esca admodum iucunda & familiaris, vnde & hoc nomen habent, & columbinæ dicuntur.

1 *Ad omnia venena.*

Herbæ peristerei tritum pu'uerem si quis potum in vino acceperit, omnia venena discutit. Quidam dicunt, quod & magi ea in arte sua vtuntur, primùm Homerus, deinde Mithridates, & cũ centauria potui data, omnia mala medicamenta expellit, per aluum deducens.

DE BRIONIA. Cap. LXVI.

GRæci *brionian, chelidonion*, & *melothron*, & *archezostin* siue *apiastellum*: Itali *vuam tamniam, vitem albam, agrifolium, dentariam*: Ægyptij *thodona dardiadana*: Syri *hugadesi, dinuprila*: Daci *dochlea* appellauêre. Herba brionia, virgultis atque folijs & corymbis vt vinifera vitis sed omnibus hirtis, quæ se colligat vicinis fruticibus, fructu siue semine botruoso, longo, raro, fuluo, quo etiam tergora depilantur, thyrsos emittens prima informatione è radice qui sunt asparagis similes.

1 *Ad splenem.*

Herba brionia in cibo data lienosis, per vrinam lienem digerit & emendat. Hæc herba tam laudabilis est, vt in theriacas etiam potiones mittatur. Item si in capite vel in cinctu eam tecum portaueris: nulla mala te contingent.

DE

E NYMPHEA. Cap. LXVII.

GRæci *nympheam, proteam, caccabon, lotometram, rhopalon, androgynon, hydragonon, heracleon*: Andreas *nerion*: Latini *matrē herbam, algam paluſtrem, papauer paluſtre, clauum ris, digitum Veneris, aquæ ductam* dixère. Na- r in aquis *a* ſtagnantibus, itaque inde no- ſumpſit, thyrſo nigro, leni, folijs ſimilibus æ ciboriæ, aquam ex parte ſuperantibus, pallido, fructu ſiue ſemine lato, denſo, e guſtu argilloſo, radice ſtipidoſa, nigra, ima. Eſt præterea alia naſcens in Peneo ſſaliæ flumine, cuius flos niger eſt: radix & aſpera:

a aliâs ſtātibus,

1 *Ad dyſentericos.*

erbæ nympheæ ſemen cum vino tritum tu detur dyſenterico, ſanabitur mirificè. radices eius rades, & dabis manducare nterico diebus decem, curabitur. Item ſi is cum vino auſtero datus fuerit, ventris im reſtringet.

DE CIRSIO. Cap. LXVIII.

GRæcis *cirſion*, alij *acanthion*: Latini *ſpinam mollem* appellant. Herba cirſion thyrſo eſt bicubitali, trigono inferius, ſum- e rotundo, cum thyrſiculis purpureis atq; centibus, folijs hirtis, radice, vt Andreas orat, varicum dolores medente.

1 *Ad faucium dolorem.*

erbam cirſion cum ſua radice ſi quis in portauerit ſuſpenſam, fauces ei nunquam unt.

2 *Ad interaneorum dolorem.*

Herba cirsij tusæ succus expressus & potui datus, interaneorum dolorem mirificè sanat. Lege eam mense Maio.

DE ISATIDE Cap. LXIX.

GRæci *isatim*: Prophetæ *apision*: Latini *alutam* appellauêre.

1 *Ad morsum serpentis.*

Herbæ isatidis folium contritum cum aqua, & in plaga positum, adiuuat, & dolorem tollit.

DE SCORDIO. Cap. LXX.

GRæci *scordion, pleuritin, scordilon, dysosmon, calaminthen agriam, mithridation*: Prophetæ *hæma podontos, hæma ictinos*: Latini *trixaginem palustrem*. Scordion habet thyrsos quadrangulos: folia sapore redarguentia, quæ Græci *stiptica* vocauerunt, amara, & odorem aliquem alij reddentia: flore rubro, & est virtutis mictualis.

1 *Ad neruorum dolorem.*

Herba scordion trita, & cum oleo laurino subacta, dolorem tollit inuncta.

2 *Ad serpentium morsus.*

Herba scordion coquatur, & detur ius eius cum vino potui: ipsa autem contusa in plagam imponatur, dolorem tollit.

3 *Ad cottidianas vel tertianas.*

Herba scordion alligata circa corpus hominis, tollit cottidianas vel tertianas.

DE

DE VERBASCO.

Cap. LXXI.

Ræci *phlomon. pycnitin, lichnitin*: Latini *verbascum* vocant. Sunt eius species primæ duæ. Harum est altera nigra, alteba: cuius altera masculus, altera fœmina. nina igitur est radicis contortæ, longitus cubitalis: thyrso tenero, leniter hirtos coliculi similibus, sed hirtioribus atque lis: flore viridi, & semine nigro. Mascuverò albidioribus folijs atque angustios, & fructu siue semine tenuiori. Item a folijs est latioribus atque nigris. Item ltis flore nigro, folijs herbæ saluiæ simi. ,virgis celsis. Item phlomides appellatæ duplices, hirtæ, terræ inhærentes, roifoliæ. Item quæ appellatur lychnitis siue llis, quæ nocturnis luminibus aptatur, foinguibus. Sed omnium radices sunt virredarguentis, hoc est, stipticæ. Nascitur sabulosis & aggeribus Hanc herbam dis Mercurium inuenisse, & Vlysi dedisse, deuenisset ad Circen, vt nulla maleficia timeret.

1 *Aduersus occursus malos.*

erbæ verbasci virgulam qui secum porta. nullo metu terrebitur, neq; bestiæ, neque rsus mali molestabunt hunc.

2 *Ad podagram.*

erba verbascum contusa atque imposiifra paucas horas dolorem efficaciter se., ita vt etiam ambulare queat. Hanc im-

positionem autores præcipui proficere affirmant.

DE HERACLEA *siue* SIDERI-*tide.* *Cap.* LXXII

GRæci *heraclean*, ijdem *sideritin*, ijdem *buphtalmon*, ijdem *scorpiuron*, ijdem *curitin*, ijdem *aristerion*: Latini *ferrariam*, alij *cristam gallinaceam*, alij *herculaniam*, alij *exuperam patricalem* vocant. Habet species tres, quarum altera thyrsis quadrangulis, redarguentis virtutis, nodis per interualla variegatis, semine nigro, folijs asperis, & vocatur speciali nomine heraclea. Alia ramulis tenuibus, bicubitis, folijs ex vtroque alternatis, atque in summitate sui scissis, cum capitellis in summitate ramorum semine plenis. Tertia mollibus thyrsis, subalbidis, leuibus: flore phœniceo, paruo atque argilloso: folijs coriandri similibus. Sed omnium supradictarum herbarum folia sunt virtutis glutinatiuæ recentium vulnerum.

1 *Si quis in via tutè vult deambulare.*

Herbam heracleam si tecum in via portaueris, latrones non timebis.

DE CHELIDONIA. *Cap.* LXXIII.

GRæcè *chelidonion* appellatur: Latinè *hirundinina*. Eius species duæ. Alia maior, alia minor, quæ etiam appellatur *pyron agrion*. Sed maior est tenuissimo thyrso

tanquam

ıam fœnigræci, cum folijs impactis suis
ıltis; mollibus, atque subalbidis, circa
flores nigri. succum facit croceum atque
rem, & mordacem sensim, & amarum:
um tanquam ceratia porrectiora at-
enuia, in quibus semina papauere maio-
m radicem ex vna in plurimas euntem,
: in inferiores partes. Siquidem nomen
doniæ sumpsit ex hoc, quòd eo tempo-
mper florescit, quo hirundines præstò
quas Græci *chelidonas* vocant: vel, vt
ım memorant, quòd nidis suis eandem
ıdines ferant ob acuendos succedentium

1 *Ad caliginem oculorum & scabredinem, & qui vulnera habent in oculis, & albuginem oculorum.*

:rbæ chelidoniæ radicem pistabis cum
vetere, & melle Attico, & pipere albo: &
nuicem bene contritum fuerit, inunges
us, caliginem discutit: ipsi experti su-
Quidam de succo eius oculos sibi inun-
Item caligantibus oculis succos eius vel
s expressos & mixtos cum melle Attico
e æreo, leniter cineri feruenti commix-
ecoctosque singulare remedium ad cali-
n oculorum facere certum est. Quidam
tantùm vtuntur.

2 *Ad parotidas.*

ıelidonia cum axungia trita imponatur,
ıtè aqua foueto.

3 *Ad auriginem.*

Herbam chelidoniam tritam cum aqua bibat, miraberis effectum.

4 *Ad ambustum.*

Herbam chelidoniam cũ sepo caprino conteres, & impones.

5 *Ad capitis dolorem.*

Herbam chelidoniam ex aceto contritam, illinito fronti & capiti.

6 *Ad dentium dolorem.*

Herbæ chelidoniæ radicem & cupresi folia trita, & tedam masculam aceto decoques & tepefactum gargarizet.

DE STRYCHNO siue SOLATA. Cap. LXXIIII.

GRæci *strychnon hemeron, agrian staphylen, thalian, manicon, perisson, anhydron, manten, dorycmon, moly* vocant Latini *bellonariam, vaticam, apollinariam, somniferem, strumum, cucullum.* Strychni species sunt quatuor: quarum vocatur prima hortualis, quæ est odoris iucundi, cum frutice crebro, fruticoso, & folijs nigris, maioribus ac latioribus ocimo, cum semine rotu do viridi aut nigro. Alia caccabum appellata, quam Latini *strumum* appellauerunt, siue *soporiferam*: & est folijs latioribus à præscripta, cum thyrsis post augmentum vltra terræ vicinitatem inanibus, & fructu siue semine in folliculis rotundis vesicæ similibus incluso, fuluo, rotundo, leni, simili vuarum acinis, quo etiam coronarum venditores

es vtuntur. Tertia est, quæ vocatur *hy-*
e, siue vt alij *strychnon melanon*, vel *thalia*, vel
ron, *agria staphylemanicon*, *perisson*: Latinè
aria somnifica. Frutex est, nascitur in petro-
sis, ramos plurimos pandens stipidosos,
facilè fragiles, folijs plenos vt mala cy-
a, floribus rubris, & non minimis, semine
inis, quas Græci *lobas* appellant, croceo:
e cum rubro cortice. Quarta est, quæ ap-
tur *manice*, sed Latinè *furialis*, eò quòd fu- *fortè se ten- ger se tieber.*
n excitat. Nascitur in collibus, vel mon-
s locis, thyrsos emittens decem vel duo-
n vlnarum, siue, vt Græci *orgyorum* cum
erucæ simi'ibus, sed paulò latioribus, su-
ɔsito capite hirto velut platani sphæræ,
naiore ac latiore, & flore nigro, cum quo
n siue fructum botruosum, rotundum, ni-
, habentem acinos decem.

1 *Ad ignem sacrum.*

erbæ strychni succus expressus cum ace-
perillinitus, ignem sacrum mirificè cu-

2 *Ad tumorem corporis.*

erbam solatam tusam, & cum oleo sub-
i impone, prodest.

3 *Si mulier laborat inferius.*

erbæ solatæ succo se sublauet.

4 *Ad aurium dolorem.*

erbæ solatæ succum cum oleo a cymini- a *aliàs* cri-
isce, & tepefactum stilla in aures. nino

5 *Ad dentium dolorem.*

erbæ solatæ baccas commanducet.

6 *Ad sanguinem de naribus fluentem.*

Herbæ ſtrychni ſucco lana intincta nares obtura, ſanguinem mirificè ſtringit.

7 *Ad alopecias.*

Herbæ ſtrychni ſuccus expreſſus cum aceto, & ſuperillinitus, alopecias mirificè curat.

8 *Ad capitis dolorem.*

Herbæ ſtrychnon cum oleo roſaceo calefacta & ſtillata, mirificè capitis dolorem tollit.

DE SENECIONE. Cap. LXXV.

A Græcis *erigeron, gerontea, hydrogeron* vocatur: Latinis *senecion*. Thyrſum habet cubitalem, rubrum, cum tenuibus folijs leuiter in ſummitate ſciſsis, & floribus nigellis, primo tempore celeriter ſciſsis ac floreſcentibus ſummotenus velut in canis, quos Græci *pappus* appellant, nos *auos* vocare poſſumus. Deniq; *erigeron* Græcè nominatur, quòd verno tempore caneſcat eius flos, ac tenuetur tanquam capillatura. Habet radicem tenuem atq; inutilem. Naſcitur in tectis, circa parietes.

1 *Ad vulnera quamuis vetuſtiſsima.*

Herba ſenecion tuſa & ſubacta cum axungia vetere, & impoſita, mirificè ſanat vulnera.

2 *Item ad vulnera.*

Herba ſenecion, ſi manè eam adorans ex terra colligas, & tundas cum axungia vetere, in plagam impoſita, plagam aperit & expurgat. Item ſi eam ſimili more poſt meridiem colligas,

gas, & cum axungia vetere misceas, impo- lagæ, aperit & persanat.

3 *Ad pedum tumorem, & dolorem neruorum.*

erba senecion pistata cum axungia vete- edum dolorem tollit; & neruorum poten- nè sanat.

4 *Ad stomachi dolorem.*

erbæ senecionis flosculi cocti bene & sub- imponantur vt malagma stomacho, sum- lolorem sanat.

5 *Ad lumborum & coxarum dolorem.*

erba senecion per se trita, & ieiuno in po- ta, validissimè prodesse fertur.

6 *Ad podagram.*

erba senecion trita cum sale, & vt mala- tis genus apposita pedibus, æquè profice- rtum est.

7 *Si quis ferro percussus fuerit.*

erba senecion tusa cum axungia vetere ale, & facta quasi cerótum, & in plaga sita, facilimè vulnus ad sanitatem per-

E FILICE. Cap. LXXVI.

Ræ i pterin. Latini filicem nominant.

1 *Ad vulnera.*

erbæ filicis radicem pistatam in vulnus s, & argemoniæ drachmas duas cum vi- oti i datu, mirificè curat.

2 *A ramicem puerorum.*

erbam filicem quam in radice esculi ar- inueneris, tunde eam cum axungia, &

XXX 5 panno

panno inducens impone, & fasciam sursum versus ligabis, quinta die sanabitur.

3 *Ad dolorem femorum vel suræ.*

Herba filice fumigabis loca. Item infantem languidum si ex ea fumigabis, facilimè conualescet infans.

4 *Ad splenem.*

Herba filix cum radice sua decocta vsque ad tertias, & potui data, splenem consumit.

DE GRAMINE.
Cap. LXXVII.

GRæci *agrostin*, alij *hæmaticon*, alij *amaxitin*, alij *ægichon* appellant: Latini *gramen*, alij *assefolium*, alij *vniolam*. Agrostis folijs parui calami similibus, atque virgultis per terram serpentibus, geniculosis: radicibus geniculatis, dulcibus, atque vulnerum virtutis glutinatiuæ. Harum decoctio potui data, vrinam mouet. Est & alia quæ calam. agrostris appellatur maior suprà dicta, hoc est, agrosti: sed est melior in Parnasso nata, cuius flos vrinam commouet, & eius radicis succus acuit visum.

1 *Ad splenis dolorem.*

Herbam gramen decoques, & cum ea florem teres, & in panno linies, & pones super splenem, mox sentiet beneficium.

2 *Ad epiphoras oculorum.*

Herba gramen, quæ in se trifurcium habet, (nam & in plura diuiditur) decrescente Luna

ı ſublata plurimum valet. Repoſitam ha-
diligenter, exinde lippire incipientibus
ıllum ligato, celeriter imminentem epi-
am diſcutere & ſanare dicimus.

DE GLADIOLO.
Cap. LXXVIII.

Γ Ræci *xiphion*, alij *phaſganion*, alij *limnio cen*, alij *macherophyllon*, alij *anactorion*, alij *arion*: Latini *gladiolum ſegetalem*, & *lm ceruinam* vocant. Eſt folijs gladio ſimill. :hyrſo cubitali, floribus purpureis, radici- uabus, paruulis, rotundis, altera in altera : quarum ſuperior maior eſt, & acrioris tis.

1 *Ad veſicæ dolorem, & ad eos qui vrinam non faciunt.*

:rbam gladiolum effodies, ſiccatum cor- ı radicis eius conterito, & cum vini cya- duobus & aquæ calidæ cyathis quatuor iſces, & ſic potui dabis, miram rem ex- :ris.

2 *Ad ſplenis dolorem.*

erbam gladiolum maturiſsimam lectam catam, & in puluerem molliſsimum re- m, & in vino leuiſsimo mixtam, potui da- nirificè dicimus ſplenem deſiccare.

3 *Ad coli vel præcordiorum dolorem.*

:rba gladioli baccas tritas ex caprino la- nelius ſi aſinino, tepefactas dato bibere, ıet dolor.

DE

DE ROSMARINO.
Cap. LXXIX.

Libanotis alia eſt corona'is à Forano appellata: item ab alijs *icteritis*, quam Latini *roſmarinum* appellant, tenues nutriens virgas, in quibus folia longa, tenuia, viridia. Alia eſt fructifera, quam etiam *zeam* a Foranus appellat, ſiue *chamedyoſmon, canchryn oxean, campſanema: macarinthen* Prophetæ: Daci *dracontos*: Ægyptij *ſemen*: Zoroaſter *b theopnoen*: Latini *ſalutarem*. Folia fœniculi ſimilia, ſed aſpera & rotatùm terræ proſtrata, & boni odoris, thyrſo cubitali, furcoſo, cum vmbraculis in ſummitate, in quibus fructum ſiue ſemen plurimum, album, angulosum ac reſinam reſipiens: & cùm fuerit maſticatum, feruorem commouens. Vocatur etiam *canchrys* ſemen ſupradictum: radicem verò tenuem formatam, thuris odorem ſimulantem. Alia infructuoſa, quæ in cæteris ſupradictæ ſimilis, ſed neque thyrſum emittit, neque florem, neque ſemen: vocatur etiam ab alijs *pſoranthemis*, *taurophthalmon*, *parthenion*, vel (vt Ægyptij) *ſacatos*: item Prophetæ *apoſplenos, hydroſelmos*: Latini *malum lentum*: Tuſci *fuſinum*. Alia numero quarta, quæ ſimilis eſt ſupradictis duabus, vocatur à quibuſdam *malobathron*, *ebæſalitis*: Latini *ros terræ*: Ægyptij *nacoſthon*: Prophetæ *dioſpneuma*: ſemen nutriens c'rculatum nigrum, odoratiuum, non incendioſum, radicem interiùs habens album, exteriùs nigram. Sunt autem communiter omnes virtutis

a Soranus

a theopnuen:

utis feruentis acerrimæ, magis in radici-
. Naſcitur locis maritimis,& hortis. Ante-
m thus ſciretur, hac herba homines deos
abant.

1 *Ad dentium dolorem.*

Ierbæ roſmarini radix commanducata,
tium dolorem tollit: vel ſi ſuccum eius in
te tenuerit,mox ſanabitur.

2 *Ad languentes.*

Ierba roſmarino trita cum oleo languidum
nges, mox ſanabitur.

3 *Ad pruriginem in corpore.*

Ierbam roſmarinum terito, & ſuccum eius
vino vetere & aqua calida per triduum
s bibere, ſanabitur.

4 *Ad hepatis vel interiorem dolorem.*

erbæ roſmarini faſciculum concoques
qua, adijcies illi amomum puſillum, vt
e nardi, & palmulas duas, rutæ colicu-
in ſe coque, & aquam earum dabis bibere,
s fiet.

5 *Ad tuſsim,*

erbam roſmarinum cum piperis granis
m, mellis vncijs duabus teres, & facies
llos, & dabis vnum manè & vnum ſerò
dormitum vadit, tuſsim ſedat.

6 *Ad interiorum dolorem.*

erbam roſmarinum viridem, aut aridæ
rem dabis vt ſuprà, mirificè facit.

7 *Ad albuginem in oculis.*

erbæ roſmarini *a* ſuccum commiſces cum
Attico,& inunges,l.beraberis. *a aliàs* pul-
uerem.

8 *Ad*

8 *Ad vulnera recentia.*

Herba rosmarinum contusa cum axungia, imposita optimè facit.

9 *Ad tertianas.*

Herbam rosmarinum contusam in calida aqua sub accessione dabis.

DE PASTINACA. Cap. LXXX.

A Græcis dicitur *agrios staphylinos*, alijs *ceras*, alijs *daucion*: Itali *pastinacam rusticam, erraticam* & *syluaticam*. Nascitur in locis saxosis & aggeribus. Alia est hortualis siue seminalis, & viribus imbecilla. Alia agrestis, quæ appellatur etiam à quibusdam *ceras*, eò quòd cornu fingat: habet comam vt fœniculus, thyrsum tenuem, asperum, in quo vmbraculum, & flores paruos tenues, quorum in medio croceum germen, purpurei coloris, radicem bipalmem, robore digitali, odore iucundam.

1 *Ad mulieres quæ partu laborant, & non purgantur.*

Herbam pastinacam syluaticam decoquant, & de aqua eius se fomentent, sanabuntur.

2 *Ad purgationem mulieris.*

Herbam pastinacam syluaticam decoques, & cum eadem aqua vbi cocta est, grana piperis trigintaquinque commisces, & dabis bibere, mox purgabitur. Facit autem, vt suprà scriptum est, & ad dentium dolorem.

DE

DE PERDICALI. Cap. LXXXI.

Erbam perdicalem Græci *lyſimachion, ſi-derium, alſinen, helxinen, parthenion* dicũ: Latini *muralem* & *parietariam*, alij *herculanam, vrceolariam*, alij *vitriariam* appellāt Sed nomē ıpſit à perdicibus, ſiquidem ipſæ ea aluntur. catur etiam *heraclia*, & *ixinos agrion*, & *alytis, lybatis*, & *polyonymos*. Naſcitur in turribus vel ietibus, habet thyrſos tenues, fruticoſos, ros, in quibus ſemina aſpera, & folia lino- li herbæ ſimilia, rotundiora tamen atque ūta & aſpera, qualitate remordentia atque ıærentia: eſt enim, vt Græci aiunt, virtutis ticæ. Denique ad ſimiles cauſas, ac ſimiliter rnogloſſos herba adhibetur.

1 *Ad podagram.*

Ierba perdicalis coquatur in aqua, & ex em aqua fouebis pedes vel genua, dein- pſam herbam tuſam cum axungia impo- ped bus, panno inductam, vel ſuper genua, bit mirè. Naſcitur parietibus aut macerijs ıggeribus.

DE MERCVRIALI. Cap. LXXXII.

Ercurialis à Græcorum alijs *linozoſtis arrhen*, alijs *hermubotane*, alijs *argyros*, alijs *argyritis*, alijs *arithryllis*, aliquibus ıenion, quibuſdam *thelicon*, alijs *orchion*, & ītis, *arguminos*ꝗ appellata eſt: Ægyptij *aphlo-* Prophetæ *hermu baſilion*: Itali *mercurialem* & *teſticula-*

testiculatam. Frutex est bipalmis, folijs ocimi similibus, atq; ramis inanibus, cũ furcis pluribus atq; densis Et est fœmina maior, quæ appellatur etiã *theligonon.* Latinè *mercurialis fœmina.* Masculus verò vocatur *mercurialis masculata,* id est, *testiculata.* & est minor atq; rotunda, & veluti testiculis binis paruis circa exordiũ ornata.

1 *Ad ventris duritiam.*

Herbam mercurialem coques, & tritam ex passo dabis, statim detrahet, & stomachum purgabit Aut semen eius tritum ex passo dato, idem detrahet & purgabit.

2 *Ad menstrua cienda.*

Herba mercurialis cum oleo irino vel rosaceo admota, mox prouocat sanguinem menstruum.

3 *Ad epiphoras oculorum.*

Herbæ mercurialis folia cum vino albo vetere impone.

4 *Si aqua in aures introierit.*

Herbæ mercurialis succum tepefactum in aurem stillabis, mox liberabis eum.

DE RADIOLO.
Cap. LXXXIIII.

HErba radiolum, quam alij *filicinam* vocãt, similis est filici quæ in lapideis nascitur, vel in parietibus, habens in folijs singulis binos ordines punctorum aureorum.

1 *Ad capitis dolorem.*

Herba radiolo contusa, atque antè curiosè depur-

ırgata,cũ aceto ſcyllitico vſq; adeò cocta,do-
ıppareat,perungito,capitis dolorem tollit.

2 *Ad aluum concitandam.*

'erbæ radioli radicem euulſam,& cultro cor-
n purgatam, cum malua coquito, & ius earũ
tur:ſine labore vel aliquo tedio ventrem de-
t,& omnes æſtus.

DE ASPARAGO AGRESTI. Cap. LXXXIIII.

Ræci *myacantha*, alij *acanthillida* appellauẽ-
re,alij *aſpharagon*,alij *aſparagon agrion*: Lati-
ni *corrudam*, alij *aſparagum agreſtem*,alij *aſpa-
ꝛ ruſticum*,alij *aſparagum noſtrum*.

1 *Ad veſicæ dolorem ſiue tumorem.*

'erbæ aſparagi agreſtis radicem coque in
ꝛ ſextario,in pultario nouo ad quartas, & ie-
.s diebus ſeptem laborans ſumat in potu:
imis diebus balneo vtatur, in frigidam non
endat, neque frigidam bibat,mirificè ſanita-
experietur.

2 *Ad dentium dolorem.*

[erbæ aſparagi ſuccum in ore oportet conti-
:.

3 *Ad elephantioſos.*

Ierbæ aſparagi radix cocta, contrita impona-
:lephantiaco, liberabitur.

4 *Ad renum dolorem.*

Ierbæ aſparagi radix trita cum vino, & pota-
roficit.

5. *Si quis maleuolus deuotauerit hominem.*

Herbæ aſparagi agreſtis radice ſicca cũ aqua fontana deluſtrabis eum,& reſolutus erit.

DE SABINA. Cap. LXXXV.

GRæci eam *nerion* dicunt, alij *brathy*, alij *barython*: Itali *herbam ſabinam* atq; *ſauinam*, alij *ſabinam cupreſſum*. Cupreſſo ſimilis.

1 *Ad morbum regium, ſiue aurriginem.*

Herba ſabina cum melle & vino pota, aurriginem diſcutit cum vino trita idem facit.

2 *Ad capitis dolorem.*

Herbam ſabinam diligenter tritam cum aceto & oleo roſaceo mixtam, capiti & temporibus illinitam, valde dicimus prodeſſe.

3 *Ad carbunculos, vel ignem ſactum.*

Herba ſabina cum melle illinita, mirificè facit.

DE CYNOCEPHALIO, hoc eſt, CAPITE ſiue cerebro canis. Cap. LXXXVI.

GRæci *cynocephalion* dicunt, alij *antirrhinon*, alij *bucranion*, alij *burrhinon*, alij *ameiiſton*, alij *anarrhinon*, alij *pithecion*: Prophetæ *oſireoſtaphen*: Itali *canis cerebrum*, alij *herbam ſimininam*, alij *venuſtam minorem*, alij *opalin gratam* appellant.

1 *Ad epiphoras oculorum.*

Herbæ canis cerebri radicem cum aqua decoque, & de eadem aqua ſubinde oculos foueto, celeriter lenit.

DE

DE ERVSCO RVBOVE.
Cap. LXXXVII.

A Græcis dicitur *batos*, siue *batos idæa*, aliis *cynosbatos*, aliis *syntrophion*, aliis *asyntrophon*: Prophetæ *hæma ibeos*, & *hæma titanu*: Itali cem, alij *rubum*, alij *morum syluaticum*: Daci *man*- ı: Ægyptij *hæmoos*. Cynosbati species sunt e. altera enim est communis, omnibus nota. ra quæ appellatur idæa siue cynos bathos, e est mollis ac lenior comparatione prioris ue minoris. Nascitur sub arboribus vmbrosis erra.

1 *Ad aurium dolorem.*

Erusci herbæ teneræ cymæ succus expressus, efactus & instillatus, ab aurium dolore libe- & persanat. Certum est.

2 *Ad hæmorrhoidas restringendas.*

Erusci herbæ teneras cymas nouem, & myr. syluaticæ cymas itidem nouem, mali granati i cortices tres pistes & decoques simul in a- ı & cùm tepuerit, fomentabis tunc anum. hoc luum facies, mirificè restringit & sanat hæ- rrhoidas.

3 *Ad profluuium mulieris.*

Erusci cymas teneras ter septenas decoques ıqua, vsq; ad tertias, & per triduum ieiunæ in u dabis, ita vt cottidie renoues potionem.

4 *Ad cardiacos.*

Erusci folia per se trita imponuntur mammil- iniſtræ, & sic dolori resistunt.

5 *Ad gingiuarum & labrorum vitia.*

Erufci herbæ cauliculos teneros in vino decoquito,& ipfum vinum in ore contine.

6 *Ad vuam remedium.*

Erufci herbæ folia arefiant in vmbra, crematorum cinere in cochleario tacta refiliet. Præfentaneum eft.

7 *Ad vulnera recentia.*

Herbæ rubi aut flos aut mora imponantur, fine collectionis periculo fanant.

8 *Ad condylomata.*

Herba rubus cum vino decoquitur ad tertias, eoque vino fouentur condylomata, & omnia vitia fedis.

9 *Contra ferpentium & hominum morfus.*

Herbæ rubi folia recentia trita imponant.

DE MILLEFOLIO.
Cap. LXXXVIII.

GRæci *myriophyllon* & *chiliophyllon*, alij *melophyllon*, alij *ftratioticen*, alij *Achillion*, alij *chryfiten*, alij *ambrofiam* dixêre: Latini *millefolium*, alij *militaren*, alij *fupercilium Veneris*, alij *acorũ fyluaticũ*: Galli *bellicocandium*, *vigentianam*: Daci *diodelam*. Nafcitur in paluftribus locis, thyrfo vnius radicis, molli, fuluo, ita coæquato atq; elimato, vt manufactus videatur, folijs fœniculi fimilibus. Hanc herbã Achilles inuenit, vnde vulnera ferro facta fanabat, & ob id Achilleos vocatur, hac fanaffe Telephum dicitur.

1. *Ad*

1 *Ad dentium dolorem.*

ſerbæ millefolij radicem ieiunus manducet rans dentibus.

2 *Ad vulnera ferro facta.*

erba millefollium cum axungia piſata & ima. vulnera purgat & ſanat.

3 *Ad tumores.*

erbam millefolium contuſam cum butyro ribus imponito.

4 *Ad vrinæ difficultatem.*

erbæ millefolij ſuccus cum aceto potus, mi. odeſt & ſanat.

DE RVTA HORTENSI.

Cap. LXXXIX.

Ræcis dicitur *peganos* & *eriphion* : Romani *rutam hortenſem* appellitant. Nota quidem hæc eſt omnibus herba, cuius eſt alte. eſtis atque virtutis acrioris, ſed vtræq; fer. ſsimæ comprobantur. Mutantur etiam no. pro regionum varietate Apud Cappado. pellata eſt *moly* : à quibuſdam *armala*: à Sy. *aſa*. Memorant etiam ad Olcymum fluuium lari *viperalem*, eò quòd interfectibilis earum robetur.

1 *Ad ſanguinem de naribus profluentem.*

rba ruta frequentiùs odorata, ſanguinem ribus mirificè reſtringit.

2 *Ad inflationes.*

rbæ rutæ hortenſis crudæ paululùm edi. in potione ſumito.

3 *Ad stomachi dolorem.*

Herbæ rutæ semen cum sulphure viuo & aceto ieiunus gustato, prodesse dicimus.

4 *Ad inguinum dolorem.*

Herba ruta viridis coquatur ex oleo, deinde cõmisceatur cera, & vt cerato in linteolo vtitor.

5 *Ad epiphoras oculorum.*

Herba ruta cum polenta benè trita & imposita lenit epiphoras: nam & radix eius contusa & inlita eas emendat.

6 *Ad caliginem oculorum.*

Herbæ rutæ rorem matutinum, aut matutino madentis succos collectos in vasculo habeto, & ex eo inunges. Eadem & carbunculis ex aceto tusa imponitur.

7 *Ad morsum canis rabidi.*

a quinq; Herbæ rutæ pondus denariorum a sex ex vino bibatur: plagæ verò imponantur rutæ folia trita cum melle, sale & pice liberabitur.

8 *Ad cardiacos.*

Herbæ rutæ fasciculus cum rosaceo decoquatur, adiecta aloës vncia, & olei: perunctio dolorem sistit.

9 *Ad lethargicos excitandos.*

Herba ruta trita ex aceto infundatur fronti. Eadem ignem sacrum, ex aceto & oleo illinita, sanat.

10 *Ad oculorim aciem.*

Herbæ rutæ folia subinde ieiunus manducet. Aut, herba cum vino trita potui data antidotum est.

11 Ad

11 *Ad profluuium mulieris.*

erbam rutam circumſcribe auro & argento
ore, & ſublatam eam alligabis infra talum.

12 *Si fluit ſemen.*

erba ruta mãducetur ex vino, cũ liquamine.

13 *Ad capitis dolorem.*

e ba ruta ex vino potui detur, & trita capiti
etur cum aceto, & roſaceo oleo.

E MENTASTRO. Cap. XC.

Ræci *calaminthen*, alij *glechon agrion*, alij *hedyoſmon*, alij *oſmiten*: Ægyptij *this*: Oſthanes, Prophetæ *gonon*: *Apollonos*: Latini
ſtrum vocant, alij *nepetam*: Hiſpani *creobula*,
i *mentam*. Huius ſpecies tres memorantur.
nim ſylueſtris folijs ocimi ſimilibus atque
lbidis: & ramis cauliculatis cum flore pur
o. Secunda ſpecies appellatur *agreſte pule*
, quia odore illi ſimilis eſt, & folia pulegio
iter formata, ſed maiora: quam ſpecialiter
ni, vt ſuprà diximus, *nepetam* vocant. Tertia
um folijs menthæ ſimilibus, longitudine à
dicta porrectionibus, thyrſo atque ramis
oribus, ſed inferioribus effectu. Omnium
ra ſunt folia guſtu, atque incendioſa.

1 *Ad aurium vermes.*

Ierbæ mentaſtri ſuccus cum vino auſtero
tus, & in auriculam coniectus, vermes natos
re creditur.

2 *Vt ſcias in cuius ſtella tutela ſis.*

Ierbam mentaſtrum tolle mundus, in lin

teolo mundo habeto, & quando in pane cocto granum frumenti integrum inueneris, simul cum herba ponito, & preceris septem stellas, id est, Solem, Lunam, Martem, & Mercurium, Iouem, Venerem, Saturnum, & sub puluino pone, vt tibi per quietem ostendant, in cuius stellæ tutela sis.

3 *Ad elephantiosos.*

Herbæ mentastri folia frequenter commanducato, sanare certum est.

DE EBVLO Cap. XCI.

GRæci *chamæacten* dicunt alij *chamæsycen*, alij *mecon aphroden*, alij *agrian acten*, alij *euboicen*: Galli *ducone*: Daci *olma*: Itali *ebulum*. Ramis rotundis digitalibus terræ prostratis, succo plenis, folijs lenticulatis, fructu siue semine rotundo, radice tenui.

1 *Ad calculosos.*

Herba ebulum tenerum cum folijs tritum ex vino potui datum, calculos expellit.

2 *Ad colubri morsum.*

Herbam ebulum tene, & antequam succidas eam, ter nouies dices, Omnia mala bestiæ canto: atque eam ferro quàm acutissimo secundùm terram trifariam præcidito, & id faciens, de eo cogitato cui medeberis, reuersus ita ne respicias post tergum, & ipsam herbam contritam morsui apponito, statim sanabitur.

3 *Ad hydropicos.*

Herbæ ebuli radices conteres, & eius succum expressum cyathis quatuor ex vini sextario

tario

) semis potui semel in die dato, hydropicis
lissimè proderit : per anum enim humor
iis detrahitur.

4 *Ad splenis dolorem.*

ſerbæ ebuli radicē ſiccatam, & in puluerem
liſsimum redactam, ex vini cyathis quatuor,
ieris cochlearia tria, in limine ſtans bibat, &
um ſemper ſecum habeat ſine ferro lectum.

DE PVLEGIO. Cap. XCII.

Græci *blechon*, alij *glechon*, alij *leucanthon*, a-
lij *dorcidion*, alij *a poludon*, alij *parthenicon*:
Prophetæ *pantagathon*: Oſthanes *dimoron*:
ni *pulegium*. Quam vim pulegium ſecum ha-
, multi ignorant. Duo genera eius ſunt, ma-
ıs & fœmina. Maſculus florem album ha-
fœmina rubeum ſiue purpureum. Vtrun-
vtile eſt & mirabile : virtutis acerrimæ &
entis. Vocatur ab aliquibus *blechon*, eò quòd
ılantum animalium floris ſuo tempore pa-
ſa. Hoc autem in ſe mirabile habet, quòd
imis æſtatis caloribus floreat, quum ferè a-
erbæ areſcant.

a *aliàs* polyidon,

1 *Capiti ne noceat æſtus aut frigus.*

ſerbam pulegium tecũ aut ſuper aurem aut
annulo portato, hoc & hyeme tota facias,
grauedinem ſenties, nec perfrictionem.

2 *Ad inteſtinorum infantium dolorem.*

ulegium & cyminum tritum ex aqua ſu-
ımbilicum ponito, continuò ſanus fiet.

3 *Contra nauseam stomachi.*

Pulegium tritum, vel in aqua maceratũ cum aceto potui dabis: nauseam stomachi sedat.

4 *Ad veretri pruriginem.*

Pulegium in aqua feruente maceratum tamdiu, donec bibi possit aqua, optimum est, & pruriginem sedat.

5 *Ad ventris dolorem.*

Pulegium commanducatum, & in vmbilico positum, religatum, ne excidat, continuo dolorem discutit.

6 *Ad tertianas.*

Pulegij ramulos tres lana inuolutos odoret ante accessionem. Quòd si quis coronam pulegij in capite habuerit, dolorem sedat.

7 *Si infans in vtero mulieris mortuus fuerit.*

Pulegij codas tres recentes quæ adolent suauiter, tritas in vino vetere optimo, sextarij quartario da bibat, liberabitur.

8 *Ne in naui nausees.*

Pulegium & absinthium simul contere ex oleo & aceto, & nares frequenter frica.

9 *Si mulier minus purgatur.*

Pulegij pondus semiuncia in oxymelite cyathis duobus manè ieiuna bibat.

10 *Si secundæ à partu non sequuntur.*

Pulegij tres discinge codas, & in vino bono da bibat.

11 *Ad vesicæ dolorem, vel calculum.*

Pulegium in vini cyathis duobus benè contri-

ritum ieiunus bibat, & continuò in folium
endat, intra paucos dies sanat, & calculus
tur.

12 *Si quis cor aut pectus dolet.*

legium in aceti cyathis duobus ieiunus
t.

13 *Contra spasmum.*

lem faciat, si spasmus molestus fuerit.

14 *Si mulier obticuerit.*

legium contritū, & in puluerem redactum,
conuolutum subijciatur ab obstetrice.

15 *Ad inflationem stomachi, vel intestinorum.*

legium ex aqua calida contritum, vel ex vi-
ut per se dato: rem miraberis illicò.

16 *Ad morbum articulorum.*

ulegium in oxymellis quartario vel cyathis
s ieiuno da bibere: eijciet bilem, & saniem
m. Idem faciet, vt facilè respiret.

17 *Ad splenis dolorem.*

Ierbam pulegium decoque ex aceto, & id a-
m calida permixtum potui dato. Cæterū ne
l pulegij prægnanti dederis.

18 *Ad ischiam, vel coxarum dolorem.*

Ierba pulegio & pipere æquis ponderibus
s, in balneo perfricabis vbi dolet.

DE NEPETA MONTANA.
Cap. XCIII.

Ræci eam *minthen agrian*, alij *minthen ori-*
non: alij *diaulan*: Prophetæ *hema hammonos*,
alij

alij *gonon hammonos*: Itali *nepetam montanam* siue *syluestrem*.

1 *Ad morsum serpentis.*

Herbæ nepetæ montanæ ex vino tritæ succus expressus cum vino potui datur, & eius folia contrita plagæ vtiliter imponuntur.

2 *Ad tertianas vel quartanas.*

Herbam nepetam montanam in puluerem redactam, sub accessione dabi in aqua calida bibere, liberabitur.

DE PEVCEDANO, Cap. XCIIII.

A Græcis dicitur *peucedanos*, quibusdam *sison agrion*, alijs *agriophyllon*: Prophetæ *agathon dæmona*: Latini *pinastellum*, alij *satanariam* vocarunt. Thyrsum habet vt fœniculus, radicem magnam & nigram grauissimi odoris, succo plenam, atque secundum ipsam, coronam densam, florem nigrum. Succus autem in ea processu temporis augetur, & propterea aliquando præsecta molli radice defluit, atque in vmbra deponitur seruanda. Sole namque vires amittit, sed probatur melior esse flauus & feruens gustatu, & odore grauis, vt in Sardinia & Samothracia.

1 *Ad serpentes fugandos.*

Herba peucedanũ arcet serpentes odore suo. Item cum vetonica & adipe ceruino aut medulla aceto mixta, & morsui imposita, medetur.

2 Ad

2 *Ad phreneticos.*

:erba peucedanum cum aceto capiti infusa
:nè facit.

E INVLA CAMPANA. Cap. XCV.

Ræci *panacen chironion*, alij *panacen centau-*
rion, alij *helenion*: Latini *inulam campanam* ap-
pellant. Habet folia amaraco similia, flo-
urosos, radicem tenuem, non altam, acerri-
gustu, medetur serpente vexatos.

1 *Ad vesicæ dolorem.*

:rba inula, & apij semen, & asparagi, & fœ-
i quoque radices in vnum trita, & in tepida
i data, efficaciter prosunt.

2 *Remedium ad cruciatus dentium.*

:rbam inulam ieiunus commanducet, den-
:nfirmat.

3 *Ad lumbricos.*

:rbæ inulæ folia ex vino trita, mirificè quũ
:tur necant lumbricos.

E CYNOGLOSSA. Cap. XCVI.

Ræci *cynoglosson*, alij *a phrygian*, alij *hemio-* a *al.* pyr-
nion, alij *splenion*, alij *caballion*, alij *scolymon*, gian,
alij *pyrgin*, alij *leucrion*: Ægyptij *zenis*: Itali
m canis, alij *sublabium*, alij *linguam Macedonicā*.

1 *Ad morsum serpentis.*

:rba cynoglossa contrita, & ex vino sumpta,
:o resistit.

2 *Ad quartanas.*

:rba cynoglossa, quæ folia quatuor habet,
, & ex aqua potui data, prodest.

3 *Ad*

3 *Ad eos qui minus audiunt.*

Herbæ cynoglossæ succum ex passo & oleo tepefactum in aurem stillato, mire sanat.

DE SAXIFRAGA.
Cap. XCVII.

A Græcis dicitur *adiantos*, alijs *scolopendrion*, quibusdam *scolymos*, nonnullis *scoliprochos*, *asplenon*, & *prochos agrios*: Ægyptij *phepere*: Itali *saxifragam*, alij *vitem canam*, alij *apruco*, alij *lampago* vocant. Nascitur in montibus, locis saxosis, virgultis nigris lenibus cum splendore, bipalmis, vt coriandrum scissis in summitate.

1 *Ad calculosos.*

Herbam saxifragam contritam ex vino bibendam dato, febricitanti ex aqua calida: tam præsentem effectum exhibet (nosipsi experti sumus) vt eodem die perfractis eiectisque calculis ad sanitatem perducat.

DE HEDERA NIGRA.
Cap. XCVIII.

GRæci eam dicũt *cisson melan*, alij *cissaron*, *cission*, *nysionüe*, alij *chryson meton*: Galli *bolusselon*: Daci *arborriam*: Latini *hederam nigram*.

1 *Ad calculos pellendos.*

Hederæ baccas aut septem aut nouem contritas, & ex aqua potui sumptas, mirificè calculos in vesica congregatos frangere, & extrahere per vrinam certum est.

2 Ad

2 *Ad capitis dolorem.*

:deræ ſucco cum oleo roſaceo mixto, & vino, tempora vel frontem perfricabis: ſe- olorem.

3 *Ad ſplenis dolorem.*

:deræ nigræ grana primò tria, ſecundò que, ter iò ſeptem, quartò nouem, quintò cim, ſextò tredecim, ſeptimò quindecim, iò ſeptemdecim, nonò decem & nouem, nò viginti vnum, in vino bibantur, diurnis is: ſi febricitat, in aqua calida, maximo auxi- noſis auxiliatur.

4 *Ad phalangiorum morſus.*

:deræ radicis ſuccus bibatur, itē vlceribus a ex vino decocta imponatur: mirè ſanat.

5 *Ad nares graueolentes.*

rbæ hederæ ſuccus benè colatus in nares ditur, & nares malè olentes emendat.

6 *Ad aurium vitia, & eos qui minus audiunt.*

rbæ hederæ ſuccus mundiſsimus cum vi- :tillatus, medetur.

7 *Ne caput à Sole doleat.*

:deræ folia molliſsimè trita cum aceto & oſaceo aduerſus omnem capitis dolorem i illinitur.

E SERPILLO. Cap. XCIX.

Græcis dicitur *herpillos*, alij *zygis*, alij *polion*: Ægyptij *a meruopnos*: Latini *ſer- pillum*, alij *cicer erraticum*, alij *cicer ruſticum*. a *al.* meronopus:

Eius

Eius eſt alia hortualis ſiue vſualis, humi ſerpens cum folijs atq; ramis origani ſimilibus, albidioribus quidem, atq; ſampſuchi odorem fingentibus. Alia agreſtis, quæ etiam zygis appellata eſt, non in ſolo ſerpens, ſed directa atq; ſtanti poſitione ſubrecta cum ramis tenuibus atque a horrentibus, longitudine bipalmi, & folijs paruis & anguſtis tanquam rutæ, ſed paulò longioribus atq; plenioribus & anguſtioribus: floribus quoque omnibus in virgis conſtitutis, in ſummitate purpureis, remordentibus linguam, odore iucundo, radice inutili. Naſcitur in petris, vehementior eſt autem quàm rubea, quæ ſeminalis ſiue hortualis appellata eſt.

a *aliàs* lignoſis,

1 *Ad capitis dolorem.*

Herbæ ſerpilli ſucco cum oleo & ſale fricto, & in puluerem redacto, omnibus commixtis caput perunges: ſanabitur. Item ſerpillum decoctum in aceto tritum illinitur temporibus & fronti.

2 *Ad combuſtum.*

Herbæ ſerpilli & anchuſæ ſurculi vnciam ſpumæ argenti vncias tres cum roſa in mortario teres, ceræ punicæ, adipis vrſini & ceruini ſemilibram, ſimul decoques, colabis benè, & impones, conbuſturas perfectiſsimè ſanat.

DE ABSINTHIO. Cap. C.

GRæci *abſinthion*, *barypicron* cognominant: Romani *abſinthium ruſticum*: Ægyptij *ſemi* appellant. Eſt porrò abſinthium omnibus cognitum, cuius probabilius genus eſt

'onticum, virtutis acerrimæ, feruentis & re-
;uētis amaræ. Nascitur locis cultis & mōtuo-
: saxosis. Nascitur & in Tauro monte Cappa-
iæ. Est præterea aliud absinthium marinum,
d quidam *seriphion* vocāt, plurimū in Tapho-
Egypti prouincia, tenuioris fructus aut semi-
supradicta, & angustioribus folijs, neque sic
rum, sed odoris grauioris.

1 *Ad periculum fungorum.*

Ierbæ absinthij succum ex aceto bibat. Hoc
)tinus vir centenarius euasit, quum esset à
;is tentatus.

2 *Ad liuores tollendos.*

Ierbam absinthium in aqua & aceto decoctā
ductam panno, impone: si corpus tenerum
it, ex melle imponito.

3 *Ad lumbricos.*

Ierbæ absinthij & marrubij & lupinorum pa-
ondera in aqua mulsa cocta, vel in vino au-
), bis aut ter in vmbilico imposita, necant
bricos.

4 *Ad inguinum vel intertriginis molestias.*

Ierbæ absinthij & marrubij surculum sumi-
c in semicinctio tecum portato, sanaberis.

DE SALVIA. Cap. CI.

Ræci *elelisphacon*, alij *crosmin*, alij *bechion*, alij
phacon, alij *sphagnon* appellauêre: Ægy-
ptij *anusi*: Latini *saluiam*, alij *tussilaginem*,
:*orsaluium* vocant. Elelisphacos agrestis gra-

 uioris

uioris est odoris. Vsualis verò quæ est boni odoris ac lenioris, saluia vocatur. Est igitur frutex siue sarmentum longitudine porrectum, subalbidum, virgis maioribus & quadratis, cum folijs paulò asperis, odoris boni, & fructu siue semine in summitate ramorum simili orminio agresti. Nascitur asperis locis: & est virtutis redarguentis cum acrimonia, quæ denique pro dictamno sæpe venenum eijcit.

1 *Ad veretri pruriginem.*

Herba saluia decoquatur, & de ea aqua veretrum infricetur.

2 *Ad pruriginem circa anum.*

Herba saluia decoquatur, & de ea aqua inferiores partes fomententur, sedat pruriginem summè.

DE CORIANDRO.
Cap. CII.

GRæci *coriannon*, alij *corion*: Latini *coriandrum*: Ægyptij *ochion* nominant. Omnibus notum, & frigidæ virtutis est.

1 *Ad lumbricos.*

Herba coriandrum coquatur ad tertias in oleo, & in anum mittatur.

2 *Mulier vt citò pariat.*

Coriandri seminis grana vndecim aut tredecim in linteolo mundo de tela alligato, puer aut puella virgo ad femur sinistrũ prope inguen teneat, & mox vt peractus fuerit partus, remedium citò soluat, ne intestina sequantur.

3 Ad

3 *Ad frigora & omnes febrium typos.*

'erbam coriandrum vbi mane videris ad o-
em propositum, accedes ad eum, & proij-
denarium, & tolles fasciculum de coriandro,
ioli nominare, & portes tecum vsquedum
suspecta veniat: quum autem illa transierit,
hil tibi prouenerit, sub sero proijcias illum
te dum ambulas, & noli post te respicere, li-
bit te.

4 *Ad pulices.*

erbæ coriandri aquam in domo sparge.

DE PORTVLACA.
Cap. CIII.

'Græcis dicitur *andrachne*, alijs *theomna*, alijs
cappara, alijs *andremas*: Prophetæ *hema a-
reos*: Daci *lax*: Ægyptij *mothmutim*: Latini
acam, alij *porcastrum*, alij *illecebram*, nonnulli
nthon vocant. Portulaca nota est omnibus:
læ virtutis, atque redarguentis.

1. *Ad a sanguinis nimium pro-
fluuium.* *a alias fœminis*

:rba portulaca sumpta & per se & cum oxy-
bene facit.

2 *Ad stomachi inflammationem.*

:rba portulaca purgat, & in aceto sumpta
inflammationem tollit.

3 *Ad duritiam stomachi.*

:rbam portulacam comedat; mirificè facit
ritiam stomachi.

DE CEREFOLIO. Cap. CIIII.

a Aliàs, bootis.

GRæci *pæderota* vocant, alij *a boopes*, alij *arcto phyllon*: Latini *cerefolium*.

1 *Ad stomachi dolorem.*

Herbæ cerefolij viridis cymas tres colliges, & pulegium in ligno teres, & mellis cochlearium cōmisces diligenter, & papauer viride pariter, & induces stomacho, liberabitur.

DE SISYMBRIO. Cap. CV.

GRæci *sisymbrion*, alij *stephanon aphrodites*, alij *herpillon mega*: Latini *terralem*, *austeralémve*, alij *mentham veneream appellant*. Est quidem similis menthæ, sed latioribus folijs, atque odoris summi, & virtutis feruentis.

1 *Ad vesicæ dolorem & stranguriam.*

b vncijs

Herbæ sisymbrij contriti exceptos succos *b* scrupulis duobus, febricitanti ex aqua calida, non febricitanti ex vino potui dato, mirè remediaberis.

DE OLVSATRO. Cap. CVI.

GRęci *smyrnion* vocāt, alij *hipposelinon*, alij *selinon agrion*: Latini *olusatrū*: Ægyptij *denterobon* Radice intus alba, foris nigra, stomacho cōmoda, non valida: thyrso molli, cauo atq; celso veluti scripturis notato, quas Gręci *grammas* vocant: folijs latis atq; rubris, in quib. coma libanotidi similis: semine nigro, longo, acri, accumulato,

masticatione atque odore aromata simulantute mictualis.

1 *Ad vesicæ dolorem & stranguriam.*

:rba olusatrum trita ex passo in potu sum- tranguriam potenter emendat.

2 *Ad purgationem mulierum.*

·rbæ olusatri semen ex mulso potui dabis, nas purgat.

DE LILIO. Cap. CVII.

ræci *crinon* vocant, alij *lirion*: Latini *lilium*. lij *rosam Iunonis*.

1 *Ad mor'um serpentis.*

·rbæ lilij bulbum conterito & expressos s potui dato: ipsum etiam bulbum tritum ii adponas, mirabiliter sanabitur.

2 *Ad luxum.*

:rbæ lilij folia tusa & imposita efficaciter sa& si tumor fuerit, sedant tumorem.

DE TITHYMALLO. Cap. CVIII.

Ithymalli species sunt septē, quarū alia masculus siue *characias* appellat̄, vel *cometes*, aut *amygdaloides*, atq; *gobios*, *helioscopos*, *meconitis*, Latini *balteū*, *lactucā marinā*: Prophetæ *gonon* Alia fœmina, quā *myrtiten*, vel *caryiten* aut *myr-* appellant: Romani *mutilaginē caprariam*. Tera alios siue *tithymalis*, *peplis tithymalis*, aut *para* con Quarta *helioscopos*, *dendritis tithymalis*: Lacer *columbinū* & *caprago* dicitur. Quinta *cypa-*

risitias. Sexta *dendroides*. Septima *platyphyllos*, siue
a al. titum *persites*: Prophetæ *asclepiu diadema*: Latinè *a tritum* appellatur. Characias igitur nascitur in collibus & montuosis locis, thyrsis vltra longitudinem cubitalem, rubris, succi acrioris atque albi, folijs oliuæ similibus, paulò angustioribus,
b al. iunci sed longioribus: comæ in summitate sunt *b* schœni similes, virgulis porrectis, in quibus veluti caliculi cum semine: radice longa. Educit fel atq; phlegma eius succus subtus ventrem, potui datus obolis duobus cum posca, cum mulso autem etiam vomitum mouet: item emortuos dentes & exesos tollit. Fœmina autem asperis nascitur locis, & alba est, folijs similibus myrti, paulò maioribus ac firmis & acutis, in summitate spinosis, virgultis bipalmis, fructu siue semine nuci simili, qui leniter arguat gustu, ac singulos per annos renascatur. Eius succus plus est vomificus, minus tamen à supradicto. Item paralios appellata nascitur circa mare, ramis bipalmis, erectis, rubris, quinis vel senis è radice venientibus, in quibus folia parua, angusta & longa cum capitello in summitate denso, paruo, in quo semen erui simile, sed varium, floribus albis ex toto, atque succo virtutis superioris. Item helioscopos appellata nascitur in hortis, ramis è radice venientibus quatuor aut quinque, bipalmis, tenuibus, rubris, folijs portulacæ similibus, paulò tenuioribus ac rotundis, capitello anethi similis, fructu siue semine velut in folijs,

ia quam Dei solis motibus vel circumfle-
nibus conuertat, virtute supradictæ similis,
paulò vehementiore. Item cyparissias thyrso
ılmi nigro aut subrubente, folijs pini simili.
,sed paulò mollioribus atq; tenuioribus. Item
dritis nascitur in petris, latior atque rubrior
dictis, folijs myrti tenuioris similibus, fructu
semine vt characias. Item platyphyllos simi-
lis *a* phlomi forma atque virtute. *a al.* verbasco

1 *Ad interiorum dolorem.*

Herbæ tithymalli frutices tere, & ex eodem
o mitte cochlearia duo in cyathos *b* duos vi- *b al.* tres
dato ieiuno bibere, sanabitur.

2 *Ad verrucas tollendas.*

Herbæ tithymalli lactem mixtum cum batra-
herbæ succo si in verrucas imposueris, ter-
ie sanabit.

3 *Ad fistulas.*

Herbæ tithymalli succum cum vino mix-
super exprimito, deinde cæteris fomentis
gato.

4 *Ad c lentiginem: hoc est, lepram.* *c al.* Lichenem:

Herbæ tithymalli florem cum resina deco-
& leprosum illine, non sinet crescere.

DE CARDVO SYLVATICO.

Cap. CIX.

Græci *erysisceptron*, alij *ixian*, alij *d pancrastion*, alij *chamæleonem*, alij *cnidium coccum*, alij *olophonon*, alij *cynomazon*, alij *cynozolon*, *d al.* pancarpon,

a Al. a. alij *ocymoides*: Latini *carduum a varium*, *carduum irinum*, *carduum lacteum*, *carduum nigrum*, alij *vernilaginem*, *vstilaginem*. Nascitur in pratis & secus vias. Chamæleon herba est, alia nigra, alia alba, quæ etiam ixia vocatur: siquidem in ortu caniculæ quibusdam locis secundum eius furcas album viscum reperiatur. Habet folia supra radicem crebra, aspera, spinosa atque terræ prostrata, simul cum thyrso solam spinam in medio mittit, carduo similem, flores purpureos tenues atque tensos, ac deinde albescentes, fructum siue semen cnici herbæ similem, radicem robustam, albam, ex alto mollem, graueolentem, gustu dulcem. Item nigra, quæ etiam *cynozolon* à Forano & Dioscoride est appellata, siquidem præfocet non aliter quàm synanchica pasio. Habet folia tenuiora atque breuiora, rubra, pinguiora, thyrsum robore digitali, longitudine sæpe palmorum quatuor, fuluastrum, ex quo vmbraculum tenue cum floribus spineis, radice valida, nigra, densa, aliquando etiam exesa vel corrosa, fuluastra, quæ interitus masticata remordeat. Vocatur autem *chamæleon*, propter foliorum varietatem.

1 *Ad infirmitatem stomachi.*

Herbæ cardui syluatici, quam habet in capite summo medullam viridem, dato ex oxygaro edat, liberabitur.

2 *Vt occursus malos non timeas.*

Herbam carduum syluaticum, si Sole nouo fuerit Luna in Capricorno, tolles: & quamdiu

tecum portaueris, nihil mali tibi occurret.

DE LVPINO. Cap. CX.

A Græcis vocatur *hermos orinos*: à Romanis *lupinus montanus*. Nascitur secus sepes, aut locis sabulosis.

1 *Ad lumbricos & tineas.*

Herbam lupinum montanum contere cum ce, & dato ex aceto cyathum vnum bibe sine mora eijciet lumbricos. Item infanti absinthio tritum in vmbilico impones, libe tur,

DE LACTERIDE. Cap. CXI.

A Græcis dicitur *lathyris*, *coccos gnidios*, alij *chamæleam* dicũ, alij *a eupolin*, alij *b epantemõ*: Ægyptij *otetim*: Itali *citocacium*; alij *lacteridẽ* cuparunt. Nascitur locis cultis & sabulosis, so cubitali, roboris digitalis, inanis, cuius in mitate furcæ atq; folia longa vt in aristolo, fructu in summitate ramorum trigono, & ti rotundo vt capparis, in quo tria semina ecta folijs abinuicem discernuntur, rotunda, uo maiora, quæ depurgata spolijs depositis reperiuntur & dulcia.

a al. euphaulin. b al. eupantheon.

1 *Ad duritiam ventris.*

Herbæ lacteridis semen quod est granum, is ex eo purgata grana octo potui in aqua frigi-

frigida, & mox aluum concitat.

DE LACTVCA LEPORINA. Cap. CXII.

NAscitur lactuca leporina locis sabulosis. Lepus cum æstate à nimio deficit æstu, hac herba remediatur, ideo *lactuca leporina* dicitur.

1 *Ad febricitantes.*

Herbam lactucam leporinam suppones sub puluino infirmo nesciente, remediabitur.

2 *Si pili oculis obstant.*

Herba lactuca leporina pilos oculis obstantes summè relegat.

DE CVCVMERE SYLVATICO. Cap. CXIII.

a al. eritinon,

GRæci *elaterion*, alij *sicyonagrion*, alij *a grynon*, alij *balin*, alij *bubalion*, alij *scorpion*, alij *pherombron*, alij *peucedanon*, alij *notion*: Itali *cucumerem anguinum* & *cucumerem syluaticum*: Prophetæ *hæma ictinos*: Punici *custimezara*. Nascitur locis arenosis, & maritimis & calidis: folia simulans cucumeris vsualis cum virgultis breuioribus, radice alba, magna, & fructu longitudine digitali. Totus autem frutex amarissimus.

1 *Ad neruorum dolorem & podagram.*

Cucumeris syluatici radices in olei cibarij pon-

ndo tribus decoques ad tertias, & exinde per-
ges, sanabitur.

2 *Ad aborsum.*

Herbæ cucumeris syluatici radices in aqua ad
tias coquantur, & inde se sublauet. Si quis au-
n ieiunus fructum eius ediderit, periclita-
ur: ideoque quisque abstineat, neque man-
:et.

3 *Ad tumores & collectiones.*

Cucumeris syluatici radix cum polenta asper-
umores spargit.

4 *Ad humorem aurosum.*

Herbæ cucumeris syluatici contritæ succum
reffum in nares contra Solem iaciat, omnem
norem aurosum per nares eijciet. Cum aceto
octa valet contra podagram.

DE CANNABI SYLVATICA.
Cap. CXIIII.

Annabis alia est vsualis, alia agrestis, quã
nonnulli *hydrastinam*: Itali *terminalem* ap-
pellitant. Radice similis althææ, quam nos
um appellamus. Nascitur locis asperis, & se-
vias ac sepes,

1 *Ad mammillarum dolorem.*

Ierbam cannalem syluaticam tusam cũ axun-
mponas, discutiet tumorem: & si collectio
it, exsparget.

2 *Frigore exustis.*

:annabis syluaticæ fructum tritum cum
:æ semine subiges aceto, & eis impones.

DE

DE RVTA MONTANA.
Cap. CXV.

GRæci *peganon orinon*: Itali *rutam montanam* vocauêre. Nascitur in montibus, locis asperis.

1 *Ad caliginem oculorum & vlcera.*

Herbæ rutæ montanæ roscidæ folia decocta in vasculum vitreum mitte, & vinum vetus admisce, & sic inunge.

2 *Ad præcordiorum dolorem.*

Rutam syluaticam contunde in vase ligneo, deinde de puluere tribus digitis quantum prehendere potueris, mitte in calicem, & vini cyathum vnum, & aquæ calidę cyathos duos: da bibat, & contineat se in lecto modicum, mox sanus erit.

3 *Ad hepatis dolorem.*

Herbæ rutæ syluaticæ manipulum in olla noua & aquæ heminis tribus, mellis tantundē adiecto, fac inferuescat, idq; per triduum facies bibere, & sic plures poteris sanare.

4 *Ad difficultatem vrinæ.*

Herbæ rutæ cauliculos nouem conterito, additis aquæ cyathis tribus, & aceti hemina, & subferueat, & da bibat continuos dies nouem, sanus fiet.

5 *Si mulier intrinsecus aliquid mali habuerit.*

Herbę rutæ syluaticæ semen contritū ex vino austero da bibat præter partum, liberabitur.

6 Ad

6 *Ad stertentes vino.*

Rutæ syluaticę semen cũ vino potũ, mirè facit.

7 *Ad eos quos scorpio percusserit.*

Rutæ syluaticæ semen contritum ex vino da potui, dolorem sedat.

DE HEPTAPHYLLO. Cap. CXVI.

Græci *heptaphyllon*: Latini *septifolium* dicunt. Nascitur locis cultis & sabulosis.

1 *Ad pedum dolorem.*

Herba septifolio trita & cum *a* luto mixta, pe. a oleo. s perunges, tertio die dolorem tollit.

DE OCIMO. Cap. CXVII.

Ocimum est herba notissima atq; difficilis digestionis, & mutatione sui instabilis, & virtutis mictualis.

1 *Capitis dolori medendo.*

Herbam ocimum tritam cum oleo rosaceo myrtino vel aceto fronti imponas, mirabili- capitis dolorem sanat.

2 *Ad epiphoras oculorum.*

Ocimũ ex vino optimo tritũ, oculis illinitur.

3 *Ad renes.*

Herbæ ocimi succum in mali granati cortice tum da vt bibat, mirificè auxiliatur.

DE APIO. Cap. CXVIII.

Græci *selinon*, *melissophyllon*: Prophetæ *hæma oru*; Romani *apium*. Omnibus notum est,

est, acerrimæque virtutis atque mictualis.

1 *Ad epiphoras oculorum.*

Herba apio trita bene cum pane molli, oculi tegantur, mirificè sanat.

2 *Ad arsuram stomachi.*

Herbam apium decoque in aqua, & ex ea aqua da vt bibat, statim sedat sitim.

DE HEDERA CHRYSOcanthi. Cap. CXIX.

A Græcis dicitur *cissos*, & *chrysocanthos.* Sic appellata, quòd grana aurei coloris ferat.

1 *Ad hydropicos sanandos.*

Hederæ chrysocanthos grana viginti in vini sextario conterantur, & ex vino terni cyathi bibantur per dies septem, & per vrinam lienis hydrops exinanietur.

DE MENTHA. Cap. CXX.

HEdyosmos Græcis: Romanis *mentha* dicitur. Est suaui odore. Nascitur in hortis. Virtutem habet thermanticam & stipticam.

1 *Ad ignem sacrum.*

Herbæ menthæ succus expressus adiecto sulphure & aceto, de penna inunctus, sine mora dolorem sedat.

2 *Vlceribus in capite manantibus.*

Herba mentha contrita & imposita, vlcera siccat. Lege eam mense Augusto, mane primo priusquam Sol exeat, mundus, ad omnia sic dicens: Te precor herba hedyosmos per

eum qui nasci te iussit, venias ad me hilaris
uis virtutibus & effectu tuo, & ea mihi præ-
quæ fide à te posco.

DE ANETHO. Cap. CXXI.

1 *Ad veretri dolorem.*

HErbam anethum combure, & in cinerem eius commisce cum melle, deinde vulnus foue ex aqua, dein myrtino oleo calido, & sic medicamen impone.

2 *Loci mulierum si dolent.*

erbæ anethi medicamine suprà scripto pes- factum inijciatur ab obstetrice.

3 *Ad capitis dolorem.*

erbæ anethi flores cum oleo decoque, & oribus illinito & alligato, mirificè dolorem is aufert.

DE ORIGANO. Cap. CXXII.

ORiganon à Græcis *heracliotikon, onitis, ascle-pion, panaces, conila* appellatur: Latini *cunilā gallicam* & *origanum* nominant. Species int tres. Prima appellata est *heracliotice*, ha- folia in similitudine hyssopi, velut scissili aculo cum semine in summitate virgarum equenti vel denso. Alia est *onitis* appella- illima thyrso hyssopi, sed albidior, folijs mine iugi ac denso, & in corymborum vi- endêti. Tertia agrestis appellata est *panaces, epion*, aut *conile*, vt Nicander posuit cum virgis

virgis bipalmis tenuibus, cum vmbraculo simili anethi, & floribus albis, radice tenui, folijs tanquam communis origani. Sed sunt omnes acerrimæ virtutis ac feruentis.

1 *Ad tussim.*

Herbam origanum commanducet, miraberis effectum. Item origanum in puluerem mollissimum tritum, & mel vsque ad tertias decoctum, misce, & exinde figurabis trochiscos, & dabis bibere in aqua calida, tussim potenter aufert.

DE SEMPERVIVA.
Cap. CXXIII.

GRæci *aizoon*, alij *aithales*, alij *erithales*: Latini *semperflorium*, & *semperuiuum*, siue *vitalem* nominant. *Semperuiuum* nomen sumpsit, quòd sit semper viridis atque vigens. Nominatur ab aliquibus *stergethron*, eò quòd amorifica iudicetur, vnde & pro foribus à plurimis ponitur, caussa expellendi odia. Est etiam ambrosia dicta, propter vsum sacrum. Item *buphthalmos* & *zoophthalmos* appellata est propter schema. Cubitales euomit thyrsos, robore digitali, facile vigentes atque pingues, cum folijs pinguibus maioris digiti crassitudine linguatos: hoc est, linguam simulantes in summitate, inferiora verò supinata, sed in capite præstricta, rotunditatem oculi simulantia. Nascitur locis montuosis, in domibus etiam plurimi

ırimi nutriendam ferunt. Nafcitur quoque
rua in parietibus atque petris & rupibus ac
ɔulturis & vmbrofis locis. Et vocatur ab ali-
ibus *erithales*, vel *micron aizoon*, quod à præ-
ipta parua fit in forma, ex vna radice pluri-
ɔs emittens thyrfos fupernatantes vel cir-
ndatos folijs pinguibus, in fummitate acu-
, ex medio tamen thyrfum bipalmem cum
ribus tenuibus & viridibus. Sed eft cõmu-
virtus femperuiui herbæ conftrictiua fiue
larguens, à Græcis *ftiptica* appellata. Deniq;
eofdẽ vfus & taliter hæc adhibetur, ad quos
rdicion & arnogloffon herbæ. Quidam etiã
tiam fpeciem addunt, quam Græci *agrian an-
chnen* vocant; vel *telephion*: Latini *illecebram*,
oribus folijs & hirtis vt portulacæ. Nafcitur
ɔetris, & habet virtutem acriorem vlceran-
n: cum veteri denique adipe fcrofis adhibe-
, fed & duritias diffoluit.

1 *Ad apoftemata.*

Herbam femper viuum cum axungia & pa-
& coriandro fimul tritam, vice malagmatis
pone: mirificè aut fpargit, aut rumpit.

2 *Ad hemitritæum.*

Herbæ femperuiuæ folia quinque trita in
ua calida, potui dentur.

DE FOENICVLO.

Cap. CXXIIII.

GRæci *marathron*: Latini *fœniculum*. Om-
nibus notum. Vrinam mouet cibo
datum, lac prouocat. Ex eius thyrfis

aaaa fiue

siue folijs succus sole præsiccatus acuit visum. Præterea semen eius in virore constitutum cũ suis virgultis, itemque radix. Apud Hiberiam etiam succum dimittit tempore quo florescit, admoto igne ex æstu eius thyrsus succum dimittit, qui præ cæteris melior probatur ad acuendum visum.

1 *Ad tusim.*

Herbæ fœniculi radicem tusam in mero ieiunus bibat per diem nouem, sanabitur.

2 *Ad vesicæ dolorem.*

Herbæ fœniculi viridis fascem, & apij viridis radicem, & asparagi agrestis radicẽ in pultarium nouum mittes, & aquæ sextarium vt simul ferueant ad quartas: & ieiunus bibat per dies septem vel plures, & balneo vtatur, ita vt in frigidam non descendat, neque frigidam bibat, vesicæ dolorem sedat sine more.

DE ERIPHIO. Cap. CXXV.

Græci *eriphion* dicunt. Itali *rutam agrestem* indigitant. Nascitur in Gallia in monte Soracti Figuram habet apij, florem purpureum, simi'em nasturcio, septem radicibus totidemq. ramulis asperis minimisq; irriguis, ipsa autem patula humo, omni florens tempore, semen habet tanquam faba.

1 *Phthisicis curandis.*

Herba eriphion pisata & malagmatis instar imposita, sanat. Succum eius in potu dato, miraberis virtutem eius.

DE PETROSELINO.

Cap. CXXVI.

Græci *petroselinon*, alij *smyrnion*: Latini *apiũ syluaticum*. Nascitur in petris, sed est summum ac probabile Macedonicum, odoris boni: hoc est, aromatici, sapore dulce, vrinã mouens, medetur ventositati stomachi atque coli & his similibus.

1 *Ad serpentium morsus.*

Herbæ petroselini puluerem mollissimum pondere drachmæ vnius ex vino potui dabis, & ipsam herbam cõtritam plagæ impones, miraberis bonum effectum.

2 *Ad neruorum dolorem.*

Herba petroselinon trita & imposita, neruorum dolorem sedat.

DE BRASSICA SYLVATICA. Cap. CXXVII.

Græci *cramben*, alij *cynocharon*, alij *cynanchẽ*, alij *cynocramben* nuncupant: Latini *brassicam rusticam*, & *brassicam* aliqui *caninam*: Punici *butzutzim*.

1 *Ad tumores quoscunq;.*

Herbę brassicę syluaticę folia cũ axũgia vetere pisata, et cõmixta quasi malagma induces linteolo grosso, aut in aluta & impones, sanabit.

2 *Ad lateris dolorem.*

Herbã brassicã syluaticã impones, vt suprà.

3 *Ad podagram.*

Herbam brassicam conficies vt suprà. Quod

 si ve-

si vetustissimus dolor fuerit, eò magis efficacior erit salus.

DE BASILISCA. Cap. CXXVIII.

BAsiliscam Græci, Latini *regulam* nuncupāt. Hęc herba basilisca illis locis nascitur, vbi fuerit serpens basiliscus. Non vnū genus est eorum, sed genera sunt tria. Vnus enim est holochrysos, capite aureo. alius stellatus. tertius sanguineus, vt minium, & ipse capite aureo. Hos omnes hęc herba basilisca facilè obtinet, si quis eam secum portauerit: sed nec visa mala eos nocere possunt. Holochrysos autē, qui dicitur & chryseos, quod viderit insufflat & incendit. Stellatus autē, qui & chrysocephalos asteritis, hic quod viderit, arescit & occidit. Tertius aūt, qui & hæmatites & chrysocephalos, quod viderit vel percusserit, defluet, vt ossa per se remaneant. Omnes violentias eorum hæc herba regula obtinet. Si quis homo eam secū habuerit, ab omnibus serpentium generibus erit tutus. Est autē herba talis similis *a* rutæ, folijs oblongioribus & angustis & asperis nigrioribus. radix eius pedi vrsi similis, lactē habens aurosum, similē chelidonię, florem aūt *b* chrysococcum. Qui eam leget, sit mūdus, & circumscribat eam auro & argento, cornu ceruino, ebore, dente aprino, cornu taurino, & fruges mellitas in vestigio ponat. Hac vtebatur Imperator Augustus. Stomachi dolorem cōpescit: neq; iecoris aut splenis, nec renū, nec cordis doloribus obnoxium

a alias salici.

b al. chrysocroceū.

obnoxium esse finit, atq; ischia, neq; spasmus, ut tussis aut coli dolor, neq; hydrops eum tẽ- abit: suspirium & pectoris dolores & lateris se- lat, & serpentium morsus extenuat, spissos hu- mores intra corpus & fel ruffum per ventrem & per vrinam deducit, renes purgat, & qui ve- nena accipiunt, eos à periculo mortis liberat: & breuiter omni corpori quod ea vsum fuerit, dat fortitudinem & sanitatem restituit, in quo a- liud firmius nihil est.

L. APVLEII MADAVRENSIS PLATONICI LIBER, DE SYLLOGISMO CATEGORICO.



STVDIVM Sapientiæ, quod Philosophiã vocamus, plerisq; videtur tres species seu partes habere: Naturalem, Moralem, & de qua nũc dicere proposui, Rationalẽ, qua continetur ars disserendi. Sed quum disseramus de Oratione cuius variæ sunt species, vt Imperandi, Fauendi, Miserandi, Admirandi, *a* Contendendi, Obiurgandi, Pœnitendi, Mandandi, Succensendi, Optandi, Fouendi, Irascendi, Obediendi, Inuidendi, Deplorandi, tum *b* Voluntatem afferendi, tum Metum incutiendi, in quibus oratoris

a cõtemnendi

b Voluptatẽ afferendi.

 toris

toris excellentis est lata anguste, angusta late, vulgata decenter, vsitata noue, noua vsitate, extenuare magna, maxima e minimis posse efficere, aliaque id genus plurima; est vna inter has ad propositum potissima, quæ Pronunciabilis appellatur, absolutam sententiam comprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia, quam vocat Sergius effatũ, Varro proloquium, Cicero enunciatum, Græci πρότασιν, tum axioma; ego verbum è verbo, tum a propensionem, tum rogamentum, familiarius tamen dicetur propositio. Propositionum b ergo perinde vt ipsarum conclusionum duæ species sunt. Altera Prædicatiua, quæ etiam simplex est, vt si dicamus: *Qui regnat, beatus est.* Altera substitutiua, vel conditionalis, quæ etiam composita est, c vt si dicas: *Qui regnat, si sapit beatus est*: Substituis enim conditionem, qua, nisi sapiens est, beatus non est. Nos nunc de Prædicatiua dicemus. quæ natura prior est, ac velut elementum substitutiuæ. Sunt & aliæ differentiæ quantitatis & qualitatis. Quantitatis quidem quod aliæ vniuersales: vt *Omnis spirans viuit.* Aliæ particulares: vt *quoddam animal non spirat.* Aliæ indefinitæ: vt, *animal spirat.* Non enim definit vtrum omne an aliquod. Sed tamen pro particulari semper valet, quia tutius est id ex incerto accipere quod minus est. Qualitatis auté, quod aliæ dedicatiuæ sint, quæ dedicant aliquid de quopiam: vt, *virtus bonum est.* Dedicat enim virtuti inesse bonitatem. Aliæ

a protensionem,
b igitur
c vt, *Aiax, qui*

Aliæ Abdicatiuæ, quæ abdicant aliquid de uopiam; vt, *voluptas non est bonum*: Abdicat e= im voluptati inesse bonitatem. At Stoici anc quoque dedicatiuam putant, quum di= int: *Euenit cuidam voluptati bonum non esse.* Er= o *a* dedicat quid euenerit ei, id est, quid sit. lcirco Dedicatiua, inquiunt, est, quia in quo egauit esse, dedicat id quod non videtur esse. olum autem abdicatiuum vocant, cui ne= atiua particula præponitur. Verùm hi qui= em quum aliis, tum in hac re vincuntur, si= ii ita rogauerit. *Quod nullam substantiam habet, n est.* Cogentur enim secundum quod di= int confiteri esse quod non est, quod nul= m substantiam habet. Cæterùm est Propo= io, vt ait in *b* Timæo Plato, quæ duabus pau= ssimis orationis partibus constat, nomine verbo: vt, *Apuleius disserit*, quod aut verum t falsum est, & ideo Propositio est. Vnde idam rati sunt has duas solas orationis se partes, quod ex ijs solis fieri posit ora= o perfecta, id est, quod abundè sententiam mprehendant. Aduerbia autem & Prono= ina & Participia & Coniunctiones, & id nus cætera quæ Grammatici numerant, on magis partes orationis esse quam na= um *c* amplustria, & hominum pilos, aut rtè in vniuersa compage orationis vice cla= rum & picis, & glutinis deputanda. Porrò duabus prædictis partibus, altera Subie= iua nominatur veluti subdita: vt *Apuleius*.

a dicit

b Theæteto

Duæ partes orationis secundum nonnullos.

c Aplustria

Subiectiua.

Declaratiua. Altera Declaratiua: vt *disserit*; vel **non disserit**: Declarat enim quid faciat Apuleius. Licet autem eadem *a* imminente, vtramuis partem *b* plura verba protêdere, vt si pro *Apuleio* dicas, *philosophon Platonicum Madaurensem.* Item pro *disserendo*, dicas eum *vti ratione*. Plerumq; autem Subiectiua minor est, Declaratiua maior. Et nô hanc modò, sed alias etiam subiectiuas comprehendens: non enim solus Apuleius disserit, sed etiam plurimi alij qui sub eadê declaratione possunt côtineri, nisi fortè proprium cuiuspiã de eo declararetur. Vt si dicas: *Qui equus, hinnibile est.* At proprium est equi, hinnire. Et idcirco in ijs proprijs par est Declaratiua, par subdita, ac non vt in cæteris, maior; quippe quum eadem posit mutata vice, subdita fieri, & quam prius habuerit subditam, nunc habere sui Declaratiuam: vt si conuerso ordine ita dicas, *Quod hinnibile est, equus est.* At non itidem vbi impares partes sunt, conuertere vices posis: Non enim quia verum est, *Omnem hominem animal esse*; idcirco si *c* quæras verum erit, *Omne animal hominem esse.* Neque enim vt Proprium est equi hinnibile, ita proprium homini est animal esse, quum sint animalia innumera. Agnoscitur hic de pluribus Declaratiua, licet conuerso ordine rogamentum proponatur. Primò quidem plura côprehendere potest Declaratiua quàm subdita; dehinc quod nunquã vocabulo sed semper verbo terminatur. Quo præcipuè etiã nullis proprietatibus à pari Subiectiua

a vi manente,
b in plur.
c conuertas

ctiua discernitur. Id etiam pro similitudine tenendū est, quia sicut propositiones Definitæ & Indefinitæ: ita etiam cōstat particulas tam Subiectiuas quàm declaratiuas partim definitas esse; vt, *homo animal.* partim in definitas; vt, *non homo, non animal.* Non enim definiunt quid sit, quum hoc non sit, sed tantū ostendunt præter hoc aliud esse. Nunc dicendum est quemadmodum & illæ propositiones affectæ inter se sint, quas non ab re est in quadra formula spectare. Sunt igitur in superiore linea, vt infrà scriptum est, vniuersalis Prædicatiua & Abdicatiua: vt, *Omnis voluptas bonum est: Nulla voluptas bonum est*; dicanturq; hę inter se incongruę. Item in inferiore linea, sub vtraq; particulares subnotātur: vt, *Quædā voluptas bonū est: Quædā nō est bonum*: dicanturque hæ inter se suppares: deinde obliquæ ducantur lineæ angulares, altera *a* pertingens ab vniuersali Dedicatiua ad particularem Abdicatiuam; altera ab vniuersali Abdicatiua ad particularem Dedicatiuam, quæ inter se & qualitate & quantitate contrariæ *b* alterutris nominentur, quod iam necesse est alterutram veram esse, quæ dicitur perfecta & integra pugna. At inter suppares & incongruas diuidua pugna est: Quod incongruæ nunquam quidem fiunt simul verę, interdum tamen simul mentiuntur. Suppares autem, mutata vice, nunquam quidem simul mētiuntur, interdū tamen fiunt simul verę. Et ideo vtriusuis harum reuictio confirmat alteram.

a pertinens

b alterutris

Non tamen & vtriusuis confirmatio reuincit alteram. De incongruis qui vtramuis posuit, vtique alteram tollit; non tamen mutata vice, qui vtramuis tollit, *a* vnquam alteram ponit. Enimuerò qui de *b* Alterutris vtramuis comprobat, nunquam alteram *c* refutat: qui vtramuis tollit, vtique alteram comprobat. Cæterùm vniuersalis vtrauis particularem suam comprobata vtique confirmat, reuicta non vtique infirmat. Particularis autem, versa vice vniuersalem suam reuicta vtique infirmat, probata non vtique firmat. Hæc omnia sic esse vt diximus, *d* ex Propositionibus facilè ostenditur infra scriptis.

a vtique
b Alterutris qui
c refutat: & qui alterá refutat, vtique alt.
d ex ipsis Prop.

Omnis voluptas bonum est	*Nulla voluptas bonum est*
Quædã voluptas bonum est	*Quædam voluptas non est bonum.*

Certum est enim quod concedat qui aliquid proposuerit. Destruitur autẽ vtrauis vniuersalis trifariam. Dum aut particularis eius falsa ostenditur, aut vtrauis ex duabus cæteris vera, siue incõgrua, siue subiectiua. Instruitur autem vno modo, si alterutra eius falsa ostẽditur. Cõtrà Particularis vno quidẽ modo destruetur, si alterutra vera ostenditur. Instruitur autẽ trifariam, si aut vniuersalis eius vera est, aut vtrauis ex dua-

ex duabus cæteris falsa, siue suppar *a* eius subalternatiua. Eadē seruamus etiam in æquipollentibus propositionibus. Æquipollentes autem dicuntur, quæ alia enunciatione tantundem possunt, & simul veræ fiunt, aut simul falsæ. Altera ob alteram scilicet sicut indefinita & particularis. *b* Omnis Propositio si assumat in principio negatiuam particulam, fit altera eius æquipollens, vt quum sit vniuersalis praedicatiua, *Omnis voluptas bonum est*, si ei negatio proponatur, fiet, *Non omnis voluptas* c *bona.* Tantundem valens, quantum valebat altera eius, *Quædam voluptas non est* d *bona.* Hoc in cæteris tribus propositionibus intelligendum est. Deinde de conuersione. Conuersibiles propositiones dicuntur vniuersalis Abdicatiua, & Alterutra eius, id est, particularis dedicatiua, eò quòd particulæ earum Subiectiua & Declaratiua *e* possunt inter se seruare vices, permanente conditione veritatis & falsitatis. Nam vt vera est Propositio, *Nullus prudens est impius*; ita, si conuertas partium vices, verum erit, *Nullus impius prudens.* Item vt falsum est, *Nullus homo est animal*: ita si conuertas *f* falsum est, *Nullum animal homo.* Pari ratione & particularis dedicatiua conuertitur, *Quidam Grammaticus homo est*; & *Quidam homo Grammaticus est.* Quod duæ cæteræ Propositiones semper facere non possunt, quanquam interdum conuertantur, nec tamen idcirco cōuersibiles dicuntur: Nam quod alicubi fallit,

a eius siue subiect.

b Itē omnis

c bonum.

d bonum.

e possunt semper int.

f falsa erit,

pro certo repudiatur. Ergo vnaquæq; Propositio per omnes significationes reperienda est, an etiam conuersa congruat. Nec innumeræ sunt istæ, sed quinque solæ: aut enim proprietas declaratur alicuius, aut genus aut differentia, aut finis, aut accidens. Nec præter hæc vnquam inueniri potest vlla Propositio: vt si *hominem* substituas, quicquid de eo dixeris, aut proprium significaueris, vt *cachinnabile*: aut genus, vt *animal*; aut differentiam, a aut rationalis: aut definitione; vt, *animal rationale mortale*: aut accidens, vt *Orator*. Quippe omne declaratiuum alicuius, aut potest vicissim eius fieri subiectiuũ, aut non potest. Sed si potest; aut significat, quid sit, & est Definitio: aut non significat & est Proprium. Sin autem non potest, aut id est quod in Definitione poni debeat, vt est Genus vel Differentia: aut quod non debeat, vt est Accidens. Igitur per hæc agnoscitur particularis Abdicatiua non esse conuersibilis. Vniuersalis autem Dedicatiua & ipsa quidem non est conuersibilis, sed particulariter tamen potest conuerti. vt, cùm sit *Omnis homo animal*; non potest ita conuerti, vt sit *Omne animal homo*: sed Particulariter potest. *Quoddam animal homo*. Verum hoc in simplici Conuersione, quæ in conclusionum illationibus Reflexio nominatur. Est enim & altera Propositionum conuersio, quæ non tantùm ordinem, sed etiam ipsas particulas in contrariũ perducit; vt q̃ Definita est, Indefinita fiat; & contrà quæ Indefinita est, Definita

a vt rationale: aut definitionem,

Definita. Hanc conuersionem vicissim reliquę duæ admittunt, vniuersalis Dedicatiua, & particularis Abdicatiua: vt, *Omnis homo, animal; Omne non animal, non homo.* item, *Quoddam animal non est rationale; Quoddam non rationale, animal* Id ita esse perpetuò vt dicimus, per illas quinq; prædictas species explorabis. Coniugatio autem Propositionum, dicitur ipsa connexio earũ per aliam communem Particulam qua inter se copulantur. ita enim possunt ad vnam Cõclusionem consentire, quæ Particula communis necesse est aut in vtraque propositione Subiecta sit, aut in vtraq; Declarans: aut in altera Subiecta, in altera Declarans. Tres igitur formulæ fiunt. quarum prima dicatur, cùm illa cõmunis particula in altera Subiecta, in altera Declarans est. qui ordo non tantùm enumeratione, sed Conclusionum dignitate contentus est. Quippe vltima est formula tertia, quia nihil in ea nisi Particulare concluditur. Hac superior est secunda, quæ habet Conclusiones vniuersales, sed tamen Abdicatiuas tantùm. Et ideo sic prima pollet, quia in omne genus Illationum concluditur. Dico autem Illationem vel illatiuum Rogamentũ, quod Acceptionibus colligitur & infertur. Porrò Acceptio est propositio quæ conceditur à respondente, vt si quis ita proponat. *Estne omne honestum, bonum?* Propositio est, & si assentire se dicet; fit Acceptio, remota interrogatione: quæ & ipsa tamen cõmuniter appellaẽ Propositio: *Omne honestũ, bonum est.*

num est. Huic iunge alteram Acceptationem similiter propositam & concessam, *Omne bonum, vtile est*. Ex hac coniugatione, vt mox ostendemus, primi modi fit Illatiuum, si directim, Vniuersale, *Omne igitur honestum, vtile est*: si reflexim, Particulare; *Quoddam igitur vtile, est honestū*: quia particulariter tantùm in Reflexionibus cōuerti potest vniuersalis Dedicatiua. Directim autem dico inferri, cùm eadem Particula Subiecta est tam in cōiugatione quàm in ipsa illatione, itemq; Declarans se eadem, cùm est vtrobiq;. reflexim verò, cùm hoc fit versa vice. Cæterùm tota ratiocinatio ista quæ acceptionibus & illatione constat, & collectio vel conclusio nominatur, secundum Aristotelem commodissimè potest ita definiri: *Oratio, in qua concessis aliquibus aliud quiddam præter illa quæ concessa sunt, necessariò euenit, sed per illa ipsa concessa*. In qua definitione & Orationis species non alia quàm pronuntiabilis intelligenda est, quæ, vt suprà diximus, sola aut vera est aut falsa. Et, *concessis aliquibus*, pluraliter ideo dictum est, quia ex vna Acceptione non fit collectio: licet Antipatro Stoico contra omnium sententiam videatur plena conclusio esse, *Vides, viuis igitur*: cùm sit vllo modo plena, *Si vides, viuis: atqui vides, viuis igitur*. Item quia concludere volumus non quod concessum est nobis, sed quod negatum: iccirco in definitione, *aliud quiddam præter illa quæ concessa sunt, necessariò euenire*. Quapropter superuacanei sunt Moduli Stoicorum, non

idem

:m differenter peragentes : vt, *Dies est, aut* t : *atqui dies est*. Item idem geminantes, *Si* *s est, dies est : dies igitur est*. Frustra enim col- ;unt quod sine controuersia vltrò concedi- r. Illud potius verisimile est, cùm dico, *Si es est, lucet : atqui dies est : igitur & lucet:* non ma- colligere præter quod accepi. Nam quod t in conclusione *lucet*, fuerat & in Propo- ;ione. hoc tamen ita refutabimus, aliter dici conclusione, *Igitur lucet*, vt ostendatur nunc cere : aliter in Propositione acceptum, in a non est dictum nunc lucere ; sed tantùm onsequens esse vt si dies sit, vtique & luceat. Iultum autem refert num affirmes aliquid Te, an tantùm solere esse, cùm aliud quid- am præcesserit. Ita illud quod in eadem efinitione ** necessitates comprehensum st, factum est vt inclusionis visa similitudi- e inductionis distingueretur. Nam & in di- inctione quædam conceduntur : vt puta, *Iomo inferiorem molam mouet, equus inferiorem ouet : item bos & canis.* in istis acceptionibus 1 Conclusione aliud quid infertur, *Ergo & mne animal inferiorem molam mouet*, quod cùm it in Crocodilo falsum ; potes, superiori- ous concessis, Illationem ipsam non reci- ere, quam tibi in conclusione non licuisset re- cusare : quippe cuius illatio in ipsis acceptio- nibus continetur, & ideò in ea additum est, *necessariò euenire.* Ne vltima quidem * Defini- tionis vacat, sed ostendit quod ipsa concesserit,

euenire

euenire debere, Illationem cæterùm ratam nô fore. Ac de his quidem satis dictum. Nunc tradendum est quibus modis & coniugationibus fiant intra certum numerum prædicatiui generis veræ conclusiones. quippe in prima Formula nouem soli moduli, sex autem coniugationes reperiuntur: in secunda quattuor moduli, tres coniugationes: in tertia sex moduli, * Coniugationes. De quibus hìc iam suo ordine demonstrabo: præfatus, neque ex particularibus solis, neque abdicatiuis solis ratam fieri conclusionem; quia sæpe possunt & falsa côducere. Item ex dedicatiuis si vtrauis iungatur, Dedicatiuam non esse, non abdicatiuam fieri illationem, tantum vel vna mixta cæteris præualet. Similis etiam particularibus particulariû vis est. Vtrauis enim mixta vniuersalibus, particularem facit illationem. Igitur in prima Formula modus primus est, qui conducit ex vniuersalibus dedicatiuis dedicatiuum vniuersale directim: vt, *Omne iustum, honestum: omne honestum, bonum: omne igitur iustum, bonum est.* at si reflexim inferas, *quoddam igitur bonum, iustum.* fit autem ex eadem coniugatione quintus modus. nam sic tantùm reflecti posse vniuersalem dedicatiuam, suprà docui. Secundus modus est, qui conducit ex vniuersalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuum vniuersale directim: vt, *Omne iustû, honestum: nullum honestû, turpe: nullû igitur iustû, turpe.* At si reflexim inferas, *nullû igitur turpe, iustû;* sextum modû effeceris. nam, vt dictû est,

est, reflectitur in se vniuersalis abdicatiua. Tantùm meminisse debemus, Subiectiuum ex dedicatiua trahendum ad illationem ex secundo modo. atque ideo eam priorem æstimandam, licet antè abdicatiua enuntietur. Similiter & in ceteris * prior est potestate prior intelligatur. In sexto autem modo trahitur subiunctiuus ex abdicatiua. hæc sola differentia eorum. Item tertius modus, qui cõducit ex dedicatiuis particulari & vniuersali dedicatiuum particulare directum. vt, *Quoddam iustum, honestum: omne honestum, vtile: quoddam igitur iustum, vtile.* Sed si reflexim inferas, *quoddam igitur vtile, iustum*; septimũ modum effeceris. nam, vt dictum est, reflectitur in se particularis dedicatiua. Quartus modus est, qui conducit ex particulari dedicatiua & vniuersali abdicatiua abdicatiuum particulare directim: vt, *Quoddam iustum, honestum est: nullum honestum, turpe: quoddam igitur iustum non est turpe.* Ex hoc modo contrariæ vices inueniuntur octauus & nonus. quippe seruatur eius illationem: non vt illi priores reflexam coniugationem ipsam tantùm reflectunt propositionibus æquipollentibus, mutatoque ordine, vt prior fiat abdicatiua, atque ideo conducere dicitur ambo per coniugationis conuersionem. Nam & si abdicatiuam vniuersalem quarti * conuertas, & subijcias ei vniuersalẽ dedicatiuam; q̃ cõuerterat, particularis eius dedicatiua fiet. Octauus modus est, qui conducit ex vniuersalibus abdicatiua & dedicatiua particulare

abdicatiuum reflexim: velut, *Nullum turpe, honestum: omne honestum, iustum: quoddam igitur iustum non est turpe.* Nonus quoque modus per similem conuersionẽ ex vniuersali abdicatiua & particulari dedicatiua abdicatiuum particulare conducit reflexim: *Nullum turpe, honestum: quoddã honestum, iustum: quoddam igitur iustũ non est turpe.* Cur autem solus quartus modus duos genuerit, cęteri singulos, illa ratio est; quia primi modi si vtramque Propositionem conuertamus, fiet cõiugatio irrita duarum particularium. sin alterã tantùm, fiet aut secunda formula aut tertia. Ita secundi modi si vtramq; conuertas, fiet coniugatio noni, quam iam ostendimus ex quarto gigni, quia vniuersalis dedicatiua secundi modi non nisi particulariter conuerti potest: sin alterá tantùm; fiet secunda formula aut quarta. Ex hisce igitur in prima formula modis nouẽ, primi quattuor indemonstrabiles nominantur: non quòd demonstrari nequeant, vt vniuersis maris est quod non demonstrabile non sit, & vt circuli quadratura: sed quòd tam simplices tamque manifesti sunt, vt demonstratione non egeant; adeò vt ipsi cæteros gignant, fidemque illis ex se impertiant. Nunc formulæ modos trademus secundæ. Primus modus in secunda formula est, qui conducit ex vniuersalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuum vniuersale directim: velut, *Omne iustum honestum: nullum turpe, honestum: nullũ igitur iustũ, turpe.* Hęc redigitur in secundum indemõstra-

ſtrabilem, conuerſa eius ſecunda Propoſitione. Secundus modus eſt, qui conducit ex vniuerſalibus abdicatiua & dedicatiua abdicatiuum vniuerſale directim: velut, *Nullum turpe, honeſtum: omne iuſtum, honeſtum: nullum igitur turpe, iuſtum.* Hic coniugatione non differt à priore, niſi quòd ſubiectiuam particulam abdicatiua trahit ad illationem: quoniam ita variatus eſt Enuntiationis ordo. quod in prima formula fieri non poteſt. Tertius modus eſt, qui conducit ex particulari dedicatiua & vniuerſali abdicatiua abdicatiuum particulare directim: vel vt, *Quoddam iuſtum, honeſtum: nullum turpe honeſtum: quoddam igitur iuſtum non eſt turpe.* Huius ſi conuertamus vniuerſalem abdicatiuam, fit indemonſtrabilis quartus, ex quo hic naſcitur. Quartus modus eſt, qui conducit ex particulari abdicatiua & vniuerſali dedicatiua abdicatiuum particulare directim: vt, *Quoddam iuſtum non eſt turpe: omne malum turpe: quoddam iuſtum non eſt malum.* hic ſolus modus tantùm per Impoſsibile approbatur. de qua Propoſitione dicemus, expoſitis modis formulæ. In tertia formula primus modus eſt, qui conducit ex dedicatiuis vniuerſalibus dedicatiuum particulare tam directim quàm reflexim: vt, *Omne iuſtum, honeſtum: omne iuſtum, bonum: quoddã igitur honeſtũ bonum*; vel ſic, *quoddã igitur bonũ, honeſtum.* Quippe non intereſt quàm ex vtraque Propoſitione facias particulam ſubiectiuam: quoniam nõ intereſt vtrã prius enunties.

Ideo non rectè arbitratus est Theophrastus, propter hoc nō vnum modum hunc, sed duos esse. Secundus modus est qui conducit ex dedicatiuis particulari & vniuersali dedicatiuum particulare directim: vt, *Quoddā iustum, honestū: omne iustum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum.* Tertius modus est, qui cōducit ex dedicatiuis vniuersali & particulari dedicatiuum particulare directim: vt, *Omne iustum, honestū: quoddam iustum, bonū: quoddam igitur bonū, honestum.* Quartus modus est, qui conducit ex vniuersalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuū particulare directim: vt, *Omne iustum, honestū: nullum iustū, malū: quoddam igitur honestum non est malū* Quintus modus est qui conducit ex dedicatiua particulari & abdicatiua vniuersali abdicatiuum particulare directim: vt, *Quoddam iustum, honestum: nullum iustum, malum: quoddam igitur honestum non est malum.* Sextus modus est, qui conducit ex dedicatiua vniuersali & abdicatiua particulari abdicatiuum particulare directim: vt, *Omne iustum, honestum: quoddam iustum non est malum: quoddā honestum non est malum.* Ex his sex modis primi tres rediguntur ad tertium indemonstrabilem, cōuersa priore propositione primi & secundi. tertius enim secundo eamdem coniugationem habet: hoc vno differens, quòd ex vniuersali trahit particulam subiectiuam. propter quod non tantùm propositionis, verùm etiam illationis conuersione redigitur in tertium. Item quartus & quintus nascūtur ex indemōstrabili quarto.

quarto, conuersis prioribus propositionibus eorum. Sextus autem modus nec vtraque nec altera redigi conuersa ad indemonstrabilem aliquē potest, sed per impossibile tantùm approbatur: sicuti quartus in secūda Formula & ideo vterque nouissimi numerantur. Cæterorū autem in omnibus Formulis ordinatio facta est pro differentia coniugationum & illationum. Nam quia prius sit dicere quàm negare, potentiusque est vniuersale quàm particulare: priores sunt vniuersales particularibus, & in vtrisq; dedicatio & illatio similes sunt. His præponitur modis qui celerius ad indemonstrabilem redigitur. Iisdem est vna conuersio, neque vna probatio est certos eos ad cludendum modos esse. Est altera probatio communis omnium, etiam indemonstrabilium, quæ dicitur per impossibile, appellaturque ab Stoicis prima constitutio vel primum Expositum. quod sic definiunt: *Si ex duobus tertium quid colligitur, alterum eorum cum contrario illationes colligit, contrarium relinquit.* Veteres autem sic definierunt: *Omnes conclusiones si sublata sit illatio assumta, altera propositione tolli reliquam.* quę res inuenta est aduersus eos, qui concessis acceptationibus, id quod ex illis colligitur, inpudenter recusant: & per hoc compelluntur ad impossibilia; dum ex eo quod negant, contrariū aliquid inuenitur ei quod antecesserat. Porrò cōtraria simul esse vera, impossibile est. Ergo per impossibile cōpelluntur ad conclusionem. Nec frustra con-

ſtituerunt dialectici eum verum modum eſſe, cuius aduerſum illationis cum altera acceptione tollit reliquam. At Stoici quidem tantùm negatiua particula præpoſita putant illationem recuſari, vel ex Propoſitionibus alterá tolli; vtpote, *Omnis, non omnis*: veteres verò & per alterutram. Igitur bifariam; vtpote, *Omnis, non omnis: quidam, non quidam.* Fiunt igitur aduerſus vnamquamque concluſionem contrariæ, quæ opponantur, octo; quoniam vtraque acceptio bifaria tollitur: fiuntque concluſiones bis quaternæ, modò negatiua particula præpoſita illationi, modò alterutra illationis accepta. Exemplo ſit primus indemonſtrabilis, *Omne iuſtum, honeſtum: omne honeſtum, bonum: omne igitur iuſtum, bonum.* Qui hanc illationem conceſsis Propoſitionibus negat, neceſſe eſt dicat, *quoddam iuſtum non eſt bonum.* Huic ſi proponas priorem ex duobus conceſsis, *Omne iuſtum, honeſtum.* fit illatio ſecundum ſextum modum in tertia Formula, *quoddam igitur honeſtum non eſt bonum.* quod repugnat ſecundæ Propoſitioni, quæ conceſſerat, *Omne honeſtum bonum.* Hæc omnia oppoſita concluſio eſt, ſi iiſdem manentibus æquipollentem eius inferat bis, *Non igitur omne honeſtum bonum.* Similiter & alteræ fiant duæ Concluſiones, ſicut nunc propoſuimus priorem Propoſitionem, ſic aſſumamus poſteriorem, *quoddam iuſtum non eſt bonum, omne honeſtum bonum;* fit illatio quarti modi ſecundæ formulæ duplex, *non igitur omne iuſtum, honeſtum:* vel, *quoddam igitur iuſtum, ho-*

stum, honestum non est. quarum vtrauis æquè priori Propositioni repugnat, quæ concesserat, *omne iustum honestum.* His conclusionibus manentibus, tantùm Propositio mutata est, pro eo quod est *Quoddam iustum non est bonum,* facias, *non omne iustum, bonum*, bifaria sit sublata illatio: erunt tertiæ quatuor conclusiones ijsdem mutationibus. Item si pro eodem facias, *nullum iustum, bonum*, vt bifaria sit sublata illatio; erunt tertiæ quattuor conclusiones dumtaxat in his quæ habebunt vniuersalem illationem. Ea enim potest sola trifariam tolli. at in cæteris solæ octo. quas si quis velit singillatim sub vnoquoque per omnes formulas potuit suggerere ad exemplum quod proposuimus. vt etiam Hypotheticorum more, per litteras ordine propositionum & partium commutatio. sed vi manente fit primus demonstrabilis: secundus talis, *A de omni B, & abde, omnes igitur de*, omnis Incipiunt *A* declaratæ, atque ideo & à secunda Propositione hic ad ea mod. secundum has prætexas retro talis est, *Omne F B: omne B A: omne igitur F B.* Stoici porrò pro litteris numeros vsurpant: vt, *Si primum, secundum: atqui primum: secundum igitur.* Verùm Aristoteles in prima Formula quattuor solos indemonstrabiles prodit: Theophrastus & cæteri quinque enumerant. Nam Propositionem iungentes & infinitam colligétes, quam Illationem indefinitam superuacaneum est tradere, cum inde-

finita pro particulari. & eiusdem futura sit modi cuius particularis iam ostendimus in prima formula. Quòd si quis velit geminari, Indefinitam pro particulari accipiens, Indefinitamque subijciens orationem; erunt omnes nouem & viginti. Aristo autem Alexandrinus, & nonnulli Peripatetici iuniores quinque alios modos prȩterea suggerunt, vniuersales illationes: in prima formula tres, in secunda duos, pro quibus illi particulares inferunt. quod perquam ineptum est, cui plus concessum sit minus concludere. Omnes autem modos in tribus eorum formulis certos non nisi vnum & viginti esse, quos suprà ostendimus, comprobatur. sed quattuor sunt Propositiones: duæ particulares, duæ vniuersales. Harum vnaquæque, vt ait Aristoteles, vt sit subiecta alijs tribus, quaternæ scilicet coniungitur. atque ita senæ, denæ coniugationes in singulis formulis erũt. Harum sex æqualiter in omnibus non valent, duæ quidem, cùm ex abdicatiuo vtrauis alteram præcedit: quattuor autem, cùm ex particularibus vtrauis à semet præcedit. Nihil enim concludi potest vbicunque aut duæ particulares sunt, aut duæ abdicatiuæ. Igitur remanent singulis formulis denæ coniugationes. Porrò ex his tam in prima quàm in secunda formula duæ non valent, cùm vniuersalis dedicatiua particulari præponitur. Similiter & in prima & tertia formula duæ repudiantur, quibus particularis abdicatiua vtramuis dedicatiuam

dicatiuam antecedit. Quo fit vt remaneant primæ formulæ sex coniugationes. Iam in nouem formulis adhuc octonæ, ex quibus vna in neutra probatur, cùm vniuersalis abdicatiua præcedit particularem dedicatiuam. ex his septenis quæ supersunt, iam propriæ sunt, in secunda formula quattuor falsæ: cùm vniuersalis dedicatiua vel sibimet ipsa vel particulari suæ vtróuis loco iungitur: vel cùm præcedit altera. Item propriæ in tertia formula duæ non valent, cùm, vtrauis abdicatiua vniuersalis dedicatiuæ præponitur. reliquas certas esse tres: in secunda quinque. Tertiæ formulæ suprà ostendimus, cùm eas ad sex coniugationes primæ formulæ redigeremus. Igitur ex quadraginta octo cōiugationibus, quatuordecim solæ probantur. Cæteræ triginta quatuor, quas enumeraui, meritò repudiantur, quia possunt ex veris falsa concludere. quod facile est experiri per illas quinque supradictas significationes generis proprietatis. At ex illis quatuordecim quas probauimus, non plures quàm prædictum est modos fieri, docent causæ illationes; vt cùm directim sumitur, tum reflexim, quousque ipsa veritas passa est. propterea rerum non potest numerus augeri.

L. APVLEII MADAV-RENSIS PHILOSO-phi Platonici

DIALOGI,

Cui titulus Hermes Trismegistus in Latinum conuersio.

a Asclepi, Asclepi, iste Sol est Deꝰ. Deꝰ te



a SCLEPIVS iste pro sole mihi est. Deus Deꝰ te nobis, ô Asclepi, vt diuino sermoni interesses, adduxit, eiq; tali, qui meritò omnium antea à nobis factorum, vel nobis diuino munere inspiratorum videatur esse religiosa pietate diuinior, quē si intelligens videris, eris omnium bonorum tota mente plenissimus. Si tamen multa sint bona, & non vnū, in quo sunt omnia. Alterum enim alterius consentaneum esse dignoscitur, omnia vnius esse, aut vnum esse omnia. Ita *b* enim vtrumque connexum, vt separari alterum ab *c* vtroq; non possit. Sed de futuro sermone hoc diligēti intentione cognosces. Tu vero, ô Asclepi, procede paululum, atque nobis, qui intersit, euoca. Quo ingresso. Asclepius etiam Ammonem interesse suggessit. Trismegistus ait, nulla *d* inuidia Ammonem prohibet à nobis. Etenim ad eius nomen multa meminimus à nobis esse conscripta, sicut & ad amantissimum & *e* bonum filium, multa de physica, *f* & ex ethica quamplurima, tractatum hunc autem tuo scribam nomine. Præter Ammonem,

b enim sibi est vtr.
c vtro
d illudia
e carissimū
f exoticaq; plur.

monem nullum voca alterum, ne tantæ rei religiosissimus fermo multorum interuentu præsentiaque violetur. Tractatum *a* autem tota numinis maiestate plenissimum in religiosæ mentis est, multorum conscientiæ publicare. Ammone etiam aditum ingresso sanctoque illo, quatuor virorum religione, & *b* diuino Dei completo præsentia, competenti venerabiliter silentio ex ore animus singulorum, mentibusque pendentibus, diuina Cupido sic *c* exorsus est dicere:

a enim

b diuina Dei

c orsus

O' Asclepi, omnis humana immortalis est anima, sed non vniformiter cunctæ, sed alias alio more, vel tempore.

ASCLEPIVS, Non enim, ô Trismegiste, omnis vnius qualitatis est anima? TRISMEGISTVS. O' Asclepi, vt celeriter de vera rationis continentia decidisti. Non enim hoc *d* dixi, omnia vnum esse, & vnum omnia. vtpote quia in creatore fuerint omnia, antequam creasset omnia, nec *e* immeri ò omnia, dictus est omnia, cuius membra sunt omnia. Huius itaq; qui est vnus omnia, vel ipse est creator omnium, in tota hac disputatione curato meminisse. De cœlo cuncta in terram, & in aquam, & in aëra. Ignis solum, quod sursum versus fertur, viuificum, quod deorsum ei deseruiens. At verò quicquid de alto descendit generans, quod sursum versus emanat nutriens. Tertia sola in seipsa consistens, omnium est receptrix, omniumque generum quæ accipit, restitutrix.

d dixi tibi, om.

e immeritò ipse dictus est omnia, cuius

Hoc

Hoc ergo totum, ficut meminifti quod eft a omnium vel omnia anima & Mundus à natura comprehenfa agitantur, ita omnium multiformi imaginum b qualitate variata, vt infinitæ qualitatum ex interuallo fpecies effe nofcantur, adunatæ tamen ad hoc vt totum vnum & ex vno omnia effe videantur. Totus itaq; quibus formatus eft Mundus, eleméta funt c quatuor, fcilicet, ignis, aqua, terra, aër, Mundus vnus, anima vna, & Deus vnus Núc mihi adefto totus quantum mente vales, quantum calles aftutia. Diuinitatis etenim ratio diuina fenfus intentione nofcenda torrenti fimillima eft fluuio, è fummo in pronum præcipiti rapacitate currenti, quo efficitur vt intentionem noftram non folùm audientium, verum etiam tractantium ipforum celeri velocitate prætereat. Cœlum ergo fenfibilis Deus adminiftrator eft omnium corporum, quorum d augméta detrimentaq; Sol & Luna fortiti funt. Cœli verò & ipfius animæ & omnium quæ in Mundo infunt, ipfe gubernator eft, qui eft omnium effector Deus. A' fupra dictis enim omnibus, quorum idem gubernator Deus omnium frequétatio fertur influens per Mundum; & per animam omnium generum & fpecierũ omnium, perq; rerum naturam. Mundus auté præparatus eft à Deo receptaculum omniformium fpecierũ. Naturam auté per fpecies imaginans, Mundum per quatuor eleméta ad cœlum vfq; perduxit, cuncta Dei vifibus placitura. Omnia

a omne, b æqualitate c quatuor, Ignis, d augméta

nia autem desuper pendentia in species diuiduntur, hoc quod dicturus sum genere. Genera rerum omnium suas species sequuntur, vt sit ita soliditas genus. Species generis particula. Genus ergo deorum ex se deorum species faciet, Dæmonum genus *a* æquè & hominum similiter volucrum, & omnium quæ in se Mũdus *b* habet sui similes Mundi species generat. Genus est & aliud animalis, genus sine anima quidem, nec carens tamen sensibus. Vnde & beneficijs gaudet, & aduersis minuitur, atque vitiatur. Omnium dico quæ in terra radicum, stirpiumque incolumitate *c* viuiscunt, quarum species per totam terrã sparsæ sunt. Ipsum cœlum plenum est Deo. Supra dicta autem genera inhabitant vsque ad loca specierum, quarum omnium rerum immortales sunt species. Species enim generis est pars, vt homo humanitatis, quam necesse est sequi qualitatem sui generis. Vnde efficitur, vt quamuis omnia genera sint immortalia, species tamen non omnes immortales. Diuinitatis enim genus & ipsum & species immortales sunt. Reliquorum genera, quorum æternitas est *d* genus, quamuis per species occidat, nascendi tamen fœcunditate seruatur, ideoq; species mortales sunt vt homo mortalis sit, immortalis humanitas. Omnibus tamen generibus, omnium generum species miscentur, quædã quæ antè factæ sunt, quædã quæ de *e* his factæ sunt *f* Fiunt itaque quæ fiunt, aut à dijs, aut à dæmonibus, aut

a atq; hominum similiter, &
b habet, sibi similes species generat gen⁹. Est & aliud animalis, genus, sine anima quidem & tamen non carẽs sens.
c viuescũt, quor.
d genus, vt
e his quæ
f Hęc itaque

a hominibus sunt om.

aut ab *a* hominibus, omnes simillimæ generibus suis species. Corpora enim impossibile est conformari sine nutu diuino, species figurari, sine adiutorio dæmonum, animalia institui & coli sine hominibus non possunt. Quicunque igitur dæmonum à genere suo defluentes, in speciem fortuito coniuncti sunt, alicuius speciei generis diuini proximitate, & consortio, dijs similes habentur. Quorum verò dæmonum species, qualitate sui generis perseuerant, hi amantes hominum rationem, dæmones nuncupantur. Similis est & hominum, aut eo amplior. Multiformis enim variaque humani generis species, & ipsa à prædicto desuper adueniens consortio, omnium aliarum specierum multas & propè omnium per necessitatem coniunctiones facit, propter quod & propè deos accedit, qui se mente, qua dijs iunctus est diuina religione dijs iunxerit, & dæmones qui ijs iunctus est. Humani verò qui *b* medietati sui generis contenti sunt, & reliquæ *c* hominum species ijs similes erunt, quorum se generis speciebus adiunxerunt. Propter hoc, ô Asclepi, magnum miraculum est. O' animal adorandum & honorandum! Hoc enim in naturam Dei transit, quasi ipse sit Deus, hoc dæmonum genus nouit. vtpote qui cum ijsdem ortum se esse cognoscat. Hoc humanæ naturæ partem in seipso despicit, alterius partis diuinitate cõfisus. O' hominũ quanta est natura, temperata felicius, ac dijs cognata diuinitate con-

b medietate

c omnium

coniunctus, partem sui, qua terrenus est intra se, despicit, cætera omnia quibus se necessarium esse cœlesti dispositione cognouit, nexu secum charitatis astringit, sicque suspicit *a* cœlum. sic ergo feliciori loco medietatis est positus, vt quæ infra se sunt, diligat ipse à superioribus diligatur, colit terram, elementis velocitate miscetur, acumine mentis in maris profunda descendit, omnia illi licent. nō cœlum videtur altissimum, *b* quasi enim è proximo sagacitate metitur. Intentionem animi eius nulla aëris caligo confundit non densitas terræ opera eius impedit, non aquæ altitudo profunda despectum eius obtundit, omnia idem est, & vbique idem est. Horum omnium generum, quæ sunt animalia. desuper, deorsum radices peruenientes *c* habent, in animalium de imo insuperna viua radice syluescunt. *d* Quædam duplicibus aluntur elementis, quædam autem simplicibus. Alimenta autem sunt bina animæ & corporis, è quibus animalia constant. Anima Mundi inquieta semper agitatione nutritur. Corpora ex aqua & terra inferioris Mundi alimentis augescunt. *e* Spiritus quoque plena sunt omnia permixtus cunctis cuncta viuificat, sensu addito ad ominis intelligentiam, quæ quinta pars sola homini concessa est ex æthere. Sed de animalibus cunctis humanos tantum sensus ad diuinæ rationis intelligētiam exornat, erigit, atq; sustollit. Sed quoniam de sensu commoneor dicere, paulò pòst &

a cœlum. Sic

b quasi à proximo en.

c habent. In animalium autē de

d Quædā autē dupl.

e Spiritus, quo

& huius rationem vobis exponam. Est enim sanctissima & magna, & non minor quàm ea, quę est diuinitatis ipsius. Sed nunc vobis expediam quæ cœperam. Dicebam enim in ipso initio rerum de coniunctione deorũ quomodo homines soli eorum dignatione perfruuntur. Quicunq; etenim hominum tantum felicitatis adepti sunt, vt illum intelligentię diuinum perciperent sensum, qui sensus est diuinior in solo Deo, & in humana intelligentia. ASCLE. Non enim omnium hominũ, ô Trismegiste, vniformis est sensus? TRISMEG. Non omnes, ô Asclepi intelligentiam veram adepti sunt, sed imaginem temerario impetu, nulla vera ratione inspecta sequentes decipiuntur, quæ in mentibus malitiam parit, & transformat optimum animal in naturam, *a* feræ, moresque bestiarum. De sensu autem & de omnibus his similibus, quando & de spiritu, tunc totam vobis præstabo rationem. Solum enim animal homo *b* duplex. & eius vna pars simplex est, quæ, vt Græci aiunt, οὐσιώδης, quam vocamus diuinæ similitudinis formam. Est autem *c* quadruplex, nos mundanum dicimus, ex quo factum est corpus, quo circuntegitur illud quod in homine diuinum esse iam diximus, in quo mentis diuinitas *d* recta sola cum cognatis suis, id est, mentis puræ sensibus secum ipsa conquiescat, tanquam muro corporis septa. ASCLE. quid ergo oportuit, ô Trismegiste, hominẽ in Mundo constitui, & nõ in ea parte, qua Deus

a ferè moresque

b duplex est, &

c quadruplex quod ὑλικὸν Græci, nos

d tecta

Deus eſt, eum in ſumma beatitudine degere?
TRISMEG Rectè quæris, ô Aſclepi. Et nos enim rogamus Deum vt tribuat nobis facultatem reddendæ rationis iſtius. Cùm enim omnia à voluntate eius dependeant, tum illa vel maximè quę de tota ſummitate tractantur, quá rationem præſenti diſputatione conquirimus. Audi ergo Aſclepi. Dominus & omnium conformator, quem rectè Deum dicimus, quem à ſe ſecundum fecerit, qui videri & ſentiri poſsit eundem ſecundum ſenſibilem ita dixerim, nō ideo quod ipſe ſentiat (de hoc enim an ipſe ſentiat, an nō, alio dicemus tempore) ſed eo quod videntium ſenſus incurrit. Quoniam ergo hūc fecit ex ſe primum & à ſe ſecundum viſusque eſt ei pulcher, vtpote qui ſit omnium bonitate pleniſsimus, amauit eum vt diuinitatis ſuæ partem. Ergo vt tantus & tam bonus eſſet, voluit alium, quam illum, quem ex ſe fecerat, intueri potuiſſet, ſimulque & rationis imitatorem, & diligentiæ fecit hominem. Voluntas etenim Dei ipſa ſumma eſt perfectio, vtpote cum voluiſſe, & perfeciſſe, vno eodemque temporis puncto compleat. Cùm itaque eum ὀυσιώδη animaduerteret Deus non poſſe omnium rerum eſſe diligentem, niſi eum mundano integumento contegeret, texit eum corporea domo, talesque omnes eſſe præcepit, ex vtraq; natura in vnum confundens, miſcensq; quantum ſatis eſſe debuiſſet. Itaque hominem conformauit ex animis & corporibus, id eſt, ex

æterna & mortali natura, vt animal ita conformatum vtrique corigini suæ satisfacere possit, & mirari, atque orare cœlestia, & incolere atque gubernare terrena. Modò autem dico mortalia non aquam & terram, quæ duo de quatuor elementis subiecit natura hominibus, sed ea quæ ab hominibus, aut in his, aut de his fiunt, vt ipsius terræ cultus, pascua, ædificatio, portus, nauigationes, communicationes, commodationes alternæ. qui est *a* humanitatis firmissimus nexus, & *b* pars Mundi, quæ est aqua & terra, quæ pars terrena Mundi artiũ disciplinarumq; cognitione, atque vsu seruatur, sine quibus Mundum Deus noluit esse perfectum. Placitum enim Dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus. Neque enim credibile est Deo displiciturum esse, quod placuit, cùm & futurum id, & placiturum, multò antè sciuerit. Sed, ô Asclepi, animaduerto, vt celeri mentis cupiditate festines audire, quomodo homo cœli, vel quæ in eo sunt, dilectum possit habere, vel cultum. Audi itaque, ô Asclepi, dilectus *c* Dei cœli, cum his, quæ insunt omnibus, vna est obsequiorum *d* frequentatio, hanc aliud animal non fecit, nec diuinorum, nec animalium nisi solus homo. Hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, obsequijs, cœlum, cœlestesque delectantur. Nec immeritò in hominum cœtum musarum chorus est à summa diuinitate demissus, scilicet ne terrenus Mundus videretur incultior, si modu-

a humanitatis inter se firm.
b Mundi partis,
c Dei &
d frequẽtatio. Hanc

modulorum dulcedine caruisset, sed potius *a* inusitatis hominum cantilenis *b* concelebraretur, & laudibus, qui solus omnia, aut pater est omnium, atque ita cœlestibus *c* laudibus. Nec in terris harmoniæ suauitas defuisset. Aliqui *d* autem ipsiq; paucissimi pura mente præditi, sortiti sunt cœli suspiciendi venerabilem curam. Quicunque autem ex duplici naturæ suæ confusione interiorem intelligentiam mole corporis resederunt, curandis elementis, hisque inferioribus sunt præpositi. Animal ergo homo, non *e* quidem est minor, quod ex parte mortalis sit, sed eo forte aptius efficaciusque compositus ad certam rationem mortalitate auctus esse videatur, scilicet quoniam vtrunq; nisi ex vtraque materia substinere non potuisset, ex vtraque formatus est, vt & terrenorum cultum, & diuinitatis posset habere dilectum. Rationé verò tractatus istius, ô Asclepi, non solùm sagaci intentione, verùm etiam cupio te animi viuacitate percipere. Est enim ratio plurimis incredibilis. Integra autem & vera percipienda sanctioribus *f* mentibus, itaque hinc exordiar. Æternitatis dominus Deus primus est. Secundus est Mundus. Homo est tertius. Effector Mundi Deus, & eorum quæ insunt omnium, simul cuncta gubernando, cũ homine ipsum gubernatore *g* cõposita quod totum suscipiens *h* homo idem curam propriè efficit diligentiæ suæ, vt sit ipse & Mundus vterq; ornamento sibi, vt ex hac hominis

a vt musicatis
b cõcelebraretur laudibus,
c laudibus nec in
d erga ips.
e quod is eo min.
f mentib⁹, Itaque
g compositi.
h homo, id est, curã propriam dil. suæ, efficit vt

 diuina

diuina compositione Mundus Græcè rectius κόσμος a dictus videatur. Is nouit se, nouit & Mundum scilicet vt meminerit, quid partibus conueniat suis, quæ sibi vtenda, quibus sibi inseruiendum sit recognoscat. Laudes gratesq; maximas agens Deo eius imaginem venerãs, non ignarus se secundum esse imaginem Dei, cuius sunt imagines duæ, Mundus & Homo. Vnde efficitur, vt quoniam est ipsius vna compago, parte qua ex anima & sensu & spiritu atque ratione diuinus est, velut ex elementis superioribus ascendere posse videatur in cœlum, parte verò mundana, quæ constat ex igni & aqua & aëre mortalis resistat in terram, ne curæ suæ omnia b mandata vidua desertaque dimittat. Sic enim humanitas ex parte diuina, c & ex parte mortalis est effecta in corpore consistens. Est autem mensura eius vtriusque, id est, hominis antè omnis religio, quam sequitur bonitas. Ea demum tunc videtur esse perfecta, si contra d cupiditatum alienarum omnium rerum sit despiciens virtute munita. Sunt enim ab omnibus cognationis diuinæ partibus aliena omnia, quæcunque terrena corporali cupiditate possidentur, quæ meritò possessionum nomine nuncupantur, quoniam non nata nobiscum, sed postea à nobis possideri cœperunt. Omnia ergo huiusmodi ab homine aliena sunt, etiã corpus, vt & ea quæ adpetimus, & illud ex quo adpetẽtiæ nobis est vitium, despiciamus. Vt enim meum

a dictus esse

b cõmendata

c ex alia

d cupiditatem omnium alienarum rer. sit despect⁹ virt.

meum animum rationis ducit intentio, homo hactenus esse debuit, vt contemplatione diuinitatis partem quæ sibi iuncta mortalis est, Mundi interioris necessitate seruandi despiciat atque contemnat. Nam vt homo ex vtraq; parte possit esse plenissimus, quaternis eum vtriusque partis elementis animaduerte esse formatum, manibus & pedibus *a* vtriusque binis, alijsque corporis membris, quibus inferiori, id est, terreno Mundo deseruiat. Illis verò partibus quatuor sensus animi, memoriæ, atq; prouidentiæ, quarum ratione cuncta diuina norit atque suspiciat. Vnde efficitur vt rerum diuersitates, qualitates, effectus, quãtitates, suspiciosa *b* indagine sectetur. Retardatus *c* ergo graui & nimio corporis vitio, has naturæ rerum causas, quæ veræ sunt propriè, prouidere non *d* potest. Hunc ergo sic effectum conformatumque, & tali ministerio obsequioque præpositum, à summo Deo, eumque competenter mundè Mundum seruando, Deum piè colendo, dignè & competenter in vtroque Dei voluntati parentem, talem quo munere credis esse munerandum? Siquidem cùm Dei opera sit Mundus, eiusque pulchritudinem, qui diligentia, seruat, atque auget, *e* operamq; suã cum Dei voluntate coniungit, cùm speciem quam ille intentione diuina formauit, adminiculo sui corporis, *f* diuino opere curaq; componit, quo munere credis esse munerandum? nisi eo quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos

a vtrique
b indagatione
c verò
d possit
e operam suam
f diurno.

quoq; munerari, si fuerit diuinæ pietati complacitum, optamus pijssimis votis, id est, vt emeritos atque exutos mundana custodia, nexibus mortalibus absolutos, naturæ superioris partis, id est, diuinæ, puros sanctosq; restituat. ASCLEP. Iustè & verè dicis, ô Trismegiste. Hæc est enim merces piè sub Deo, di igenterq; cum Mundo *a* viuentibus, secus enim impieq; qui vixerint, & reditus denegatur in cœlum, & constituitur in *b* corporalia, indigna sancto animo, & fœda commigratio, vt iste rationis sermo processit, ô Trismegiste, futuræ æternitatis spe animæ in humana vita periclitatur. Sed alijs incredibile, alijs fabulosum, alijs forsitan videatur esse deridendum. Res enim dulcis est in hac corporali vita, qui capitur de possessionibus fructus. Quare animam, obtorto, vt aiunt, detinet collo, vt in parte sui, quæ mortalis est, inhæreat, nec sinit partem diuinitatis agnoscere, inuidens immortalitati malignitas. Ego enim tibi quasi præ diuinans dixero, nullum post nos habiturum dilectum simplicem, qui est Philosophiæ, quæ sola est in cognoscēda diuinitate frequēs obtutus, & sancta religio. Multi etenim eam multifaria ratione confundunt. Quomodo ergo multi incomprehensibilem Philosophiam efficiunt, aut quemadmodum eam multifaria ratione confundunt? TRISMEG O Asclepi, hoc modo in varias disciplinas, nec comprehensibiles, eam callida cōmentatione miscentes, *c* Arithmeticen,

a viuentibus. Secus *b* corporalia

c Arithmeticen & Mus.

cen, Musicen, & Geometriam. Puram autem Philosophiam, eamq; tantum diuina religione pendentem, tantũ intendere in reliquas oportebit, vt apocatastasis, astrorum stationes præfinitas, cursumq; commutationis numeris cõstare miretur. Terræ verò dimensiones, qualitates, quãtitates, maris profunda, & ignis vim, & horum omnium effectus *a* naturam cognoscẽs miretur, adoret, atq; collaudet artem diuinamq; mentem. *b* Musice verò nosse nihil aliud est, nisi cunctarum rerum ordinem scire, quæque sit diuina ratione sortita. Ordo enim rerũ singularum in vnum omnium artifici ratione collatus, concentum quendam melo diuino dulcisonum verissimumq; cõficiet. ASCLEP. Quid ergo homines post nos erunt? TRISMEG. Sophistarum calliditate decepti, à vera, pura, sanctaque Philosophia auertentur. Simplici enim mente & anima diuinitatem colere, eiusque facta venerari, agere etiam Dei voluntati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima, hæc est nulla animi importuna curiositate violata Philosophia, & de his sit hucusque tractatum. De spiritu verò, & de his similibus hîc sumatur exordium.

a naturamq;
b Musicen

Fuit Deus & ὕλη, quem Græcè credimus Mundum, & Mundo comitabatur *c* spiritus sed non similiter vt Deo, nec Deus sunt hæc de quibus Mundus est, iccirco non erant quando nata non erant, sed in eo iam tunc erant vnde nasci habuerunt. Non enim ea sola

c spiritus vel inerat Mũdo spiritus, sed

non nata dicuntur, quæ nec dum nata sunt, sed ea quæ carent fœcunditate generandi, ita vt ex eis nihil nasci posit. Quæcunque ergo sunt quibus inest natura *a* generandi, generabilia sunt, de quibus nasci potest, tametsi ea ex se nata sint. Neque enim dubitatur ex his quæ ex se nata sunt, facilè nasci posse, de quibus cuncta nascuntur.

a generã-di, hæc & generab.

Deus ergo sempiternus, Deus æternus, nec nasci potest, nec potuit, *b* hoc est, hoc fuit, hoc semper erit. Hæc ergo est, quæ ex se tota est, natura Dei. ὕλη autem vel Mundi natura & spiritus quamuis *c* nata videantur à principio, tamen ex se nascẽdi, procreandiq; vim possident atq; naturã fœcunditatis. Etenim initiũ in qualitate naturæ est, quę conceptus & partus in se possidet vim atq; materiam. Hæc itaq; sine alieno conceptu est sola generabilis. At verò quæ vim solã concipiendi *d* habeant, ex alterius cõnexione naturæ, ita discernenda sunt vt hic locus Mũdi cum his, quæ in se sunt, videatur esse non natus, qui vtiq; in se vim totius naturæ habet. Locum autem dico, in quo sunt omnia. Neque enim hæc omnia esse potuissent, si locus deesset, qui omnia sustinere potuisset.

b hic est, hic fuit, hic erit semper.

c nata non vid.

d habent ex alterius cõmixtione nat.

Omnibus enim rebus quæ fuerunt, præcauendum est *e* loco, nec qualitates, etenim nec quantitates, nec positiones, nec effectus dignosci potuissent earum rerum, quæ nusquam sunt. Sic ergo Mundus quamuis natus non sit, in se tamen omnium naturam habet, vtpote qui

e loco. Nec qualitates etenim.

te qui omnibus ijs ad concipiendum sinus fœcundissimos præstet. Hæc ergo est totum *a* qualitatis, materiæque creabilis est, tametsi creata non est. Sicut enim in natura materiæ, qualitas fœcunda est. sic & malignitatis eadem est æquè fœcunda. Nec *b* eo dixi, ô Asclepi, & Ammon, quod à multis dicitur, non poterat Deus incidere atque auertere à rerum natura malitiam, quibus respondendum nihil omnino est. *c* Vnde tamen causa, & id prosequar, quod cœperam, & rationem *d* reddam, dicunt enim ipsi Deum debuisse omnifariam Mundum à malitia liberare. Ita enim in Mundo est, vt quasi membrum ipsius videatur *e* esse proui sum cautumque quàm rationabiliter à summo Deo, tunc cum disciplina, intelligentia mentes hominum est munerare dignatus. Hisce enim rebus quibus cæteris antestamus animalibus, soli possumus malitiæ fraudes, dolos, vitiaque vitare. Ea enim, qui antequam ijs implicitus est, ex aspectu vitarit, is homo est diuina intelligentia, prudentiaq; munitus. Fundamentum enim est disciplinæ in summa bonitate consistens. Spiritu autem ministrantur omnia, & vegetantur in *f* Mundo, & quasi organum vel machina summi Dei voluntati subiectus est. Itaq; hactenus intelligatur à nobis mente sola intelligibilis, summus, qui dicitur Deus rector, gubernatorq; sensibilis Dei, eius, qui in se cõplectitur omnem locum, omnẽ rerum substantiam, totamq; gignentium creantiumq;

a qualitatis materiæ quæ

b ergo

c vestri tamen

d reddam. Dicunt

e esse. Prouisum cautumq; est quantũ rationabiliter potuisset à summo Deo, tunc cum sensu, disciplina, int.

f mundo. Aër quasi.

tiumq; materiam, & omne quicquid eſt quantumcunque eſt. Spiritu verò *a* agitatur, ſeu gubernatur omnis in Mundo ſpecies, vnaquæque ſecundum naturam ſuam à Deo diſtributam ſibi. ὕλη autem vel Mundus omnium eſt receptaculum, omniumque agitatio, atq; frequentatio, quorum Deus gubernator diſpenſans omnibus rebus humanis quantum vnicuique *b* neceſſarium. Spiritus autem implet omnia, cuiuſcunq; naturæ qualitas eſt. *c* Eſt enim caua Mundi rotunditas in modum *d* ſphæræ. Ipſa ſibi qualitatis, vel formæ ſuæ cauſa inuiſibilis tota. Quippe cùm quemcunque in ea ſummum, ſubter deſpiciendi cauſa delegeris locum, ex eo in imo quid ſit, videre non poſsis, propter quod multis locis *e* inſtat, qualitatemque habere creditur. Per *f* ſola ſpecierum, quarum imaginibus videtur inſculpta, quaſi viſibilis creditur, cum depicta monſtratur. Re autem vera, eſt ſibijpſi inuiſibilis ſemper; ex quo eius *g* vnum vel pars locus eſt in ſphæra, Græcè, *h* ἅιδης dicitur. Siquidem *i* ἰδεῖν Græcè videre dicitur, quo viſu primum ſphæræ careant, vnde & ideo dicuntur ſpecies quod ſint inuiſibilis formæ. Ab eo itaque quod viſu *k* priuantur. Græcè ἀδης ab eo quod in imo ſphæræ ſunt, Latinè inferi nuncupantur. Hæc ergo ſunt principalia & antiquiora, & quaſi initia, vel capita omnis qui ſunt in his, aut per hæc, aut de his. ASCLEPIVS. Omnia ergo ipſa, vt dicis, ô Triſmegiſte, mundana, vt ita dixerim, ſpecies

a agitatur ſiue gubernatur omnes

b eſt. Spiritu verò implet omnia vt cuiuſque

c Inaltata enim eſt caua

d Sphæræ, ipſa

e inſtar,

f ſolos

g imum vel pars ſi loc.

h ᾅδης

i ἰδεῖν

k priuantur, Græcè ᾅδης,

ꝺcle rum omnium, quæ insunt in vniuscu-que sicuti est tota substantia? TRISME-ISTVS. Mundus itaque nutrit corpora, iritus, animas, sensus autem quo dono cœ-sti sola felix sit humanitas, alit mentem. Ne-e enim omnes, sed pauci quorum ita mens t, vt tanti benefic'j capax esse posit. Vt enim le Mundus, ita mens humana isto clare-it lumine, & eo amplius. Nam sol quicquid uminat, aliquando terræ & lunæ interiectu iteruueniente nocte, eius priuatur lumine, nsus autem cùm semel fuerit animæ com-iixtus humanæ, fit vna ex bene coalescente ommixtione a materia ita vt nunquam eius-iodi mentes caliginis impediantur errori-us. Vnde iustè sensus deorum animas esse ixerunt. b Ergo nec eorum dico omnium, ed magnorum quorumcunque & principa-ium. ASCLEPIVS. Quæ dicis rerum ca-pita vel initia primordiorum, ô Trismegiste? TRISMEGISTVS. Magna tibi pando, & diuina nudo mysteria, cuius rei initium facio ex optato fauore cœlesti. Deorum genera mul-ta sunt, eorumque omnium pars intelligilis dicitur, alia verò sensibilis. c Intelligibilis di-citur, non ideo quòd putentur non subiace-re sensibus nostris, magis enim sentimus eos, quàm quos visibiles nuncupamus, sicut di-sputatio perdocebit, & tu si intendas pote-ris peruidere. Sublimis etenim ratio, eoque di-uinior vltra hominum mentes, intentionesq;

consi-

a natura, ita

b Ego verò nec

c Intelligibiles dicuntur,

consistens, si non attentiore aurium obsequi
verba loquentium acceperit, transuolabit &
transfluet, aut magis refluet, suique *a* potis li- *a* fontis
quoribus miscebit se. Sunt ergo omnium spe-
cierum principes dij. Hos sequuntur dij, quo-
rum est princeps, οὐσία. Hi sensibiles vtriusque
originis suæ consimiles, qui per sensibilem na-
turam conficiunt omnia, altera per alterum v-
nusquisque opus suum illuminans. Cœli, vel
quicquid est quod eo nomine comprehendi-
tur οὐσιάρχης, est Iupiter. Per cœlum enim Iupi-
ter omnibus præbet vitam. Solis *b* οὐσιάρχης lu- *b* ἰσία
men est. Bonum enim luminis per orbem So-
lis nobis infunditur. XXXVI. quorū vocabu-
lum est Horoscopi, in eodem loco semper defi-
xorum syderum. Horum ἰσιάρχης vel princeps
est, quem παντόμορφον vel omniformem vocát,
qui diuersis speciebus diuersas formas *c* facit. *c* facit. Septem
septem sphæræ quæ *d* vocantur habent ἰσιάρ- *d* vocantur erraticæ, habent ἰσιάρχας,
χην quam fortunam dicunt, aut εἱμαρμένην, qui-
bus *e* imitantur omnia lege naturæ stabilita- *e* immutantur
teque firmissima & sempiterna agitatione va-
riata. Aër verò organū vel machina omnium,
per quam omnia fiunt. Est autem οὐσιάρχης hu-
ius secundus mortalia mortalibus & his simi-
lia. *His ergo ita se habentibus, ab imo ad
summum se mouentibus, sic sibi connexa sunt
omnia pertinentia ad summum se mouētibus,
sic sibi connexa sunt omnia pertinētia ad se na-
turaliter, vt mortalibus mortalia sensibiliaque
sensibilibus annexa sint. Summa verò guberna-
tionis

nis summo illi Domino paret, vt non mul-
ꝛ aut potius vnum ex vno etenim cuncta [a] at
ndentia, ex eoque defluentia cum distantia
lentur, creduntur esse quidem plurima diui-
ꝛ, adunata verò vnum vel duo, vnde fiunt
mnia, & à quo fiunt omnia, id est, de materia,
qua fiunt, & ex eius voluntate, cuius nutu
ciuntur alia. ASCLEP. Hæc iterum ratio
e est, ô Trismegiste? TRISMEGIS. Talis
Ascleipi [b] Deus. Etenim vel Pater, vel Domi- [b] Deus etenim
omnium, vel [c] quocunque nomine ab ho- [c] quocunque alio nom.
ibus sanctius & religiosius nuncupatur,
od inter nos intellectus nostri causa debet
sacratum, tanti eius nominis contempla-
ne nullo ex ijs nominibus eum definitè
ncupabimus. Si enim vox est ex aëre per-
so spiritus sonus declarans omnem homi-
voluptatem, vel sensum, quem fortè ex sen-
as mente perceperit, cuius nominis tota
stantia paucis composita, syllabis definita,
ue circumscripta est, vt esset in homine ne-
sarium vocis, auriumque commercium, si-
liter etiam sensus, & spiritus, & aëris, & om-
m in his, & per hæc, aut cum his nomen est
um Dei. Non enim spero totius maiestatis
ectorum, omniumque rerum Patrem vel
ominũ vno posse, quamuis è multis cõposi-
nomine, nuncupari. Hũc verò vno nomine,
potius omni nomine, [d] siquidem sit vnus, [d] siquidẽ is sit
omnia vt sit necesse, aut omnia esse eius no-
ne, aut ipsum omniũ nominibus nuncupari.
Hic

Hic ergo ſolus omnia, vtraque ſecus fœcundi-tate pleniſsimus, ſemper voluntatis ſuæ præ-gnans parit ſemper quicquid voluerit procrea-re. Voluntas eius eſt bonitas omnis, hæc eadē bonitas omnium rerum eſt, ex diuinitate eius natura nata, vt ſint omnia ſicut ſunt, & fuerunt, & futuris omnibus dehinc natura ex ſe naſcen-di ſufficiat. Hęc ergo ratio, ô Aſclepi, tbi ſit red-dita, quare & quomodo fiant omnia vtriuſque ſexus. ASCLEP. Ergo Deum dicis, ô Triſme-giſte? TRISMEG. Non ſolùm Deum, ô Aſcle-pi, ſed animalia omnia & inanimalia. Impoſsi-bile enim eſt aliquid eorum quę ſunt, infœcun-dum eſſe. Fœcunditate enim dempta ex omni-bus, quæ ſunt, impoſsibile erit ſemper eſſe quæ ſunt. Ego enim & naturam, & ſenſum, & Mun-dum dico in ſe continere naturam & nata om-nia conſeruare: procreatione enim vterq; ple-nus eſt ſexus, & eius vtriuſque connexio, aut quid eſt verius, a veritas incomprehenſibilis eſt, quam ſiue Cupidinem, ſiue Venerem, ſiue vtrunque poteris rectè nuncupare. Hoc ergo omni vero verius manifeſtiusque mente per-cepto, quod ex omni illo totius naturæ Deo hoc ſit cunctis in æternum procreandi inuen-to tributumque miniſterium, cui ſumma cha-ritas, lætitia, hilaritas, & cupiditas, amorque di-uinus innatus eſt. Et dicendum foret quanta ſit eius miniſterij vis atque neceſsitas, niſi e-ſui contemplatione vnicuique ex intimo nou-eſſe potuiſſet. Si enim illud extremū temporis

a vnitas

quo

quo ex cerebro ad ritum peruenimus, vtraque in vtramque fundat natura progeniem animaduertas vt altera auidè alterius rapiat semen, interitusque recondat. Denique eo tempore ex commixtione communi, virtutem fœminæ marium adipiscuntur, & mares fœmineo corpore lassescunt. Effectus itaque huius tam blandi necessarijque mysterij in occulto perpetratur, ne vulgo irridentibus imperitis vtriusque naturæ diuinitas ex commixtione secus cogatur erubescere, multò magis etiam si visibus inreligiosorum hominum subijciatur. Sunt autem non multi aut admodum pauci, ita vt numerari etiam in Mundo posśint religiosi. Vnde contingit in multis remanere malitiam defectu prudentiæ, scientiæque rerum omnium quæ sunt. Ex intellectu rationis diuinæ, quæ constituta sunt omnia, contemptus, medelaque nascitur vitiorum totius Mundi. Perseuerante autem imperitia, atque inscitia, vitia omnia conualescunt, vulnerantque animam a insanabilem, vitijsque infecta ijsdem atque vitiata quasi venenis tumescit, nisi eorum quorum animarum disciplina & intellectus summa curatio est. Si solis ergo & paucis hoc proderit, dignum est hunc prosequi atque expedire tractatum. Quare solis hominibus intelligentiam & disciplinam suá diuinitas sit impartiri dignata. Audi itaque. Deus Pater & Dominus, cùm post deos homines efficeret ex parte corruptione Mundi, & ex diuina, pari

a Insanabilibus vitijs, quæ

pari lance componderans, contingit vitia Mūdi corporibus commixta remanere. Ea alia propter cibos victumque, quem necessariò habemus cum omnibus animalibus communē, quibus de rebus necesse est cupiditatum desideria, & reliqua mentis vitia animis humanis insidere. Dijs verò, vtpote ex mundissima parte naturæ effectis, & nullis indigentibus rationis disciplinæq; adminiculis, quamuis immortalitas, & vnius semper ætatis vigor ipse sit eis prudentia & disciplina, tamen propter vnitatē rationis pro ratione & intellectu, ne ab his essent alieni, ordinem necessitatis lege cōscriptum æterna lege constituit, hominem ex animalibus cunctis de sola ratione disciplinaque cognoscens, per quæ vitia corporum homines auertere, atque abalienare potuissent ipsos ad immortalitatis spem intentionemque prætendens. Denique & bonum hominem, & qui posset immortalis esse, ex vtraque natura composuit, diuina atque mortali, & sic compositum per voluntatem Dei hominem constitutum est esse meliorem dijs, qui sunt ex sola immortali natura formati, & omnium mortaliū, propter quod homo dijs cognatione coniunctus; ipsos religione, & sancta mente veneratur, dijq; pio affectu humana omnia respiciunt atq; custodiūt. Sed de hominibus paucis istud dictum est pia mente preditis. De vitiosis verò nihil dicēdum est, ne sanctissimus sermo eorū contemplatic ne violetur. Et quoniam de cognatio-

gnatione & consortio hominum deorumque nobis indicitur sermo, potestatem hominis, ô Asclepi vimq; cognosce. Dominus & Pater vel quod est summũ Deus, vt effector est deorum cœlestium, ita homo effector est deorum, qui in templis sunt, humana proximitate coniuncti, & non solùm illuminantur, verùm etiam illuminãt, nec solùm ad Deum proficit, verùm etiam cõfirmat deos. Miraris, ô Asclepi, an nunquid diffidis, vt multi? ASCLEP. Confundor ô Trismegiste, sed tuis verbis libenter assensus, felicissimum hominem iudico, qui sit tantam felicitatem consecutus. TRISMEG. Nec immeritò, miraculo dignus est, qui est omnium *a* maximus deorũ Genus omnium confusione manifestum est, de mundissima parte naturæ prognatum, signaq; eorum sola quasi capita pro omnibus esse, species verò deorum quas conformat humanitas ex natura vtraq; conformata est, ex diuina quæ est prior, multoq; diuinior, & ex ea, quæ intra homines est, id est, ex materia qua fuerunt fabricati, & non solùm capitibus solis, sed membris omnibus, totoq; corpore figurantur. Ita humanitas *b* semper vicina naturæ, & origini suæ in illa diuinitatis imitatione perseuerat, vt sicut *c* Deus ac Dominus, vt sui similes essent, deos fecit æternos, ita humanitas deos suos ex sui vultus similitudine figuraret. ASCLEP. Statuas dicis, ô Trismegiste? TRISMEG. Statuas ô Asclepi, vidésne quatenus tu ipse diffidas, statuas animatas

a maxim⁹. Deorum genus

b semper memor naturæ & originis suę

c Pater

nimatas sensu,& spiritu plenas, tanta & talia facientes, statuas futurorum præscias, *a* easq; fortes vates omnes somnijs, multisque alijs rebus præcedentes, imbecillitates hominibus facientes, easq; curantes, tristitiamq; pro meritis. An ignoras, ô Asclepi, quod ægyptus imago sit cœli, aut quod est verius translatio. aut descensio omnium, quæ gubernantur, atq; exercentur in cœlo? Et si dicendum est, verius terra nostra Mundi totius est templum, *b* & quoniam præscire cuncta prudentes decet, istud nos ignorare fas non est. Futurum tempus est, cũ appareat Ægyptios incassum pia mente diuinitatẽ sedula religione seruasse, & omnis eorum sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. E terris enim ad cœlum est recursura diuinitas, linqueturque, Ægyptus, *c* terraque quæ fuit diuinitatis sedes, religione viduata numinum præsentia destituetur. Alienigenis enim regionem istam terramque complentibus, non solùm neglectus religionum, sed quod est durius, quasi de legibus à religione, pietate, cultuque diuino statuetur *d* pro scripta pœna, prohibitio. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorumque plenissima. O Ægypte, Ægypte religionum tuarum solæ supererũt fabulæ, *e* & æquæ incredibiles posteris suis. solaque supererunt verba lapidibus incisa, tua pia facta narrantibus, & inhabitabit Ægyptum Scythes aut Indus, aut aliquis talis, id est,

a eaq; forte vates somnijs

b & tamẽ quon.

c terraq; sedes religionũ quæ fuit viduata

d præscripta

e exque incr.

est, vicina barbaria. Diuinitas enim repetet cœlum, deserti homines toti morientur, atque ita Ægyptus Deo & homine viduata deseretur. Te verò appello sanctissimum flumen, tibique futura prædico torrenti sanguine plenus ad vsque ripas, erupes, vndæque diuinæ non solùm polluentur sanguine, sed totæ rumpentur, & viuis multo maior erit numerus sepultorum, superstes verò qui erit, lingua sola cognoscetur Ægyptus, actibus verò videbitur alienus. Quid fles, ô Asclepi? & his amplius, multoque deterius ipsa Ægyptus suadebitur, imbueturque peioribus malis, quæ sancta quondam, & diuinitatis amantissima deorum in terra suæ religionis meritò, sola deductio sanctitatis & pietatis magistra, erit maximæ crudelitatis exemplum, & tunc tædio hominum non admirandus videbitur Mundus, nec adorandus. Hoc totum bonum, quo melius, nec fuit, nec est, nec erit, quod videri possit, periclitabitur. Eritque graue hominibus, & per hoc contemnetur, nec diligetur totus hic Mundus, Dei opus immutabile, gloriosa constructio, bonum, multiformi imaginum varietate compositum, machina voluntatis Dei, suo operi sine inuidia suffragantis in vnum omnium, quæ venerari, laudari, amari denique à videntibus debent, multiformis erit adunata congestio. Nam & tenebræ præponentur lumini, & mors vita a melior iudicabitur; a vtilior

dddd 2 nemo

nemo suspiciet cœlum. Religiosus pro insano & irreligiosus putabitur prudens, furiosus fortis, pro bono habebitur pessimus. Anima etenim & omnia circum ea quibus aut immortalis nata est, aut immortalitatem se consecuturam esse præsumit, secundum quod vobis exposui, non solùm risus, sed etiam putabitur vanitas. Sed mihi credite & periculum capitale constituetur in eum, qui se mentis religioni dederit. Noua constituentur iura, lex noua, nihil sanctum, nihil religiosum, nec cœlo, nec cœlestibus dignum audietur, aut mente credetur. Fit deorum ab hominibus dolenda secessio, soli nocentes angeli a remanent, qui humanitati commixti ad omnia audaciæ mala miseros, manu iniecta compellent in bella, in rapinas, in fraudes, & in omnia quæ sunt animarum naturæ contrariæ. Tunc nec terra constabit, nec nauigabitur mare, nec cœlum astrorum cursibus, nec syderum cursus constabit in cœlo, omnis vox diuina necessaria taciturnitate mutescet, fructus terræ corrumpentur, nec fœcunda tellus erit, & aër ipse mœsto torpore languescet. Hæc & talis senectus veniet Mundi, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum hominum. Cùm hæc cuncta contigerint, ô Asclepi, tunc ille Dominus, & Pater, Deus primipotens, & vnus gubernator Mundi, intuens in mores factaq; voluntaria voluntate sua, quæ est Dei benignitas, vitijs resistens, & corruptelæ omnium errorẽ reuocans,

a emanebant

uocans, malignitatem omnem alluuione diluens, vel igne consumens, vel morbis *a* pestilentibus vsque per diuersa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem Mundum reuocabit, vt & Mundus ipse adorãdus videatur, atq; mirandus, & tanti operis effector & restitutor Deus, ab hominibus qui tunc erunt, frequentibus laudum præconijs benedictionibusque celebretur. Hæc enim Mundi genitura cunctarum reformatio rerũ bonarũ, & naturæ ipsius, sanctissima & religiosissima restitutio, per coactum temporis cursum, quæ est, & fuit sine initio sempiterna. Voluntas etenim Dei caret initio, quæ eadem est, & vbique est sempiterna. ASCLEPIVS. Dei enim natura consilium est *b* voluntatis bonitas summa, ô Trismegiste? TRISMEG. O' Asclepi voluntas cõsilio nascitur, & ipsum velle è voluntate. Neque enim impensè aliquid vult qui est omnium plenissimus, *c* & ea quæ vult habet. vult autem omnia bona, & habet omnia quæ vult, omnia autem bona & cogitat & vult, hic autem est Deus, eius imago *d* Mundus boni. ASCLEP. Bonus, ô Trismegiste? TRISMEGISTVS. Bonus, ô Asclepi, vt ego te docebo, Sicuti enim Deus omnibus speciebus, vel generibus quæ in Mundo sunt, distributor, dispensatorque est bonorum, id est, sensus animæ, & vitæ, sic & Mundus, præstitor est, & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona, id est, alternationis partium, temporalium fructuum natiui-

a pestilẽtijsque

b volũtatis. bonitas sũma consilium ô

c sed ea vult quæ habet. Vult

d Mũdus. ASCLEP. Boni Bon9

non nata dicuntur, quæ nec dum nata sunt, sed ea quæ carent fœcunditate generandi, ita vt ex eis nihil nasci possit. Quæcunque ergo sunt quibus inest natura *a* generandi, generabilia sunt, de quibus nasci potest, tametsi ea ex se nata sint. Neque enim dubitatur ex his quæ ex se nata sunt, facilè nasci posse, de quibus cuncta nascuntur.

a generādi, hæc & generab.

Deus ergo sempiternus, Deus æternus, nec nasci potest, nec potuit, *b* hoc est, hoc fuit, hoc semper erit. Hæc ergo est, quæ ex se tota est, natura Dei. ὕλη autem vel Mundi natura & spiritus quamuis *c* nata videantur à principio, tamen ex se nascēdi, procreandiq; vim possident atq; naturā fœcunditatis. Etenim initiū in qualitate naturæ est, quę conceptus & partus in se possidet vim atq; materiam. Hæc itaq; sine alieno conceptu est sola generabilis. At verò quæ vim solá concipiendi *d* habeant, ex alterius cōnexione naturæ, ita discernenda sunt vt hic locus Mūdi cum his, quæ in se sunt, videatur esse non natus, qui vtiq; in se vim totius naturæ habet. Locum autem dico, in quo sunt omnia. Neque enim hæc omnia esse potuissent, si locus deesset, qui omnia sustinere potuisset.

b hic est, hic fuit, hic erit semper.

c nata non vid.

d habent ex alterius cōmixtione nat.

Omnibus enim rebus quæ fuerunt, præcauendum est *e* loco, nec qualitates, etenim nec quantitates, nec positiones, nec effectus dignosci potuissent earum rerum, quæ nusquam sunt. Sic ergo Mundus quamuis natus non sit, in se tamen omnium naturam habet, vtpote qui

e loco. Nec qualitates etenim.

te qui omnibus ijs ad concipiendum sinus fœcundissimos præstet. Hoc ergo est totum *a* qualitatis, materiæque creabilis est, tametsi creata non est. Sicut enim in natura materiæ, qualitas fœcunda est. sic & malignitatis eadem est æquè fœcunda. Nec *b* eo dixi, ô Asclepi, & Ammon, quod à multis dicitur, non poterat Deus incidere atque auertere à rerum natura malitiam, quibus respondendum nihil omnino est. *c* Vnde tamen causa, & id prosequar, quod cœperam, & rationem *d* reddam, dicunt enim ipsi Deum debuisse omnifariam Mundum à malitia liberare. Ita enim in Mundo est, vt quasi membrum ipsius videatur *e* esse prouisum cautumque quàm rationabiliter à summo Deo, tunc cum disciplina, intelligentia mentes hominum est munerare dignatus. Hisce enim rebus quibus cæteris antestamus animalibus, soli possumus malitiæ fraudes, dolos, vitiaque vitare. Ea enim, qui antequam ijs implicitus est, ex aspectu vitarit, is homo est diuina intelligentia, prudentiaq; munitus. Fundamentum enim est disciplinæ in summa bonitate consistens. Spiritu autem ministrantur omnia, & vegetantur in *f* Mundo, & quasi organum vel machina summi Dei voluntati subiectus est. Itaq; hactenus intelligatur à nobis mente sola intelligibilis, summus, qui dicitur Deus rector, gubernatorq; sensibilis Dei, eius, qui in se cōplectitur omnem locum, omnē rerum substantiam, totamq; gignentium creantiumq;

a qualitatis materiæ quæ

b ergo

c vestri tamen

d reddam. Dicunt

e esse. Prouisum cautumq; est quantū rationabiliter potuisset à summo Deo, tunc cum sensu, disciplina, int.

f mundo, Aër quasi.

tiumq; materiam, & omne quicquid eſt quantumcunque eſt. Spiritu verò *a* agitatur, ſeu gubernatur omnis in Mundo ſpecies, vnaquæque ſecundum naturam ſuam à Deo diſtributam ſibi. ὕλη autem vel Mundus omnium eſt receptaculum, omniumque agitatio, atq; frequentatio, quorum Deus gubernator diſpenſans omnibus rebus humanis quantum vnicuique *b* neceſſarium. Spiritus autem implet omnia, cuiuſcunq; naturæ qualitas eſt. *c* Eſt enim caua Mundi rotunditas in modum *d* ſphæræ. Ipſa ſibi qualitatis, vel formæ ſuæ cauſa inuiſibilis tota. Quippe cùm quemcunque in ea ſummum, ſubter deſpiciendi cauſa delegeris locum, ex eo in imo quid ſit, videre non poſsis, propter quod multis locis *e* inſtat, qualitatemque habere creditur. Per *f* ſola ſpecierum, quarum imaginibus videtur inſculpta, quaſi viſibilis creditur, cum depicta monſtratur. Re autem vera, eſt ſibijpſi inuiſibilis ſemper; ex quo eius *g* vnum vel pars locus eſt in ſphæra, Græcè, *h* ἀειδὴς dicitur. Siquidem *i* ἀιδεῖν Gręcè videre dicitur, quo viſu primum ſphæræ careant, vnde & ideo dicuntur ſpecies quod ſint inuiſibilis formæ. Ab eo itaque quod viſu *k* priuantur. Græcè ἀδᾶς ab eo quod in imo ſphæræ ſunt, Latinè inferi nuncupantur. Hæc ergo ſunt principalia & antiquiora, & quaſi initia, vel capita omnis qui ſunt in his, aut per hæc, aut de his. ASCLEPIVS. Omnia ergo ipſa, vt dicis, ô Triſmegiſte, mundana, vt ita dixerim, ſpecies

a agitātur ſiue gubernātur omnes
b eſt. Spiritu verò implet omnia vt cuiuſque
c In altata enim eſt caua
d Sphærę, ipſa
e inſtar,
f ſolos
g imum vel pars ſi loc.
h ἅδης
i ἰδεῖν
k priuantur, Græcè ᾅδης,

rum omnium, quæ insunt in vniuscu-
e sicuti est tota substantia? TRISME-
TVS. Mundus itaque nutrit corpora,
us, animas, sensus autem quo dono cœ-
ola felix fit humanitas, alit mentem. Ne-
enim omnes, sed pauci quorum ita mens
t tanti beneficij capax esse possit. Vt enim
Mundus, ita mens humana isto clare-
umine, & eo amplius. Nam sol quicquid
ninat, aliquando terræ & lunæ interiectu
rueniente nocte, eius priuatur lumine,
sus autem cùm semel fuerit animæ com-
ctus humanæ, fit vna ex bene coalescente
nmixtione *a* materia ita vt nunquam eius *a natura, ita*
di mentes caliginis impediantur errori-
s. Vnde iustè sensus deorum animas esse
xerunt. *b* Ergo nec eorum dico omnium, *b Ego verò nec*
d magnorum quorumcunque & principa-
um. ASCLEPIVS. Quæ dicis rerum ca-
ita vel initia primordiorum, ô Trismegiste?
TRISMEGISTVS. Magna tibi pando, &
diuina nudo mysteria, cuius rei initium facio
ex optato fauore cœlesti. Deorum genera mul-
ta sunt, eorumque omnium pars intelligilis
dicitur, alia verò sensibilis. *c* Intelligibilis di- *c Intelligibiles dicuntur,*
citur, non ideo quòd putentur non subiace-
re sensibus nostris, magis enim sentimus eos,
quàm quos visibiles nuncupamus, sicut di-
sputatio perdocebit, & tu si intendas pote-
ris peruidere. Sublimis etenim ratio, eoque di-
uinior vltra hominum mentes, intentionesq;
consti-

consistens, si non attentiore aurium obsequio verba loquentium acceperit, transuolabit & transfluet, aut magis refluet, suique a potis liquoribus miscebit se. Sunt ergo omnium specierum principes dij. Hos sequuntur dij, quorum est princeps, οὐσία. Hi sensibiles vtriusque originis suæ consimiles, qui per sensibilem naturam conficiunt omnia, altera per alterum vnusquisque opus suum illuminans. Cœli, vel quicquid est quod eo nomine comprehenditur οὐσιάρχης, est Iupiter. Per cœlum enim Iupiter omnibus præbet vitam. Solis b οὐσιάρχης lumen est. Bonum enim luminis per orbem Solis nobis infunditur. XXXVI. quorũ vocabulum est Horoscopi, in eodem loco semper defixorum syderum. Horum οὐσιάρχης vel princeps est, quem παντόμορφον vel omniformem vocat, qui diuersis speciebus diuersas formas c facit. septem sphæræ quæ d vocantur habent οὐσιάρχην quam fortunam dicunt, aut εἱμαρμένην, quibus e imitantur omnia lege naturæ stabilitateque firmissima & sempiterna agitatione variata. Aër verò organũ vel machina omnium, per quam omnia fiunt. Est autem οὐσιάρχης huius secundus mortalia mortalibus & his similia. * His ergo ita se habentibus, ab imo ad summum se mouentibus, sic sibi connexa sunt omnia pertinentia ad summum se mouẽtibus, sic sibi connexa sunt omnia pertinẽtia ad se naturaliter, vt mortalibus mortalia sensibiliaque sensibilibꝰ annexa sint. Summa verò gubernationis

a fontis

b οὐσία

c facit. Septem

d vocantur erraticæ, habent οὐσιάρχας,

e immutantur

summo illi Domino paret, vt non mul-
ut potius vnum ex vno etenim cuncta [a]at
entia, ex eoque defluentia cum distantia
itur, creduntur esse quidem plurima diui.
adunata verò vnum vel duo, vnde fiunt
a, & à quo fiunt omnia, id est, de materia,
ta fiunt, & ex eius voluntate, cuius nutu
untur alia. ASCLEP. Hæc iterum ratio
est, ô Trismegiste? TRISMEGIS. Talis
lepi *b* Deus Etenim vel Pater, vel Domi- *b* Deus etenim
mnium, vel *c* quocunque nomine ab ho- *c* quocunque alio nom.
ous sanctius & religiosius nuncupatur,
l inter nos intellectus nostri causa debet
acratum, tanti eius numinis contempla-
nullo ex ijs nominibus eum definitè
upabimus. Si enim vox est ex aëre per-
spiritus sonus declarans omnem homi-
oluptatem, vel sensum, quem fortè ex sen-
s mente perceperit, cuius nominis tota
tantia paucis composita, syllabis definita,
ie circumscripta est, vt esset in homine ne-
arium vocis, auriumque commercium, si-
ter etiam sensus, & spiritus, & aëris, & om-
n in his, & per hæc, aut cum his nomen est
m Dei. Non enim spero totius maiestatis
ctorum, omniumque rerum Patrem vel
minũ vno posse, quamuis è multis cõposi-
nomine, nuncupari. Hũc verò vno nomine,
potius omni nomine, *d* siquidem sit vnus, *d.* siquidẽ is sit
omnia vt sit necesse, aut omnia esse eius no-
ne, aut ipsum omniũ nominibus nuncupari.
Hic

Hic ergo solus omnia, vtraque secus fœcundi-
tate plenissimus, semper voluntatis suæ præ-
gnans parit semper quicquid voluerit procrea-
re. Voluntas eius est bonitas omnis, hæc eadē
bonitas omnium rerum est, ex diuinitate eius
natura nata, vt sint omnia sicut sunt, & fuerunt,
& futuris omnibus dehinc natura ex se nascen-
di sufficiat. Hęc ergo ratio, ô Asclepi, tbi sit red-
dita, quare & quomodo fiant omnia vtriusque
sexus. ASCLEP. Ergo Deum dicis, ô Trisme-
giste? TRISMEG. Non solùm Deum, ô Ascle-
pi, sed animalia omnia & inanimalia. Impossi-
bile enim est aliquid eorum quę sunt, infœcun-
dum esse. Fœcunditate enim dempta ex omni-
bus, quæ sunt, impossibile erit semper esse quæ
sunt. Ego enim & naturam, & sensum, & Mun
dum dico in se continere naturam & nata om-
nia conseruare: procreatione enim vterq; ple-
nus est sexus, & eius vtriusque connexio, au
quid est verius, a veritas incomprehensibilis
est, quam siue Cupidinem, siue Venerem, siu
vtrunque poteris rectè nuncupare. Hoc ergo
omni vero verius manifestiusque mente per
cepto, quod ex omni illo totius naturæ De
hoc sit cunctis in æternum procreandi inuen
to tributumque ministerium, cui summa cha
ritas, lætitia, hilaritas, & cupiditas, amorque di
uinus innatus est. Et dicendum foret quant
sit eius ministerij vis atque necessitas, nisi e
sui contemplatione vnicuique ex intimo not
esse potuisset. Si enim illud extremū tempori
qu

a vnitas

quo ex cerebro ad ritum peruenimus, vtraque in vtramque fundat natura progeniem animaduertas vt altera auidè alterius rapiat femen, interitusque recondat. Denique eo tempore ex commixtione communi, virtutem fœminæ marium adipiscuntur, & mares fœmineo corpore lassescunt. Effectus itaque huius tam blandi necessarijque mysterij in occulto perpetratur, ne vulgo irridentibus imperitis vtriusque naturæ diuinitas ex commixtione secus cogatur erubescere, multò magis etiam si visibus irreligiosorum hominum subijciatur. Sunt autem non multi aut admodum pauci, ita vt numerari etiam in Mundo possint religiosi. Vnde contingit in multis remanere malitiam defectu prudentiæ, scientiæque rerum omnium quæ sunt. Ex intellectu rationis diuinæ, quæ constituta sunt omnia, contemptus, medelaque nascitur vitiorum totius Mundi. Perseuerante autem imperitia, atque inscitia, vitia omnia conualescunt, vulnerantque animam a insanabilem, vitijsque infecta ijsdem atque vitiata quasi venenis tumescit, nisi eorum quorum animarum disciplina & intellectus summa curatio est. Si solis ergo & paucis hoc proderit, dignum est hunc prosequi atque expedire tractatum. Quare solis hominibus intelligentiam & disciplinam suá diuinitas sit impartiri dignata. Audi itaque. Deus Pater & Dominus, cùm post deos homines efficeret ex parte corruptione Mundi, & ex diuina, pari

a insanabilibus vitijs, quæ

pari lance componderans, contingit vitia Mũdi corporibus commixta remanere. Ea alia propter cibos victumque, quem necessario habemus cum omnibus animalibus communẽ, quibus de rebus necesse est cupiditatum desideria, & reliqua mentis vitia animis humanis insidere. Dijs verò, vtpote ex mundissima parte naturæ effectis, & nullis indigentibus rationis disciplinæq; adminiculis, quamuis immortalitas, & vnius semper ætatis vigor ipse sit eis prudentia & disciplina, tamen propter vnitatẽ rationis pro ratione & intellectu, ne ab his essent alieni, ordinem necessitatis lege cõscriptum æterna lege constituit, hominem ex animalibus cunctis de sola ratione disciplinaque cognoscens, per quæ vitia corporum homines auertere, atque abalienare potuissent ipsos ad immortalitatis spem intentionemque prætendens. Denique & bonum hominem, & qui posset immortalis esse, ex vtraque natura composuit, diuina atque mortali, & sic compositum per voluntatem Dei hominem constitutum est esse meliorem dijs, qui sunt ex sola immortali natura formati, & omnium mortaliũ, propter quod homo dijs cognatione coniunctus; ipsos religione, & sancta mente veneratur, dijq; pio affectu humana omnia respiciunt atq; custodiũt. Sed de hominibus paucis istud dictum est pia mente prẹditis. De vitiosis verò nihil dicẽdum est, ne sanctissimus sermo eorũ contemplatione violetur. Et quoniam de co-

gnatio-

gnatione & consortio hominum deorumque nobis indicitur sermo, potestatem hominis, ô Asclepi vimq; cognosce. Dominus & Pater vel quod est summũ Deus, vt effector est deorum cœlestium, ita homo effector est deorum, qui in templis sunt, humana proximitate coniuncti, & non solùm illuminantur, verùm etiam illumināt, nec solùm ad Deum proficit, verùm etiam cõfirmat deos. Miraris, ô Asclepi, an numquid diffidis, vt multi? ASCLEP. Confundor ô Trismegiste, sed tuis verbis libenter assensus, felicissimum hominem iudico, qui sit tantam felicitatem consecutus. TRISMEG. Nec immeritò, miraculo dignus est, qui est omnium *a* maximus deorũ Genus omnium confusione manifestum est, de mundissima parte naturæ prognatum, signaq; eorum sola quasi capita pro omnibus esse, species verò deorum quas conformat humanitas ex natura vtraq; conformata est, ex diuina quæ est prior, multoq; diuinior, & ex ea, quæ intra homines est, id est, ex materia qua fuerunt fabricati, & non solùm capitibus solis, sed membris omnibus, totoq; corpore figurantur. Ita humanitas *b* semper vicina naturæ, & origini suæ in illa diuinitatis imitatione perseuerat, vt sicut *c* Deus ac Dominus, vt sui similes essent, deos fecit æternos, ita humanitas deos suos ex sui vultus similitudine figuraret. ASCLEP. Statuas dicis, ô Trismegiste? TRISMEG. Statuas ô Asclepi, vidésne quatenus tu ipse diffidas, statuas a-

a maxim⁹. Deorum genus

b semper memor natura & originis suę

c Pater

nimatas sensu, & spiritu plenas, tanta & talia facientes, statuas futurorum præscias, *a* easq; fortes vates omnes somnijs, multisque alijs rebus præcedentes, imbecillitates hominibus facientes, easq; curantes, tristitiamq; pro meritis. An ignoras, ô Asclepi, quod ægyptus imago sit cœli, aut quod est verius translatio, aut descensio omnium, quæ gubernantur, atq; exercentur in cœlo? Et si dicendum est, verius terra nostra Mundi totius est templum, *b* & quoniam præscire cuncta prudentes decet, istud nos ignorare fas non est. Futurum tempus est, cũ appareat Ægyptios incassum pia mente diuinitatẽ sedula religione seruasse, & omnis eorum sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. E terris enim ad cœlum est recursura diuinitas, linqueturque, Ægyptus, *c* terraque quæ fuit diuinitatis sedes, religione viduata numinum præsentia destituetur. Alienigenis enim regionem istam terramque complentibus, non solùm neglectus religionum, sed quod est durius, quasi de legibus à religione, pietate, cultuque diuino statuetur *d* pro scripta pœna, prohibitio. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorumque pleaissima. O Ægypte, Ægypte religionum tuarum solæ supererũt fabulæ, *e* & æquæ incredibiles posteris suis, solaque supererunt verba lapidibus incisa, tua pia facta narrantibus, & inhabitabit Ægyptum Scythes aut Indus, aut aliquis talis, id est,

a eaq; forte vates somnijs

b & tamẽ quon.

c terraq; sedes religionũ quæ fuit viduata

d præscripta

e exæque incr.

eſt, vicina barbaria. Diuinitas enim repetet cœlum, deſerti homines toti morientur, atque ita Ægyptus Deo & homine viduata deſeretur. Te verò appello ſanctiſsimum flumen, tibique futura prædico torrenti ſanguine plenus ad vſque ripas, erupes, vndæque diuinæ non ſolùm polluentur ſanguine, ſed totæ rumpentur, & viuis multo maior erit numerus ſepultorum, ſuperſtes verò qui erit, lingua ſola cognoſcetur Ægyptus, actibus verò videbitur alienus. Quid fles, ô Aſclepi? & his amplius, multoque deterius ipſa Ægyptus ſuadebitur, imbueturque peioribus malis, quæ ſancta quondam, & diuinitatis amantiſsima deorum in terra ſuæ religionis meritò, ſola deductio ſanctitatis & pietatis magiſtra, erit maximæ crudelitatis exemplum, & tunc tædio hominum non admirandus videbitur Mundus, nec adorandus. Hoc totum bonum, quo melius, nec fuit, nec eſt, nec erit, quod videri poſsit, periclitabitur. Eritque graue hominibus, & per hoc contemnetur, nec diligetur totus hic Mundus, Dei opus immutabile, glorioſa conſtructio, bonum, multiformi imaginum varietate compoſitum, machina voluntatis Dei, ſuo operi ſine inuidia ſuffragantis in vnum omnium, quæ venerari, laudari, amari denique à videntibus debent, multiformis erit adunata congeſtio. Nam & tenebræ præponentur lumini, & mors vita *a* melior iudicabitur, *a* vtilior

 nemo

nemo suspiciet cœlum. Religiosus pro insano & irreligiosus putabitur prudens, furiosus fortis, pro bono habebitur pessimus. Anima etenim & omnia circum ea quibus aut immortalis nata est, aut immortalitatem se consecuturam esse præsumit, secundum quod vobis exposui, non solùm risus, sed etiam putabitur vanitas. Sed mihi credite & periculum capitale constituetur in eum, qui se mentis religioni dederit. Noua constituentur iura, lex noua, nihil sanctum, nihil religiosum, nec cœlo, nec cœlestibus dignum audietur, aut mente credetur. Fit deorum ab hominibus dolenda secessio, soli nocentes angeli *a* remanent, qui humanitati commixti ad omnia audaciæ mala miseros, manu iniecta compellent in bella, in rapinas, in fraudes, & in omnia quæ sunt animarum naturæ contrariæ. Tunc nec terra constabit, nec nauigabitur mare, nec cœlum astrorum cursibus, nec syderum cursus constabit in cœlo, omnis vox diuina necessaria taciturnitate mutescet, fructus terræ corrumpentur, nec fœcunda tellus erit, & aër ipse mœsto torpore languescet. Hæc & talis senectus veniet Mundi, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum hominum. Cùm hæc cuncta contigerint, ô Asclepi, tunc ille Dominus, & Pater, Deus primipotens, & vnus gubernator Mundi, intuens in mores factaq; voluntaria voluntate sua, quæ est Dei benignitas, vitijs resistens, & corruptelæ omnium errorē reuocans,

a emanebant

uocans, malignitatem omnem alluuione di-
uens, vel igne consumens, vel morbis *a* pe-
stilentibus vsque per diuersa loca dispersis fi-
niens, ad antiquam faciem Mundum reuoca-
uit, vt & Mundus ipse adorãdus videatur, atq;
mirandus, & tanti operis effector & restitutor
Deus, ab hominibus qui tunc erunt, frequen-
tibus laudum præconijs benedictionibusque
celebretur. Hæc enim Mundi genitura cuncta-
rum reformatio rerũ bonarũ, & naturæ ipsius,
sanctissima & religiosissima restitutio, per coa-
ctum temporis cursum, quæ est, & fuit sine ini-
tio sempiterna. Voluntas etenim Dei caret ini-
tio, quæ eadem est, & vbique est sempiterna.
ASCLEPIVS. Dei enim natura consilium
est *b* voluntatis bonitas summa, ô Trismegi-
ste? TRISMEG. O' Asclepi voluntas cõsilio
nascitur, & ipsum velle è voluntate. Neque e-
nim impensè aliquid vult qui est omnium ple-
nissimus, *c* & ea quæ vult habet. vult autem
omnia bona, & habet omnia quæ vult, omnia
autem bona & cogitat & vult, hic autem est
Deus, eius imago *d* Mundus boni. ASCLEP.
Bonus, ô Trismegiste? TRISMEGISTVS.
Bonus, ô Asclepi, vt ego te docebo, Sicuti enim
Deus omnibus speciebus, vel generibus quæ
in Mundo sunt, distributor, dispensatorque est
bonorum, id est, sensus animæ, & vitæ, sic &
Mundus, præstitor est, & tributor omnium,
quæ mortalibus videntur bona, id est, alterna-
tionis partium, temporalium fructuum natiui-

a pestilẽtijsque

b volũtatis. bonitas sũma consilium ô

c sed ea vult quæ habet. Vult

d Mũdus. ASCLEP. Boni Bon⁹

tatis, augmentorum, & maturitatis, & horum similium. Ac per hoc Deus supra verticē summi cœli consistens, vbique est, omniaque circunspicit. Sic est enim vltra cœlum locus sine stellis ab omnibus rebus corpulentis alienus. dispensator, qui est inter cœlum & terram, locū obtinet, quem Iouem vocamus. Terræ verò & mari dominatur Iupiter Plutonius, & hic nutritor est animantium mortalium & *a* fructiferarum. Horum omnium viribus fructus, arbusta & terra vegetantur. Aliorum verò vires & effectus per omnia quæ sunt, distribuuntur. Distribuentur verò qui terræ dominantur, & collocabuntur in ciuitate, in summo initio Ægypti, quæ à parte Solis occidentis cōdetur, ad quā terra mariq; festinabit omne mortale genus. ASCLEP. Modo tamen hoc tempore vbi isti sunt, ô Trismegiste? TRISMEG. Collocati sunt in maxima ciuitate, in monte Libyco & hæc vsque eo narrata sint. De immortali verò & mortali modo differendum est. Multos enim spes timorque *b* mortis, veræ rationis ignaros excruciat. Mors enim efficitur dissolutione corporis labore defessi, & numeri completi, quo corporis membra in vnam machinam ad vsus vitales aptantur. Moritur enim corpus quando hominis vitalia ferre posse destiterit. *c* Hoc ergo est mors, corporis dissolutio, & corporalis sensus interitus. De qua sollicitudo superuacua est. Sed *d* & alia necessaria, quam aut ignorātia, aut *e* incredulitas cōtemnit huma-

a fructiferorum.

b mortis, excruciat, veræ rationis ignaros.

c Hæc

d est

e incredibilitas

humana. ASCLEP. Quid est, ô Trismegiste, quod aut ignorant, aut esse posse, diffidunt? TRISMEG. Audi ergo, ô Asclepi. Cùm fuerit animæ à corpore facta discessio, tunc arbitrium examenq; meriti eius transiliet in summi dæmonis potestatem, isque eam cùm piam iustamque prouiderit, in sui competentibus locis manere permittit. a Si autem delictorum a Sin. illitam maculis, vitijsque oblitam viderit, desuper ad ima deturbans procellis turbinibusque aëris, ignis, & aquæ, sæpe discordantibus tradet. Atq; inter cœlum & terram mundanis fluctibus in diuersa semper æternis pœnis agitata b raptabitur. b rapiatur Vt in hoc animæ obsit æternitas, quod sit immortali sententia æterno supplicio subiugata. Ergo ne his implicemur, verédum, timendum cauendumq; esse cognosce. Incredibiles enim post delicta cogentur credere, nō verbis, sed exemplis, nec minis, sed ipsa passione pœnarum. ASCLEP. Non ergo Trismegiste hominum delicta sola humana lege puniuntur. TRISMEGIST. Primò, ô Asclepi, terrena quæ c sunt, omnia sunt mortalia, nunc c sunt omnia, mort. omnia etiam quæ sunt rationi corporali viuentia, & à viuendo eadem d corporali lege deficientia, d corporū ratione def. ea omnia pro vitæ meritis, aut delictis pœnis obnoxia tanto post mortem e sæuioribus subijciuntur, e seuerioribus quanto in vita forsitan fuerunt celata dum viuerent. Præscia etenim rerum omnium diuinitate reddentur, perinde vt sunt pro delictorum qualitatibus pœnæ.

ASCLEPIVS. Qui ſunt digni maioribus pœnis ô Triſmegiſte?

TRISMEG. Qui damnati humanis legibus vitam violenter amittunt, vt non naturæ animam debitam, ſed pœnam pro meritis reddidiſſe videantur. Contra iuſto homini in Dei religione *a* & ſumma pietate præſidium eſt. Deus enim tales ab omnibus tutatur malis. Pater enim omnium & Dominus, qui ſolus eſt omnia, omnibus ſe libenter oſtendit. Non vbi ſit *b* loco nec qualis qualitate, nec quantus quantitate, ſed hominem ſola intelligentia, mẽtis illuminans, qui diſcuſsis ab animo errorum tenebris, & veritatis claritate percepta toto ſe ſenſu intelligentiæ diuinæ commiſcet, cuius amore à parte naturæ qua mortalis eſt, liberatus immortalitatis futuræ concipit fiduciam. Hoc ergo inter bonos maloſque diſtabit. Vnuſquiſque enim pietate, religione, prudentia, cultu, & veneratione Dei clareſcit, quaſi oculis vera ratione perſpecta, & fiducia credulitatis ſuæ tantum inter homines quantum ſol lumine cæteris aſtris anteſtat. Ipſe enim ſol non tam magnitudine luminis, quàm diuinitate & ſanctitate cæteras ſtellas illuminat. Secundum enim Deum hunc crede, ô Aſclepi, omnia gubernantem: omniaque mundana illuſtrantem animalia, ſiue animantia, ſiue inanimantia. Si enim animal mundus viuẽs ſemper, & fuit: & eſt: & erit, nihil in Mundo mortale eſt. Viuentis etenim ſemper vniuſcuiuſq; partis

a & in

b loco, vel

partis quæ in ipso Mundo, ficuti in vno eodemque animali semper viuente, nullus est mortalitatis locus. Ergo vitæ æternitatisque debet esse plenissimus, si semper necesse est viuere. Sol ergo ficuti Mundus *a* sempiternus, sic & ipse semper gubernator vitalium, vel totius viuacitatis, eorumq; frequentator, & dispensator est. Deus ergo viuentium, vel vitaliũ, quæ sunt in Mundo sempiternus gubernator est, ipsiusque vitæ dispensator æternus. Semel autem dispensauit æterna lege cunctis vitalibus vitam præstans, hoc more quo dicam.

a sempiternus est, sic

In *b* ipsa æternitatis viuacitate Mundus agitatur, & ipsa vitali æternitate locus est Mundi, propter quod non corrumpetur aliquando, stabili sempiternitate viuendi circumuallatus, & quasi constrictus ipse Muudus. Est igitur dispensator vitæ omnibus, quæ in se sunt, & est locus omnium, quæ sub sole gubernantur, & commotio ipsius Mundi ex duplici constat effectu. Viuificatur enim ipse extrinsecus ab æternitate, viuificatque ea quæ intra se sunt omnia, differens, numeris, & temporibus statutis atque infixis, cuncta per Solis effectum, stellarumque discursum, omnia *c* temporalia ratione diuinaque lege conscripta. Terrenum autem tempus, aëris qualitate, *d* æstuumque frigorisque varietate dinoscitur. Cœleste verò recursionibus sydeꝛum ad eadem loca temporaria conuersatione recurrentium, & Mundus est receptaculum

b ipsa enim

c temporaria

d æstuum, frig.

temporis, cuius cursu & agitatione vegetatur. Tempus autem ordinatione seruatur. Ordo & tempus innouationem omnium rerum quæ in Mundo sunt, per alternationem faciunt. Cunctis ergo ita se habentibus, nihil stabile, nihil fixũ, nihil immobile, nec nascentium, nec cœlestium, nec terrenorum. Solus Deus, & meritò solus, ipse enim in se, & à se, & circum se, totus, est plenus atque perfectus, isque sua firma stabilitas est, nec alicuius impulsu nec loco moueri potest, cùm in eo sint omnia, & in omnibus ipse est solus, nisi aliquis audeat dicere ipsius commotionem in æternitate esse, sed magis & ipsa immobilis æternitas, in quam omnium temporum agitatio remeat, & ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium. Deus igitur stabilis fuit, *a* semperque est, & cum eo similiter æternitas consistit. Mundum verò non natum, quem rectè sensibilem diximus intra se habens. Huius Dei imago hic Mũdus effectus est æternitatis imitator. Habet autem tempus stabilitatis suæ vim atque naturam, quamuis semper agitetur, ea ipsa in se reuertendi necessitate. Itaque quamuis sit æternitas, stabilis, immobilis, atq; fixa, tamen quoniam temporis quod mobile est, in æternitate semper reuocatur agitatio, eaque mobilitas ratione temporis vertitur, *b* efficitur, vt & ipsa æternitas videatur immobilis quidem sola per tempus in quo ipsa est, & in eo, omnis agitatio agitari. Sic efficitur, vt & æternitatis stabilitas

a semperq; cum eo

b efficiturque vt

bilitas moueatur, & temporis stabilis mobilitas fiat, fixa lege currendi. Sic & Deum agitari credibile est in seipsum eadē *a* mobilitate stabilitatis. *b* In magnitudine enim ipsius est immobilis agitatio. Hoc ergo quod est tale, quod nō subijcitur sensibus indefinitum incomprehensibile, inæstimabile est, nec sustineri, nec ferri, nec indagari potest. Vnde enim, & quo, & vbi aut quomodo, aut quale sit, incertum est. Fertur enim in summa stabilitate, & in ipso *c* stabilitas sua, seu Deus, seu æternitas, seu vterque, seu alter in altero, seu vterq; in vtroque sit. Propter quod æternitas sine definitione est temporis. Tempus autem quod *d* definiri non potest, vel numero vel alternatione, vel alterius ambitudinem reditus æternum est. Vtrunque ergo infinitum, vtrunq; videtur æternum. Stabilitas enim, vtpote defixa, quo sustinere quæ agitabilia sunt possit, beneficio firmitatis, meritò obtinet principatum. Omnium ergo quæ sunt, primordium Deus est, & æternitas. Mundus autem, quod sit mobilis, non habet principatum. Præuenit enim mobilitas eius stabilitatem, suam in legem agitationis sempiternæ habendo immobilem firmitatem. Omnis ergo sensus *e* diuinitatis immobilis, ipse instabilitate sua se commouet. Sanctus & incorruptus, & sempiternus est, & siquid melius potest nuncupari, Dei summi in ipsa voluntate assistens æternitas plenissimus omniū sensibiliū, & totius disciplinę cōsistens, vt ita dixerim, cum

a immobilitate

b Et enim ipsi* in magnitudine est immobilis agitatio. Ipsius enim magnitudinis lex est.

c stabilitas est

d definiri potest

e diuinitatis similis, immobilis ipse

cum Deo. Sensus verò mundanus receptaculum est omnium *a* sensibilium, & specierum, & disciplinarum. Humanus verò ex memoriæ tenacitate, quod memor sit omniũ, quas gesserit, rerum. Vsq; ad humanum tamẽ animal diuinitas descendẽdo peruenit Deus *b* enim sensum summum, diuinumq; cunctis confundi noluit, ne erubesceret commixtione aliorum animantium. Intelligentia enim sensus humani qualis aut quanta sit, tota est in memoria præteritorũ. Per eam enim memoriæ *c* tenacitatem gubernator effectus est terræ. intellectus autem naturæ qualitate & sensus Mundi ex omnibus quæ in Mundo sensibilia sunt, poterit peruideri. Æternitasque, quæ secunda est ex sensibili Mundo, sensus status, qualitasque dignoscitur, at intellectus qualitatis, qualitasque sensus summi Dei sola veritas est, cuius veritatis in Mundo ne quidem extrema linea *d* vmbra dinoscitur. Vbi enim *e* quod temporum dimẽsione dinoscitur? Vbi sunt mendacia vbi genituræ, vbi errores videntur. Vides ergo, ô Asclepi, in quibus constituti, quæ tractemus, aut quæ audeamus attingere. Sed tibi Deus summas gratias ago, qui me videndæ diuinitatis illuminasti lumine, & vos ô Tati, & Asclepi, & Ammon intra secreta pectoris diuina mysteria silentio tegite, & taciturnitate celate.

Hoc *f* enim differt intellectus à sensu, quod intellectus noster ad qualitatem sensus Mundi intelligendam, & dinoscendam mentis peruenit

a sensibiliũ specier.

b enim suũ diuinum sensum cũctis

c tenacitatem & gub.

d vmbráve

e quid tẽporum dimensione dignoscit?

f autem

uenit intentionem. Intellectus autem Mundi peruenit ad æternitatem, & deos noscendos, qui supra se sunt, & sic contingit hominibus, vt quasi per caliginem quæ in cœlo sunt, videamus, quantũ posſibile eſt per cõditionem sensus humani. Hæc autem intentio anguſtiſsima eſt peruidendis tantis bonis. Latiſsima verò cùm viderit felicitate conſcientiæ. De inani verò, quod *a* etiam magnum videtur eſſe quamplurimis, ſic ſentio. Inane nec eſſe aliquid, nec eſſe potuiſſe, nec futurum vnquam. Omnia enim Mundi ſunt membra pleniſsima, vt ipſe Mundus plenus ſit, atque perfectus corporibus, qualitate formaq; diuerſis & ſpeciem ſuã habentibus, & magnitudinem. Quorum vnum eſt alio maius, aut alio minus, & validitate & tenuitate diuerſa. Nam & quædam eorum *b* validiora videntur, ſicuti & maiora, minora autem & tenuiora, aut *c* vix, aut omnino videri non poſſunt, quæ ſolum eſſe attrectatione cognoſcimus. Vnde contingit multis credere hæc non eſſe *d* corpora, ſed inanes locos, quod eſt impoſsibile. Sicuti enim quod dicitur eſt extra Mundum, ſi tamen eſt aliquid (nec enim iſtud credo) ſic ab eo plenum eſſe intelligibilium rerum, id eſt, *e* diuinitatis ſuæ ſimilium. Vt hic etiam ſenſibilis Mundus qui dicitur, pleniſsimus ſit corporum, & animalium, naturæ ſuæ & qualitati conuenientium, quorum facies nõ *f* omnis videmus, ſed quaſdã vltra modum grandes, quaſdã breuiſsimas, aut propter

a tam

b validiora facilius vid.

c vix videri, aut omnino non poſſunt, quas ſol.

d corpora, & eſſe inan.

e diuinitati

f omnes

spatij interiecti longitudinem, aut quod acie sumus obtusi, tales nobis esse videantur, aut omnino propter nimiam breuitatem non esse credãtur. Dico enim dæmonas, quo credo cõmorari nobiscũ, & aëreas, quos inter aëris purissimã partem supra nos, & terrã, vbi nec nebulis *a* locus, nec ex signorum aliquorum agitatione cõmotio. Propter quod, ô Asclepi, inane nihil esse dixeris, nisi cuius rei inane *b* sit. Hoc quod dicis inane, prædixeris, vt inane ab igne, & ab aqua, & ab his similibus. Quod & si cotigerit videri, quid inane possit esse à rebus huiuscemodi, quamuis breue sit, vel magnum quod inane videtur, spiritu tamen, & aëre vacuum esse non possit. Similiter verò de loco dicendum; quod vocabulum solum intellectu caret. Locus enim ex eo cuius est, quid sit apparet. Principali *c* etenim nomine dempto significatio mutilatur. Quare aquæ locus, ignis locus, aut his similium rectè dicemus. Sicut enim inane esse aliqd impossibile est, sic & locus solus quid sit dinosci nõ potest. Nam si posueris locum sine eo cuius est, inanis videbitur locus, quẽ in Mundo esse non credo. Quod si inane nihil est, nec per se, quid sit locus apparet, nisi aut longitudines, aut latitudines, aut altitudines addideris, vt corporibus hominũ signa.

His *d* ergo sic se habentibus, ô Asclepi, & vos qui adestis, scitote intelligibilem *e* Mundum & Deum, qui mentis solo obtutu dignoscitur esse incorporalẽ, nec eius naturæ misceri posse

a loc⁹ est, nec nubibus, nec ex
b sit hoc q.
c etenim dempto, nominis signif.
d verò
e Mundũ, id est, qui

posse aliquid corporale, id est, quod possit qualitate, quantitate, numerisque dinosci. In ipso enim nihil tale consistit. Hic ergo Mundus, qui dicitur sensibilis, receptaculū est omnium sensibilium specierum, qualitatum vel corporum, quæ omnia sine Deo vegetari non possunt. Omnia enim Deus, & à Deo omnia, & eius voluntatis omnia. Quod totum est bonum, *a* decens immutabile & prudens, & ipsi soli sensibile, atque intelligibile, & sine hoc nec fuit aliquid, nec est, nec erit. Omnia enim ab eo, & in ipso, & per ipsum, *b* & multiformes qualitates, & magnæ quātitates, & omnē mensuram excedentes magnitudines & vniformes species, quas si intellexeris, ô Asclepi, gratias acturus es Deo. Si totum animaduertes, vera ratione perdisces Mundum ipsum sensibilem, & quæ in eo sunt, omnia à superiore illo Mundo quasi ex vestimento *c* eius cōtecta. Vnumquodque enim genus animalium, ô Asclepi, cuiuscumque vel mortalis, vel immortalis, vel rationalis, siue sit animans, siue sine anima sit, prout cuique est genus, sic singula sui generis imagines habent. Et quamuis vnumquodque animalis genus omnem sui generis possideat formam, in eadem tamen sui forma singula dissimilia sunt. Species enim quæ diuina est, incorporalis est, & quicquid mente comprehenditur. Cùm itaque hæc duo ex quibus constat forma & corpus incorporalia sint, impossibile est vnamquāq; formam alteri simillimam

a decens, & prudēs, & immutabile, & ipsi.
b & variæ & multif.
c esse

mam nasci, horarum & climatum distantibus punctis. Sed immutatur totiens quot hora momenta habet circuli circumcurrentis, in quo est ille omniformis quem diximus Deus. Species ergo permanet ex se totiens pariens imagines tantas, tamq; diuersas, quanta habet conuersio Mundi momenta, qui Mundus in conuersione mutatur. Species verò nec mutatur, nec cõuertitur. Sic generum singulorũ formæ sunt permanentes in eadem forma sua dissimiles. ASCLEP. Et Mundus speciem mutat, ô Trismegiste? TRISMEG. Vides ergo, ô Asclepi tibi, omnia quasi dormienti esse narrata. Quid est enim Mundus, aut ex quibus constat, nisi ex omnibus natis? Ergo vis dicere de cœlo, terra, & elementis. Namque alia magis frequenter mutantur in species, cœlum est humescens, vel arescẽs, vel frigescẽs, vel ignescẽs, vel clarescẽs, vel sordescens in vna cœli specie, hæ sunt quæ sæpe alternãtur species. Terra verò suę speciei multas immutationes semper habet, & cùm parturit fruges, & cùm *a* easdem partu nutriat suo, tum reddit, omniũ fructuum varias diuersasque qualitates, & quantitates, ac stationes, *b* & cursus ad omnes arborũ florum, baccarum qualitates, odores, sapores, species. Ignis etiam facit conuersiones plurimas atq; diuersas. Solis enim & Lunæ *c* omniformes imagines. Sunt *d* autem quasi speculorum nostrorum similes imaginum similitudines æmulo splendori reddẽtium. Sed iam de talibus sint satis dicta talia.

Item

a eadem partus nutriat suos, cum
b aut cursus; creantur om.
c omniformes sũt imag.
d enim

Iterum ad hominem, rationemque redeamus, ex quo diuino dono homo animal dictum est rationale. Minus autem miranda, & si miranda sunt quæ de homine dicta sunt, sed omnium mirabilium vincit admirationem, quod homo diuinam potuit inuenire naturam, eamque efficere. Quoniam ergo proaui nostri multum errabant circa rationem deorum increduli, & non animaduertentes ad cultum, religionemque diuinam, inuenerunt artem qua Deos efficerent, cui inuentæ adiunxerunt virtutem de mundi natura conuenientem, eamque *a* miscentes, & quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum, vel angelorum, eas indiderunt imaginibus *b* sanctis, diuinisque mysterijs, per quas sola idola & *c* benefaciendi & malefaciendi vires habere potuissent. Auus enim tuus (ô Asclepi) Medicinæ primus inuentor, cui templum consecratum est in monte Libyæ circa litus crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo: id est, corpus, reliquus enim vel potius totus, si est homo totus, in sensu vitæ melior remeauit in cœlum, omnia etiam nunc adiumenta hominibus præstans infirmis numine suo, quæ ante solebat Medicinæ arte præbere. Hermes, cuius nomine auium mihi nomen est, sibi cognomen patrium consistens, omnes mortales vndique venientes adiuuat, atque conseruat. tum ve-

a miscentes, quoniã

b suis

c benefaciendi & malè vir.

eeee rò &

a quàm *b* propitiam, quātis ob. *c* iratam. *d* extraq; naturā facti atq; cōposit. *e* inchoentur,

rò & Osirin *a* quam multa bona præstare *b* propitia, tantum obesse scimus *c* irata. Terrenis enim Dijs atque mundanis facilè est irasci, vt pote qui sint ab hominibus *d* ex vtraque natura facti atque compositi. Vnde contingit ab Ægyptijs hæc sancta animalia nuncupari & per singulas ciuitates coli eorum animas, quorum sunt consecratæ viuentes, ita vt eorum legibus *e* incolantur, & eorum nominibus nuncupentur. Per hanc causam, ò Asclepi, quæ alijs colenda videntur atque veneranda apud alios dissimiliter habentur, ac propterea bellis se lacessere Æegyptiorum ciuitates solent. ASCLE. Et horum Trismegiste deorum qui terreni habentur, cuiusmodi est qualitas? TRISME. Constat, ô Asclepi, de herbis, de lapidibus, & de aromatibus vim diuinitatis *f* naturalem habentibus in se, & propter hanc causam sacrificijs frequentibus oblectantur, hymnis, & laudibus, & dulcissimis sonis in modum cœlestis harmoniæ concinentibus, vt istud *g* quod est cœlesti vsu, & frequentatione illectum, in idola possit lætum humanitas patiens longa durare per *h* tempora, sic deorum fictor est homo, & ne putes fortuitos effectus esse terrenorum deorum ô Asclepi, Dij cœlestes inhabitant summa cœlestia, vnusquisque ordinem quem accepit complens, atque custodiens. Hi nostri verò sigillatim quædam curantes,

f naturalē in se, habētibus,

g quod cœleste est, cœl.

h tempora. Sic

rantes, quædam præuidentes, quædam sortibus & diuinatione præcedentes, *a* his pro modo subuenientes humanis, quasi amica cognatione auxiliantur. ASCLEPIVS. Quam ergo partem rationis ἡμαρμένη, vel fata *b* incolunt. O' Trismegiste, si cœlestes Dij dominantur, terreni incolunt singula, quam ἡμαρμένην nuncupamus? TRISMEGI. O' Asclepi, ea est necessitas omnium quæ geruntur, semper sibi catenatis nexibus iuncta. Hæc itaque est aut effectrix rerum, aut summus Deus, aut ab ipso Deo qui secundus effectus est Deus, aut omnium cœlestium terrenarumque rerum firmata diuinis legibus disciplina. Hæc itaque ἡμαρμένη & necessitas, ambæ sibi inuicem indiuiduo connexæ sunt glutino, quarum prior ἡμαρμένη rerum omnium parit initia. Necessitas verò cogit ad effectum quæ ex illius primordijs *c* dependet. Has ordo consequitur: id est, contextus, & *d* distinctio temporis rerum perficiendarum. Nihil est enim sine ordinis compositione. In omnibus istis Mundus iste perfectus est. ipse enim Mundus ordine gestatur, vel totus constat ex ordine. Hæc ego tria, ἡμαρμένη necessitas, ordo vel maximè Dei nutu sunt effecta, qui Mundum gubernat sua lege, & ratione diuina. Ab his ergo omne velle, & nolle diuinitus auersum est totum. Nec ira etenim commouentur, nec flectuntur gratia, sed seruiunt necessitati

a hicque pro modo subuenientes, hum.

b incolũt, ô Trismegiste! ánne cœlestes dijs catholicorum dom.

c pendẽt.

d dispositio

rationis æternæ, quæ æternitas inauersibilis, immobilis, insolubilis est. Prima ergò ἡιμαρμένη est, quæ velut iacto semine futurorum omnium suscipit prolem. Sequitur necessitas, qua ad effectum coguntur omnia. Tertius ordo textum seruans earum rerum quas ἡιμαρμένη, necessitasque disponit. Hæc ergo æternitas quæ nec cœpit esse, nec definet, quæ fixa immutabili lege currendi sempiterna commotione *a* seruatur, oriturque, & occidit alternis sæpe per membra, ita vt variatis temporibus, ijsdem quibus occiderat membris, oriatur, sic enim & rotunditatis volubilis ratio, vt ita sint sibi coarctata cuncta, vt quod sit volubilitatis initium ignores, cùm omnia se semper & *b* præcedere, & sequi videantur. Euentus autem vel sors insunt omnibus permixta mundanis. Dictum est nobis de singulis, vt humanitas potuit, vt voluit, permisitque diuinitas. Restat hoc solum nobis, vt benedicentes Deum orantesque, ad curam corporis redeamus. Satis enim de diuinis rebus tractantes mentem velut animi pabulis saturauimus. De adyto vero egressi, cùm Deum orare cœpissent, in austrum respicientes erant. Sole etenim occidente, cùm quis Deum *c* orare voluerit, illuc debet intendere, sicut & Sole oriente, in eum qui subsolanus dicitur. Iam ergo dicentibus precationem Asclepius ait, submissa *d* voce oranti suggeramus

a versatur

b præcedere videantur & sequi.

c rogare

d voce: O' Tati, sugg.

ramus patri, quod iusserit, vt thure addito, & pigmentis precem dicamus Deo. Quem Trismegistus audiens, atque commotus a ait, melius melius ominare ô Asclepi. Hoc enim sacrilegijs simile est, cùm Deum roges thus b atque cætera incendere. Nihil enim deest ei, qui ipse est omnia, aut in c quo sunt omnia. Sed nos agentes gratias adoremus. Hæc enim sunt summæ incensiones d Dei, cùm aguntur grates à mortalibus. Gratias tibi agimus summe & exuperantissime. Tua enim gratia tantum sumus cognitionis tuæ lumen e consecuti. Nomen sanctum, & honorandum nomen vnum, quo solus Deus est benedicendus religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem, & religionem, & amorem, & quæcunque est dulcior efficacia præbere f dignaris, & donas nos sensu, ratione, intelligentia. Sensu, vt te cognoscamus. Ratione, vt te suspicionibus indagemus. g Intelligentia, vt te cognitione cognoscentes gaudeamus, ac numine saluati tuo h gaudeamus, quod nobis te ostenderis totum gaudeamus, quod nos in corporibus sitos, & æternitate fueris consecrare dignatus. Hæc est enim sola humana gratulatio, cognitio maiestatis tuæ. Cognouimus te, & lumen maximum solo intellectu sensibili. Intelleximus te ô vitæ vera i via, ò naturorum omnium fœcunda generatio, cognouimus te totius naturæ tuo conceptu k plenissime, co-

a ait: Mel.
b cæteraq; inc.
c eo
d Dei, gratiæ cùm aguntur.
e consecuti. O' nom.
f dignaris! Cōdonas
g Cognitione, vt te cognoscētes
h gaudem' q̄d te nobis ostenderis totū. Gaudeamus, q̄ nos in corporibus sitos æternitati
i vita, ô naturarum
k plenissimum,

me, cognouimus te æterna perseueratio. In omni enim ista oratione adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, vt nos velis *a* seruare perseuerantes in amore cognitionis tuæ, & nunquam ab hoc genere vitæ separari. Hoc optantes conuertimus nos ad puram. & sine animalibus cœnam.

a conseruare

FINIS.

L. APVLEII FRAGMENTA ET TITVLI LIBRORVM QVI NON EXTANT.

D. Ausonius ad Paullinum Ed. 18.

ESSE Apuleium in vita Philosophũ; in EPIGRAMMATIS amatorem; in præceptis omnibus exstare seueritatem; in EPISTOLIS AD CERELLIAM subesse petulantiam.

Sosip. Charisius lib. 2.

Mut. facere non audet. vt apud Apuleium Platonicum DE PROVERBIIS scriptum est libro 2.

Seruius in lib. 2. Georgicor. Virgil.

Apud Medos nascitur quædam arbor ferens mala, quæ Medica vocatur: quam periphrasim ostendit; eius supprimens nomen. Hanc pleriq; Citrum vocãt. quod negat Apuleius in libris quos DE ARBORIBVS scripsit: & docet longè aliud genus arboris esse.

Apud Nonium in Abstemius.

In LIB. LVDICRORVM: *Abstemius est, immò scit quo vete leporem tenebat, lupum non tenere.*

Sidon. Apollinar. lib. 2. Epist. 9.

Quamquã sic esset ad verbum sententiamq; translatus; vt nec Apuleius PHAEDONEM sic Platonis, neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis in vsum regulamq; Romani sermonis exscripserint.

Apud Priscianum lib. 10.

Ex eod. *De Anima, sic auditurum, sic disciturum, qui melius scit hæc omnia & singula sic agere, & pati, vt patiuntur atque agunt.*

Ibidem.

Item: *Et causam gignendi ostensurum, & immortalitatem Animæ reperturum.*

Apud Fulgent. de prisco serm.

HERMAGORA: *Pollinctor eius funeri dum vnctionem parat.*

Apud Prisc. lib. 3.

Ex eod. I. *Visus est ei adolescens honesta forma, quasi ad nuptias exornatus, trahere se in penitiorem partem domus.*

Ibidem.

Item: *Verum infirma scamillorum obice fultæ fores.*

Idem lib. 4.

Item: Scio, scius. sic Apuleius I. Hermagoræ.

Apud eumdem lib. 6.

Item ex. eod. *Aspera hiems erat: omnia ningue canebant.*

Apud eumdem lib. 10.

Item: *Et cibatum, quem iucundum esse nobis animaduerterant, eum apposiuerunt.*

Apud Fulgent. de prisco serm.

LIB. DE REPVBLICA: *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.*

Apud Prisc. lib. 6.

MEDICINALIBVS: *cepa soccum melle mixtum.*

Ibidem:

EPITOMA: *Sed tum sestertius dupondiū semissem, quinarius, quinquessis, denarius, decussu valebat.*

Apud Non. Abstemius. *Isidorus Origin. lib. 3.*

In te fuisti quondam Athenis parcus atq; abstemius. NVMERI disciplinam apud Græcos primùm Pythagorā autumant scripsisse, ac deinde à Nicomacho diffusius esse compositam: quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boëtius transtulerunt.

Sido. Apol lib. 9. Epist. 13.

Certè si saluberrimis auocamentis, vt qui adhuc iuuenis tepidiùs inflecteris; à Platonico Madaurensi saltem formulas mutuare CONVIVALIVM QVAESTIONVM.

Isidor. Origin. lib. 8.

Apuleius autem ait, eos κατ' ἀντίφρασιν dici Manes: hoc est, mites ac modestos; cùm sint terribiles & immanes; vt Parcas, vt Eumenidas.

IN

IN QVATVOR LIB. FLORIDORVM L. APVLEII, GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

God.Ste.Rogero, Ioanni, & Ioanni I.F.Outheusdanis, cognatis suis, adolescentibus nobilibus S.



IN studia litterarũ gnauiter vos incumbere, cũ magna animi voluptate intellexi: mirè enim cupio vos ab ijs differre, ac dissentire, qui in domo paterna nihil pulchrum, nisi imagines maiorum suspiciunt. Si possem libens meritò, coràm, & quidẽ sæpius hac de re vobiscum agerem; limam scriptis vestris, moribus me normam præberem. nunc, cùm aliter non possumus, munusculum hoc meum æquo animo accipite, spem verò parentum, exspectationem meam ne fallite. enim eo loci constituti, vbi duces studiorũ morum correctores nõ desiunt. Fortunas vestras alijs etiam atq; etiam curæ esse non ignoro, quare meum erit id tantum operam dare, vt in vos ornaméta omnia à me proficiscantur. sed ita tamen si promereamini. Notas has in libros quatuor Floridorum L. Apuleij cupiò vos legere, & quid rerum agatis, sæpius, quàm adhuc fecistis, me facere certiorem. Valete.

IN LIBRVM I.

* SEPIMEN. *Reserare, conserare.*

Simulachra Deûm olim vngui soluta. Arnobij mendũ sublatum.

Vnguen, vnctum, vnctulum, vnctiusculum.

Totus, pro, omnis. Inoculare arbores.

Alexander Magnus, fortunatissimus. Curtius emend.

Quippini, quidni.

 Libitinarij

Libitinarij, vespillones, tristiores. *Anton. Augustini. ff. de instit actione.*

Confirmata emendatio. *Liuidi. Illicò vt lectum est.*

fol. 3. *Cùm aliquis lucus, aut aliquis locus sanctus oblatus est.*

Emend. *aut alius locus.* Ouidius:

---sanctu & verba minantia lucis. adhibenda. l. Sanctum. ff de rerum diuisione.

fol. eod. *Vel enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.*

Omnia hæc de superstitione paganorum, & idolis eorũdem accipienda sunt. nihilominus vno loco correctionis lima indigẽt. quæro, anne genuinum sit: *colliculus sepimine consertus*, vel q^d malim *consecratus*. nam vt in subsequentibus dolamen, libamen, & vnguen ad formam, item hîc sepimen cuius munus includendo, non in consecrãdo positum. Extremum illud, de lapide dictũ, ad simulachra traho, quæ iniungere illi soliti. qua de re etsi nos alibi. testimonijs tamen ea antiquitas illustranda est in primis Arnobij ex primo aduersus gentes: *Si quando conspexeram lubricatum lapidẽ, & ex oliui vnguine ordinatum* (corrigo exornatum) *tanquam inesset vis præsens adulabar, affabar & beneficia poscebam nihil sentiente de trunco.* Item Minutij Fœlicis: *vt tam luculento die in lapides eum patiaris impingere effigiatos sanè, & vnctos, & coronatos.* Apuleij locus nequaquam mihi prætereundus, is in prima Apol. *negat vidisse se, qui fuere, vnum saltem in finibus eius aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum.* Vt in præsens *vnguen*, itidem alibi hic auctor cum Plauto, & alijs vsurpat, *vnctum, vnctulum, & vnctiusculum.*

fol. 4. *Aquila nutu elementi leuorsum, vel dextrorsum tanta mole corporis labitur, velificatas alas, quo libuit, aduertens.*

Scribo, *tota mole corporis.* namque libenter *totus*, pro *omnis.*

omnis. hic collocare solet. lib. 7. de asino: *& tunc quidem totarum mulierum secta moresque de asini pendebant iudicio* Simile & lib. 3. De asino: *totasque artes, manus machinas omnes ardenter exercet.* Simile apud Minutium Fœlicem: *plures totis hominibus Deos haberemus.*

fol. 6. *Periti non propagandæ vitis, nec inoculandas arbores, nec proscindendi soli.*

Emaculo, *inoculandæ arboris.* Arbores inoculare, quod significat inserere, Plinio, Columellæ quoque in vsu fuit.

fol. 9. *Solusq; sine æmulo clarus. adeò, vt nemo audeat virtute eius, vel sperare fortunam, vel optare.*

Redigo in ordinē, quæ nimium dissipata sunt. *adeò vt nemo audeat virtutem eius vel sperare, vel fortunam optare* Alexādro Magnō data ista laus, sed cùm à Q. Curtio Rufo simile omnino ἐγκώμιον eidem tributum viderim, verba adscribere placuit. *Fatendum est tamen, cùm plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunæ, quam solus omnium mortalium in potestate habuit.* scribo, *in potestatem habuit.* qua de re aliàs Quod autem ad istum fœlicitatis titulum, memoriæ proditum Solini Polyhistore, cap. 7. suo æuo necdum repertum fuisse, qui fœlix censeri iure debuisset.

fol. 10. *Edixit vniuerso orbi suo, ne qui effigiem regis temerè assimilaret ære, colore, celamine, quin sæpe solus eā Policletus ære duceret.*

Suspicor tantùm legendum, *celamine. quid ni solus,* vel hoc modo: *quippini solus.* Obuia hæc vox apud Plautum Bacchid. Menæchmis. & alibi apud Terentium. Immò Apuleius 9. De asino: *cœnam,* inquit, *apponebat ei properè quamuis inuita. quippini destinatam alij.* Alterum apud eundem vndecimo De asino: *Nec hercules me laborum, aut sumptuum pœnituit quidni, liberali Deum prouidentia iam stipendijs forensibus bellulè fotum*

fol. 11. *Si quis igitur illis libidinis splendidissimo huic auditorio, velut quadam macula sese immiscuit.*

Putaui

Putaui quondam restituendum, *si quis igitur ex illis libitinarijs.* neq; etiam nunc desisto. Nota Libitina Dea sepulchrorũ à Pompilio instituta ex Odis Horatij. & iuuat, quod paucis lineis insertis premittitur, *Si quis fortè in hoc pulcherrimo cœtu ex illis inuisoribus meis malignus sedet.* vbi & corruptè in editionibus legitur, *& illis.* Libitinarij isti non omnibus noti, erant autẽ, qui ad pompam funebrem necessaria procurabant. Glossæ antiquæ *Vespillones, νεκροθάπται, κοπιάται.* Iterum *νεκροθάπτης, vespillo, libitinarius.* Vlpianus: *Si libitinarius, quem Greci κτεριστὴν vocant seruum pollinctorem habuerit.* l. cuiscunq; §. idem. ff. de instito, actione. in qua. l. pro *κτεριστὴν* reponendum *νεκροθάπτην*, monuit V. C. Antonius Augustinus. 4. Obseruationum. cap. 16. Libitinã exercere triste opus, plebeium, sordidum fuit. hinc libitinariorum nomẽ adagione in momos auctor torsit. quos ipsemet *tristiores* vocat li. 3. Flor *Nemo* (inquit) *nemo me ex illis tristioribus velit in isto vituperare, quòd honorem meum non minus vereor, quàm intelligo.* Si quis tamẽ aliter prædictum locum constituere velit, ac scribere *ex illis li Bidis*, quod valet *liuidis*, non me sentiet pertinacem.

fol. 13. *Nam quodcunq; protuli ad vos excerptum, illicò & lectum est. Nec reuocare illud, nec ante mutare, nec emendare mihi quicquam licet. quo maior religio dicendi habenda est.*

Non potuissent magis deformare vel ipsæ Harpyię, quà ab interpunctione, quà à scriptura. Verba autem Apuleij sunt scripta sua publicè recitantis. ea sic emaculo: *Namq; protuli ad vos, exceptum illicò, vt lectũ est. nec reuocare illud, nec inde mutare* Cuius correctionis rationem reddendam non arbitror, quod per se satis liqueat.

IN

IN II. LIB.

FLORIDORVM GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

SPINAE, *senticeta. Emẽdata l. prima. ff. de adsignandis libertis.*

Cæta oratio, cati patres. Arnobij emendatio. Cynici philosophi quare canes dicti. eorum nuptiæ publicæ.

Lauta pecunia; opera lauta, Pherecidis philosophi patria.

Quis primus versus; quis oratione prosa scripserit primus.

Verba passa: oratio prorsa, vorsa.

fol. 14. *Sed ingenti eius fœcunditatem malo doctrinæ, quàm multiformis instrumento æmulari.*

Scriben. *sed ingenij eius fœ. malo doctrina.*

fol. 15. *Item historias varias rerum, nec non rationes laudatas disertis.*

Lego, *nec non orationes.* & paulò pòst emendo, *quæ vtinam possem quidem.* nam quod istic ediderunt, *quæ vtinam post se me quidem*, autumo factum nõ vigilantibus, sed somniantibus operis.

fol. 16. *Admirabilior esset in iuuene, quàm in te parta laus nisi eam tu talem dedisse. qua vtinam perpetuo liceret frui.*

Dijs illis mortuis, qui ad eũm modum Apuleij illa deprauarunt, emendo: *nisi eum tu talem dedisses, quo vtinam.* Pater Seuerianus in Africam proconsul missus filium secum adduxerat Honorinum legatũ. huius virtutes auctor omnimodis commendat, imò æquiparat ipsi patri, deniq; innuit Carthaginẽses nihil ita velle, quàm vt Honorino isto, tali patre nato frui liceret perpeuum.

fol. 17. *Qui herediolũ sterilem, & agrum scruposum, meras rupinas, & senticeta miseri colunt.*

Quid si conemur restituere? *qui herediolum, agrum sterilem,*

rilem, & scruposum, meras spinas & senticeta miseri colunt. nam quod vulgatur. Apuleij nō esse tam certū, quàm Apuleium ipsum fuisse.

fol. 18. *Id verò, quod dicit, ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur.*

Postulat ipsa sentētia, & quæ præmittūtur verba de psitaco, geminationē syllabæ, *quod didicit.* Martialis: *Psitacus à vobis aliorum nomina discam.* Syllabas non geminasse librarios, quæ bis scribendæ essent, etsi ad eruendam verborum sententiam literæ sæpe turbato ordine traijciendæ sint, notum ex textu Digestorum Florentino, vbi sæpe obuium, SENTiarum pro, *sententiarum.* alia trecenta. quod tamen minus animaduersum in Senatuscōsulti formula l. prima. ff. de adsignādis libertis: *Solus ei patronus, soláue patrona esset, perinde, atque si ab eo, eáue libertatem consecutus, consecutáue est.* vtique scribendum enim *consecutáue* EST, pro, *esset.* Superiora illa Apuleij de psitaco dicta, meo iudicio iam rectè constituta: etsi insuper emendanda. quæ de eadē ane præmittuntur, *dum facilè os vti conformetur, dum tenera lingua, vti conuibretur.* mala scriptura vulgaris, *cum tenera.*

fol. 19. *Philosophi ratio, & oratio tempore iugis est, & auditu venerabilis, & intellectu vtilis, & modo omni cana.*

Scribe meo periculo, *& modo omni cata.* Varro libro sexto de sermone Latino: *Catus Aelius Sextus nō. vt aiūt, sapiens sed acutus, & quod est tunc cœpit memorari. simul cata dicta accipienda, acuta dicta.* Arnobij lectionē editam, quæ libro quinto aduersus gentes, cùm de fabula loquitur, non verear mutare: *Dicunt eam cati patres, & supercilìosæ perlegunt gentes.* nam vulgati libri habent, *cuncti patres.* Plaut. Mostel.. *--miror tam dictam, tam catam te.* Non omnes hos catos accepêre, pro Varronis animo. plerique enim, & optimi scriptores vsurparunt pro hominibus seueris, serijs, sapientibus. quo modo Apuleius Athenienses vocauit catos, alij alios.

fol. 20. *Dux Cynicis in porticum, ibidē in celebri loco coram*

coram luce clarißima, accubuit.

Cratem philosophum ab Hipparche puella effli-ctim adamatum narrauit. ipsum eandem dehortari conatum, amorem deponeret: se nimirum pauperem esse, ad hoc deformem. vt probaret vtrumque, dorsum gibbosum in publico illi exhibuisse; supellectilem, & mundum philosophicum, pallium cum pera, & baculo humi proposuisse: his nihil commotam puellam respondisse. illo se marito contentam, ac subdidisse, duceret quò luberet. Ille conditione accepta, quam alij domum ducere solent vxorem, in locum publicum duxit, atque inibi accubuit. Imò quod proprium Cynicorum erat nouam nuptam in propatulo virginis nomen ponere voluit: & hinc est cur nomen Cynicis à canibus inditum. vt auctor Diogenes Laërtius in vita eiusdem Philosophi. Ex quibus liquet, nō abs re me emendasse superiora: *Duxit Cynicus in porticum, ibidem celebri loco, in coram, luce clarißima accubuit.*

fol. 22. *Nec non remedia mortalibus latis pecunijs, terra, cœloq́, & mari conquisita.*

Genuinum videtur, *latè pecunijs*, aut quod malim, *lautis pecunijs*. alibi præmia vocat opima. frequentata hæc in libris bonorum scriptorum, *dos lauta*; *opera lauta, &c.*

fol. 23. *Quin etiam Pherecides Syrio ex insula oriundus. qui primus versuum nexu repudiato, scribere ausus est passim verbis soluto loquutu, libera oratione.*

Corrigendum, *Syra insula oriundus.* ex mente Strabonis li. 10. Deinceps vna dictione leuiter mutata interpungendum, *scribere ausus est paßis verbis, sol lo.* Istiusmodi orationem hodie vulgus *prosam* vocat, Apuleius prorsam nuncupauit li. 3. Florid. *& prorsa, & vorsa facundia veneratus sum: ita vt etiam nunc hymnū eius vtraq; lingua canam.* Ex quibus verbis conuincitur, prorsam orationem rectè dici posse; aut Latinè nesciisse Apuleiū. quod indicare visum, quia vir celebris, & magni in litte-

in litteris nominis, id negauit. *Deam prosam* nominatã, quæ legitimo partui præesset, notum ex Cœlio. Hoc amplius, reticendum non est, prosæ inuentionem, atque adeo historiæ scriptionem Cadmo tribui. qua de re adeundus Suidas.

fol. eod. *Tot ille doctoribus eruditus, tot tamq; multiiugis comitibus disciplinarum toto orbe haustis.*

Fallor? an legi commodius potest, *toto orbe auctus*, vel proximè scripturam communem librorum, *toto orbe habitis.*

IN III. LIB.

FLORIDORVM

GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

IOCA. *pro ioci παθη. Locus sessui. Ambire, Accire.*

Adire læthum. Preces diriuere. Demutare V. pro B. scis, venis, finis; pro, scieris, veneris, fineris.

Sodes, sis, illico; pro si audes si vis, in loco.

Adelamandi formula, Omnes, Omnes.

Præfiscini. fescennini. fascinare ritus nuptia'is.

Præfiscine, & præfiscini quid differant.

Ne, nedum, nequidem.

Impudentia, imprudentia, impudicitia. confusa in libris.

Apuleius alibi correctus. Auditorum.

fol. 25. *Reperias tamen apud ipsum argumenta lepidè inflexa agnatos lucidè explicatos, personas rebus competentes, sententias vitæ congruentes, loca non infra soccum, seria non vsq; ad cothurnum.*

Tam certum est scribendum, *ioca non infra soccum*, quàm solem meridianum calere. deprauarunt isti, qui nesciuerunt Sallustium & alios *ioca* neutro genere, par *ioca* dixisse. sed illos ego ad Nonium Marcellum, & similes Grammaticos remitto. interim cogitaturus, quid pro voce *agnatos* commodè substitui possit. quæ quidem vox non alio hic fine adhibita, quàm fuerat

in fa-

in fabula Dauus, nempe vt turbet omnia forte an *actus* auctor scripserit, notum in fabulis vocabulum, vt & alia hic posita; vel ἦθη, aut πάθος, similis vox Græca hic hæserit, quanquam in priorem sententiam magis inclinet opinio nostra.

fol. 26. *Serus adueniens amicus annuit locum cessui, impertiunt. extimus quisq; exuneati quæruntur farto toto theatro.*

Ipsum mihi Talem Milesium iudicem da, nunquã sensum eorum verborum ernat, neq; idem neget rectè me emendare, *ambit locũ cessui:* id est, flagitat, petit. causa deprauatæ & intricatæ sentẽtiæ, quòd in optimis libris perscriptum fuerit *am Vit*, locum cessui dicit, quẽadmodum & libris superioribus oleum vnctui, tunicam indutui, baltheum cinctui, pallium amictui.

fol. eod. *Interim dies ire, neque Philæmon ad conditum venire.*

Emend. *ad conditũm.* scilicet tempus.

fol. eod. *Missi ex promptioribus, qui acciperent, atque eum in suo lectulo mortuum offendunt.*

Huiusmodi menda qui non viderunt, vel si vidêre, prꝫterire voluerunt, his molestum non erit spicas istas nos legere, vbi suam ipsi fecerint messem. lego, *qui accirent.*

fol. 27. *Dolor modico antè sedatus est, quàm me deniq; violentus examinaret, & Philemonis ritu compelleret ante lethum abiret, quàm lectum.*

Tollenda duo menda, quæ operarum incuria irrepserunt: & scriben. *exanimaret.* & mox *læthum adire.* deinde leuiter immutandum, quod subsequitur, *veniebã reditum, quod pepigeram.* quisquis locum inspexeris animo attento, facilè videbis verum esse, *veniebam redditum.* vel, quia res theatralis agitur. *ven. editum.*

fol. eod. *Vt pro eo honore vobis multas gratias dicerem, quo nullas preces dixeram.*

Vocum allusiones ita crebræ in his Floridis, vt non

ffff fine

fine ſtudio quæ ſitę videantur. eoq; merito ſuſpicatus, & hoc loco Apuleium id ſecutũ, ac ſcripſiſſe, *preces direxeram.* loquutione in conſtitutionibus imperatorum obuia, & in libellis Principi, aut ſenatui porrigendis plus ſatis frequentata.

fol. 28. *Certa enim ratio, quæ debeat philoſopho ob decretam ſibi publicè ſtatuam gratias agere. à qua paullum demutauit liber, quem Strabonis Aemiliani excellentiſſimus honor flagitat.*

Priora illa ſic reſtituta arbitror, *quum debeat philoſophus* & poſt reſcribendum, *demutabit liber.* nam id tempus ipſa orationis ſeries depoſcit. librum enim illũ elaborandum adhuc fuiſſe clamant iſta, *quem librum ſperabo me commodè poſſe conſcribere.* ſed nondũ hęc ſatis. nãque in vno orationis ambitu fertiliſſima eſt ſeges vitiorum. ſequitur mox:

fol eod. *Scitis eum hodie nobiſcum probare. eſt enim in ſtudijs tantus prænobilior, ſic proprio ingenio, quàm patritio conſulatu.*

Niſi egregiè fallor, dixerit auctor, *Sitis eum hodie vobis cõprobari.* vt enim *ſitis*, pro, *ſueritis*; ita *ſcis*, pro *ſcieris*; *venis*, pro *veneris*. item alia antiquitus ſimili contractione formabant. nonnunquam & duę voces in vnã conglutinabant: vt, *ſodes*, pro, *ſi audes*; *ſis*, pro, *ſi vis*; *illico*, pro, *in loco*. teſtes Cicero, Nonius, Feſtus. Quod ad explicationem emendationis reliquæ, veniam petit Apuleius à ſenatu Carthaginienſi, & principibus Aphricæ, permitterent in hac oratione, quæ gratijs agendis, pro ſtatua ſibi à ſenatu decreta deſtinata fuerat, aliqua adſpergere in laudem proconſulis Aemiliani. Quam eius rei cauſam dicere nititur, eam verba ſequentia non exprimunt. vide num rectè à nobis caſtigata, *Eſt enim in ſtudijs tanto hic prænobilior proprio ingenio, quã patritio conſulatu.* cui coniecturę meæ poſt comperi præualere Beroald codicis lectionẽ: *Eſt enim in ſtudijs tantus, vt prænobilior ſit proprio ingenio, quàm patritio conſulatu.*

fol. 29. *Commemorauit inter nos iura amicitiæ, ac commilitiæ,*

militiæ, studiorum, eisdem magistris inchoata.

Sublata interpunctione, repono: *ac commilitia studiorum.* nam commilitium ita positum neutro genere in Pandectis. l. de hæreditate. ff de cast. en. pecu.

fol. 30. *Quid igitur superest ad honoris mei tribunal, & culmen ad laudis meæ cumulum.*

Enumeratis compluribus Aemiliani in se beneficiis, in eo maximè gloriatur, ac triumphat Lucius, quòd proconsul, se illi statuam Carthagine de suo positurũ pollicitus. & hoc meo animo culmen laudis. scribo: *quid ig. superest ad honoris m. tribunal? en culmen.* in quo ἐνέργεια longè maior.

fol. eod. *Nonne videtur hoc vobis senatusconsultũ esse? quod Carthaginienses omnes, qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreuerunt omnes.*

Considera quæso, sitne ad formulam adclamandi, quæ in cõsensu senatorũ obseruabatur, hoc loco allusum, vt Apuleius scripserit, *quod Carthaginienses, qui in illa sanc. curia aderant, tam lib. decreuerunt, Omnes, Omnes.* nam geminatam etiam in acclamationibus hanc vocem testis mihi Fl. Vopiscus in Tacito. iterum in Probo. & V. C. Iustus Lipsius in suis lectissimis Electis. Trebellius Pollio, *quæ cùm essent sæpius dicta, addiderunt, Omnes.* eodem spectant & subsequentia Apuleij, *qui me*, inquit, *in illa curia honestissimis adclamationibus decorauere, in qua curia, vel nominari tantummodò summus honor est.*

fol. 31. *Igitur quod difficile factu erat, quodq́; reuera arduũ nobis existimabatur, gratũ esse populo, placere ordini, probari magistratibus, & principibus, id præfusiuè dixerim, iam quodammodo mihi obtigit.*

Monstrum verbi *præfusiuè*, etiam in Beroaldina editione locum retinuit. id qui primum fabricauit, næ ille plaustrum perculit, corrigo fauentibus Musis: *id præfiscinè dixerim, quodammodo mihi obtigit.* quam formulam de Plauti Asinaria, & Rudente expiessit. Arrogabat sibi Apuleius quod paucis antè hominibus obtigerat.

qua re ne fortè iram Deorum, vel inuidiam mor[t]alium sibi accerseret, subdidit illicò mutuatam de antiquo nuptiarum ritu formulam *præfiscini*. Nouam nuptam laudari solere in Hymeneis, sat constat. sed iactis fescenninis, adijcere statim solent ad arcendum fascinum: *præfiscini* Titinius in Setina:

Paulla mea amabo pol tu ad laudem addito
Præfiscini. ——

Fragmentum illud apud Charisium lib. 2. suarum Institutionũ qui rei explicãdę subijcit, *ne puella fascinetur.* adeũdus & Festus, in *Fescennini*, & Ianus Gulielmius noster lib. 2. Verosimiliũ. Porrò *fascinare*, Virgilio, Plinio, valet incantare. Consulendus Plinius lib. septimo naturalis historiæ, cap. 2. Agellius lib 9. cap. 4. Denique *præficisne*, de præsenti; *præfiscini*, de futuro dici notat flos eruditiorum Iosep Scaliger ad Festum, in *numero*.

fol. eod. *Quæ mihi ne mediocribus quidem ciuitatibus vnquam defuêre, ne in Carthagine desint.*

Quid si reponam, *nedum Carthagine desint.* qua forma pluries scriptorẽ hunc vsum obseruabã inprimis lib. 9. De asino: *vix paucos olerum manipulos de proximo, solet anhelitu languido fatigatus subuehere; nedum vt rebus amplioribus idoneus videatur gerulus.* Suetonius de illust. Grammaticis: *Grammatica olim Romæ ne in vsu quidem; nedum in honore vllo erat.* sed alibi nos hac de re egimus, in vsum puerorum, quanquam ibidem, *ne*, pro *nedum* meminimus frequentatum.

fol. eod. *Viderint quibus mos est oggerere se & otiosis præsidibus, vt impatientia linguæ commendationem ingenij quærant.*

Restituendũ dubio procul *oggerere sese* (vel *oggerere se nec ociosis vel negotiosis*) *præsidibus*, *vt impudentia linguæ*. Crebrò has voces, *impudicitia, imprudentia, impatientia*, locum mutuũ inuasisse comperi. si quis exempla quærit, adeat notas doctissimi Stephani Pighij amici mei ad Valer. Maximum. hoc amplius etiam secundo De Asino à Parisien. meritò legebatur; *sensit imprudẽtiæ suæ labem.*

labem, cùm antè vulgaretur *impudicitiæ*, quod non nisi ab imprudentibus ibidem suppositum.

fol. 33. *Quo magis celebrari debet frequentius vsurpata, & quidem non nisi adiutorio tanto viro præsidente.*

Dicta de voce humana hanc credo scripturam desiderant, *celebrari debet, frequentius vsurpari. & quidem non nisi auditorio, &c.*

IN IIII. LIB. *FLORIDORVM*, GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

VBI, *vnde, aduerbia loco relatiuorum pronominum.*

Protagoras Democriti discipulus, eius disceptatio cum Euathlo.

Venarum pulsus in morbo inconditi.

C. & G. *promiscuæ litteræ olim.*

Faces in funere eas auersas viros tenuisse.

Quid rogus, bustum, pyra, sepulchrum, monumentum.

Homines, pro, omnes; Habeo, pro, aueo. B. & V. *vnde confusa.*

Emendati Varro apud Nonium: Varus bis apud Priscianum: & Petronius.

Voluntatem in maleficijs spectandam.

Viare, Bitere, bitare. Nonius bis correctus.

AV *pro* O; & *contrà. Item* V, *pro* AV, *Perscitari. Nequicquam.*

fol. 35. *Item ille comicus, qui paruam partem postulat Plautus loci.*

Meo iudicio Plauti nomen auctor non adscripsit, de quo tamen tuum audire lubet iudicium.

fol. 36. *Faciliusq; laudes vestras alibi gentium, quàm apud vos prædicarim. ita apud vos cuique modestia obnoxia est: apud extraneos autem veritas libera, & vbiq;.*

Reponebam, vt mihi videbar, non infœliciter: *ita apud suos cuiq; modestia obnoxia est.* etsi enim ciuis Carthaginiensis non esset Apuleius, in cuius senatu hæc dicebantur,

bantur; tamen ad coniecturam meam pertinet, quod subijcit: *mihi & patria in concilio Africa: id est, vestro & pueritia apud vos & magistri vos.*

fol. 37. *Protagoras, qui sophista fuit longè multisciut, & cum primis rhetoricæ repertoribus perfacundus, Democriti physici ciuis æquæuus, inde ei suppeditata doctrina est.*

Historiam illustrabit Agellius libro quinto, cap. tertio. qui cùm non omnino sentit Philostratus Lemnius in vitis sophistarum. Interim emendandum, *vnde ei suppeditata doctrina est.* ab ipso enim Democrito omnia Protagoras iste hauserat, attestante ipso Agellio. vsus auctor particula *vnde*, loco pronominis relatiui personalis. & quanquam *Inde*, eadem phrasi accipi potest, vt & reliqua pleraq; loci aduerbia (vt in Particulis demonstrauimus). Iterū tamen nobis visum magis conueniens. Itidem Cicero pro Flacco: *adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, &c. in omnes terras distributæ putantur.* Terentij, Cæsaris, Varronis, aliorum exempla, qui desiderat, videat in Particulis nostris.

fol. eod. *Cæpit nolle quod pepigerat, sed callidè nectendis moris frustrari magistrum, diutuleq; nec asserere velle, nec reddere.*

Euathli triconis versutia tangitur, de cuius astu, & lite cum præceptore Protagorà agitata consulendus Agellius libro dicto, capite decimo. & locus Apuleij, nisi me coniectura fallit, propius ad sententiam rescribendus, *nec adserere velle, nec renuere.*

fol 40. *Ammaduerteret venarum pulsus inconditos, vel præclaros.*

Mihi equidem dubiū non fuit, pulsus illos non *præclaros*, sed *præceleres*, nuncupandos. Infrà hoc eodem libro, *manum hominis pertractat venarum pulsum, & momenta captat. si quid illic turbatum, atque inconditum.*

fol. 41. *Procul igitur faces abigerent, procul ignes amolirent.*

lirentur, rogum demolirentur.

Corrigo: *faces abijcerent.* C & G. literæ Promiscuè librarijs. Faces in pompa funebri iustis persoluẽdis adhibitæ, Apuleium audiamus li. 2. Floridorum: *comedit eius*, inquit, *prius ad funebrem facem, quam ad nuptialem venisse.* testis locuples Virgilius erit, vt morem illum eadem opera simul illustremus. is igitur sexto Aeneidos:

——tum membra toro defleta reponunt,
Purpureasq; super vestes, velamina nota
Coniciunt, pars ingenti subiere pheretro
Triste ministerium & subiectam, more parentum,
Auersi tenuere facem.——

Quo loco interpretes adnorant propinquioribus virilis sexus facis tenendæ officium dari solitum. quod ad rogum Seruius audiendus: *Apparatus* (inquit) *Mortuorum funus dici solet; exstructio lignorum, rogus; subiectio ignis, pyra; crematio cadaueris, bustum; locus, vstrina; operis constructio, sepulchrum; inscriptum nomen, memoriaque monumentum.*

fol. eod. *Postremò propinquis etiam hominibus inuitis, quod ne iam ipsi hæreditatem habebant, an quod adhuc illi fidem non habebant, ægrè tamen ac difficulter Asclepiades impetrauit mortuo dilationem.*

Tria hinc menda expellenda, inde reddenda ratio emendationis. scribo, *propinquis etiam omnibus inuitis, quod ne an ipsi hereditatem auebás.* genus loquendi agnoscent scio, qui scriptorem hunc vigilanter legerũt: tum facilè animaduertent ludere eum in παρονομασία verborum, *auere, habere.* In consanguineos id imprimis torquere conatur magis de familia hercifcunda, quàm reuocondo postliminio, quem defunctum volebant, sollicitos fuisse. atq; eò minus credidisse medico. Præterea non iam primum est, cùm illud *aueo* deprauatum est in *habeo*, pertinaci & peruersa describtorum consuetudine. quibus B, & V. (ni fallor) ex adfinitate ecundæ literæ Græcæ, & Latinæ, promiscuè scri-

bebantur. Tum & adſpirationis notam adhibebantur, adimebant pro lubitu. ſic in editione noſtra libro ſecundo. De aſino legas: *facilis auritu.* cùm debeat ſcribi *hauritu.* Itidem in Mamertini Panegyrico ad Iulianũ Imp. in duabus editionibus reperi: *ediſcenda omnium nomina tribuum homines, atq; etiam ſinguli ſalutandi.* puer videat, quia de candidatorum laboribus agitur, legendum, *ediſc. o. nomina tribuum; omnes, atq; etiam ſinguli ſalutandi.* Redeo ad vocem *Aueo.* & Varronem emendo apud Noniũ in Mutabiliter, Var. cras credo, hodie nihil. *Quibus inſtabilis animus mutabiliter habet habere, & non habere,* ſcribo, *auet habere.* nam in eo animi æſtus, quod modò aueat, & cupiat; modò repudiet. Iuxta illud Horatij.

Quod petijt, ſpernit: repetit quod nuper omiſit.

Item & apud Petronium in Epigrammate:

Ipſe pater veri dictus Epicurus in arce,
Iuſsit, & hanc vitam dixit habere Deos.

Quid alijs placeat ſcio, lego nihilo ſecius, *dixit auere Deos.* Exſtãt apud Priſcianum verſus Vari poëtæ ex lib. 2. de magiſtro illo, qui filios Faliſcum ſibi commiſſos hoſtibus tradidit, quos ideo adſcribam, vt ad fragmenta poëtarum, vbi ea deſiderabam, referantur, ſed paulò integriores:

Tum literator creditus
Ludo Faliſcum liberos,
Cauſatus in campi patens,
Extraq; muros ducere:
Spaciando paullatim trahit
Hoſtilis ad valli latus,
* * *
Seu tute malis hoſpites,
Seu tute captiuos habes.

Ne ambige, quin primo verſu ſcribendum, *creditos,* vltimo verò *aues,* non *habes.*

fol 42. *Bonis in rebus conatus in laude, effectus in caſu eſt. ita vt circa in maleficijs etiam cogitata ſcelera, nõ perfecta*

fecta adhuc, iudicantur cruenta mente, pura manu.

Scripsit Apuleius, *ita vt contra.* neque dubitandum, quin præ oculis habuerit diui Hadriani rescriptum, quod hodieq; extat in l. Diuus. ff. ad legem Corneliam de sicarijs: *in maleficijs voluntas spectatur, non exitus.* facit eodem & l. quisquis C. ad legem Iuliam maiestatis: & Iuuenalis saty. 13. & inde est, quod Cicero pro Milone scripsit, *interitus causam, non interitum spectari oportere.* Pro altera sententiæ parte stat Ouidianum istud:

Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Itidem Apuleij hoc eodem libro: *sicut ad pœnam sufficit meditari punienda, sic & ad laudem satis est conari prædicanda.*

fol. 43. *Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt deuitari, aduectorem sibimet equum deligunt diutinæ fortitudinis.*

Impedimenta varia, molestias grauissimas recensuit, quas sentire solent illi, quicunq; carpento iter cōficiunt. quæ quidem omnia deuitare volentes, equo vehi malle ostendit. locus mihi cōstituendus videbatur: *Hisce ig. m. omnibus qui nolūt deuiari*, vel, quod verius autumo, *debitare*: hoc est, à recta via deduci, deflectere, *Viare, transuiare, deuitare*, vsitata fuisse Lucilio, Afranio, Lucretio, & Plinio, sat notum est, pariter. *Bitere, betere,* & *bitare*, antiquis idem fuisse, quod nobis ire, nō ignorant, qui vel pedē in studijs humanitatis posuêre. meminit enim Nonius in *Betere in perbitere.* & ab eodē verbo Festo dicti *Bitienses*, peregrinantes: quod iam antè monui. Corrigo Nonium, *prouidere ait mouere, & ferre*: lego, *probitere mouere, efferre.* & ibidem in versu Pacuuij pro—*prouideam gradum*, repono—*probitem gradū.*

fol. eod. *Cohibent cursum, reuelant gradum, retardant equum.*

Fortean, *repedant gradum.* De repedandi verbo nos ad Vegetium: & Nonius.

fol. eod. *Et illicò in pedes desiliunt, fruticem, quem ver-*

berando equo gestant, eam virgam in læuam manum transferunt: Itaq; expedita dextera adeunt, auscultant. & si diutulè ille quippiam percertetur, ambulant diutilè, & fabulantur.

Quid *auscultādi* verbum huic loco faciat, dico quod sentio perspicere nondum potui. Beroaldus reposuit, *adeunt, ac salutant.* amicus noster alibi laudauit, *adeunt, ac salutant.* perbenè ad sententiam. quæro tamen ex ijs ipsis, quæro ex te, sitne verosimilior cōiectura nostra, *adeunt, ausculantur.* idq; sic fieri solere in adeundo, excipiendo hospite, &c. plus satis iam ante à nobis ostēsum est. tum contendo in verbis subsequentibus Apuleianum fuisse, *quippiam perscitetur.* Redeundum ad *ausculandi* vocem vsurpatam veteribus, pro *Osculandi*, teste Pompeio Festo. imò è contrario, *Osculanam pugnam* nominasse, pro *Ausculana*, idem quoq; memoriæ prodidit. Iridē antiquitus V, pro Au placuisse, testes nummi, lapides, & libri manuscripti.

fol. 44. *Omnia fluxa, infimaq; esse. quidquid sub cælo diuitiarum est, eas omnes ad bene viuendum quicquam esse.*

Sententiam quære, videbis oportere scribi, *infirmaq; esse.* & mox, *ad bene viuendum nequicquam esse.* Ennius apud Ciceronem: *qui sibi ipsi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.* Virgilius quarto Aeneid.

Adspicis hæc? an te genitor cùm fulmina torques
Nequicquam horremus. ———

Ouidius primo Metamorph.

Nequicquam Deus abscidit terram.———

videndus Festus.

fol. eod. *Eam nauem si aut gubernator non agat, tempestas agat.*

Lege, *eam autem nauem si gubernator non agat.*

IVSTI

IVSTI LIPSII
in Lib. Floridor.

EMENDATIONES.

LIB. I. Flor. *Votum postulare, portum apponere, paulisper adsidere.* Emend. *donum apponere*

Lib. 2. Flor. *Dextra psallentis gestu suo sabulum cisharæ admouet.* Putat legen. *suum sabulum*, vel *subsabulum*, vel *pulsabulum.*

Lib. 3. Flor. *Priusquam vobis occipiam principes Augusta gratias agere.* Emend. *principes Africæ.*

Lib. 4. Flor. *Eorum ego sermonem ratus & vobis auditu gratissimum, mihi compositè congruentem, & dedicatur religio summo in principio libri ratio quendam ex his, qui mihi Athenis condidicere, percontari à Persio.* Restituit: *& mihi compositu congruentem, & dedicatu religiosum, in principio libri facio quendam.*

DIVERSORVM IN III. LIB.
Flor. Correctiones.

LIB. 3. Flor. *Reliquum tum vanis postulantibus sine intermissione, de incipiti die perlecturum.* Idem legit vnica voce, *deincipiti.* apud Festum, in Tignum.

EX CATALECTIS
FRANC. MODII BRVG.
in Lib. Floridor emend.

LIB. I. FLORIDOR.

IТIDEM *si munera nostra spectaret. Nam illic quoque videret hominem præsidere, hominem depugnare, togam quoque parari & voto funeri. Item palliо cadauera operiri, & philosophos amiciri. Bono enim studio in theatrum conuenistis vt qui sciatis, non locum auctoritatem derogare orationi, sed cum primis hoc spectaculū esse quid in theatro deprehendas. Nam si minus est, riseris; funere plus timueris. Si comedia est, faueris* Lego: *& voto; & funeri* itemq; *Nam si minus est, riseris: funirepus, timueris. Si comœdus est, faueris.*

Ibidem: *Nec quod apud illos immensi dracones cum immani-*

bus

bus elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertāt. Lego, *consertant*, aut *concurrant*, seu potius *corruant*.

FLORIDORVM LIB. II.

AMPVLLAM *quoq; oleariā, quā gestabas, lenticulari forma, tereti ambitu pressula rotunditate, iuxtaq; honestam strigileculā, recta fatigatione clausulæ, flexa tribulatione ligula, &c.* Leg. *recta fastigatione, siue fastigiatione.*

Ibidem: *Neminem proconsulum, quod sciam, prouincia Africa magna reuerita est.* Leg. *magis reuerita est.*

FLORIDORVM LIB. III.

INTERIM *dies ire, neq; Philemon ad conditum venire. Quidam tarditatem poëtæ murmurari, plures defendere. Sed vbi diutius æquo sedetur, nec Philemon vspiam comparet, missi ex promptioribus qui acciperent, atq; eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt.* Lego: *neq; Philemon ad condictum venit: itemque missi ex promptioribus qui accirent.*

Ibidem: *& Philemonis ritu compelleret ante letum abiret quam lectum.* Lego, *ante letum obire vel adire.*

Ibidem: *An non properandū mihi erat, vt pro eo honore multas vobis gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram, non quia magnitudo Carthaginis mereatur etiā à Philosopho precem pro honore* Lego: *nō quin magnitudo Carthaginis, &c.*

Ibidem: *Neque enim aut leui mercede emit, qui precatur, aut parum precium accipis qui rogatur.* Lego. *aut parum precium accipit q. r.*

Ibidem: *Igitur quod difficile factu erat, quodque reuera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus & principibus, id præsusiuè dixerim iam quodammodo mihi obtigit.* Lego: *id, præficisne siue præficisni dixerim.*

FLORIDORVM LIB. IV.

QVAPROPTER *vt poëtæ solent, hic ibidem varias ciuitates substituere, vt ille tragicus qui in theatro dici solet liber, q augusta hæc loca citereis colis. Itē ille comicus, qui paruā partem postulat Plautus loci, Athenas quos in architectis conferam.* Lego: *qui in theatro dicere solet; Liber qui, &c. itemq; per paruā partē p. P. l. Athenas quo sine architectis conferat.*

Ibidem: *Quo vtinam mihi pro amplitudine auditorij prolixa oratio*

oratio suppeteret, ac non hic maximè clauderetur, vbi me facundissimum cuperem. Lego: *ac non hic maximè clauderet, vbi me, &c.*

Ibidem: *Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exorabula iudicantium, & decipula aduersantium, & artificia dicentium, versutus, alioquin ingenuatus ad astutiam facile perdidit, contentusque scire, quod concupierat, &c.* Lego: *facile perdidicit.*

Ibidem: *Nam siue ego vicero inquit, soluere mercedem debebis vt condemnatus: seu tu viceris, nihilominus reddere debebis vt pactus, quippe qui hanc causam primam penes iudices viceris: ita si vincis, in conditionem incidisti; si vinceris in damnationem, quod quaeris. Ratio cõclusa iudicibus acriter & inuincibiliter videbatur.* Lego: *si viceris in damnationem. Quid quaeris? Ratio, &c.*

Ibidem: *Procul igitur faces abigerent, procul ignes amolirentur* Lego: *Procul igitur faces abijcerunt, seu more antiquo abicerent.*

Ibidem: *tamen honoris eius gratia cohibent cursum, reuelant gradum, retardant equum.* Lego: *relentant gradum.*

Ibidem: *itaq; expedita dextra adeunt, auscultant, & si diutile ille quippiam percrtetur, ambulant diutile, & fabulantur.* Lego: *& si diutile ille quippiam percontetur.*

IN L. APVLEII
LIB. DE
DOGMATE PLATONIS
GODESCALCI STEVVICHII
QVAESTIONES.

God. Steuu. Adriano Quarraeo,
V. N. S. D.



OBITVM fratris tui doluisti non abs re: adolescens erat maiori iudicio quàm pro aetate ista; mores institutioni egregiè respondebant; generositas, & ingenuitas stirpi, sed quid facias, mi Quar- raee,

ræe, nam & nos, qui magnum ſpiramus homulli, forta ſſe an & craſtina dies videbit efferri. A mœrore animum te tantiſper auocare, & ad leuiuſcula hæc à me in Apuleio notata aduertere velim. Vale, & Stevvichio, vt tuo, vtere.

FINGERE. *GenEtrix; contra GenItor ſcriben. geno, genere.*

Mundus muſicè, & canorè mouetur.

Tres animi partes in homine. quis cuique locus tributus.

Apuleij permulta ſanata: & vno loco Salluſtius.

Verbi Succedere elegans ſignificatio.

Succeſſus, pro, ædificijs.

Bilis. quid ſit Manare.

fol. 49. *Materiam verò improcreabilem, incorruptamq́ commemorat, non ignem, neque aquam, nec aliud de principijs, abſolutis elementis eſſe; ſed ex omnibus primam, figurarum capacem factioniq́ ſubiectam.*

Platonis verba auctor receſſit de materia Dei. quid ſi verius eſſe dicam ſcribendum *fictioniq́; ſubiectam.*

fol. 54. *Cœleſtem animam, fontem animarum omnium, optimam & ſapientiſſimam virtutem eſſe genitricem.*

Repono, *genetricem*, itidem eodem hoc libro *genentium genamur, &c.* reſcribo à verbo *genere.* pro quibus vulgarum *gignentium*, *gignamur.* de hoc verbo Priſcianus lib. 10. & alij Grammatici veteres conſulendi. Præterea Genetrix per e, genitor per i, ſcribendum obſeruauit quondam Probus Grammaticus. cuius ſententiam hac inſcriptione veteri, quæ Romæ in horto Catoli Stalle, iuuare viſum eſt:

FRATER. MEI. ET GENETRIX
GERMANA. ORO. ATQ. O. DESI
NITE. LVCTV. QVESTV
LACHRVMAS. FVNDERE
SEI. IN. VITA. IVCVNDA.
VOBIS. VOLVPTATEI. FVEI
VIRO. ATQVAE. AMICIS
NOTEISQVE. OMNIBVS.

In alio marmore eſt, *Veneri genetrici.*

fol.

fol.eod. *Et hinc fieri, vt Musicæ mundus, & canore moueatur.*

Scripsit Apuleius: *vt musicè Mundus, & canorè mo.* quod verissimum esse comperiet, quisquis considerabit, quę hoc loco de numeris, & modis disseruit. Censorinus de die nat. cap. 13. totum Mundum musica ratione factum scribit. Nec multo postea ostensurus Apuleius, & quidem ex mente & sententia Platonica, non omnia quæ accidunt ad vim fati referenda esse, sed rerum euentum partim à nobis, partim à fortuna ipsa pendere, hoc verborum ambitu vtitur.

fol. 58. *Sed esse aliquid in nobis, & in fortuna non nihil. & fortunæ improuidos casus ignorari à nobis fatetur. instabile enim quiddam, & intercurrens intercidere ea solere, quæ consilio fuerunt, & meditatione suscepta, quæ non patiatur meditata ad finem venire. & tunc quidem, tum impedimentum illud vtiliter prouenit, res illa fœlicitas nominatur; at vbi repugnationes istæ nociuæ sunt, infœlicitas dicit.*

Leuiuscula mutatione sentētia eruetur: *quod non patiatur meditata ad finem venire. & tunc quidem cum impedimentum, &c.* an non hoc est post aliorum messem spicas legere?

fol. 59. *Totum verò hominem in capite, vultuq; esse. namq; prudentiam sensusq; omnes non aliàs quàm illa parte corporis contineri. cætera enim membra ancillari, & obseruire, cibos, & alia subministrare, vectare & in sublime posfit, vt dominum, atq; rectorem, prudentiaq; eius à periculis vendicare.*

Adesse iube patres omnes, omnes conscriptos, quibusq; in Senatum veniendi ius est, de verbis Apuleij pronuntiaturos puto antiquū illud N. L. Laterſententia Platonica (nisi verius sit eū, pariter vt Marcū Tulliū à Socrate illā mutuatos esse) quā tātis sordib. & mendis inuolutā diutius circumferri nō patior. rectè enim eluere videor: *cibos & alia subministrare: vim vetare, & in sublimi positū dominū, atq; rectorē, prudētiāq; eius à periculis vindicare.*

vindicare. Tres animi partes Philosophus summus cõstituerat.primam,rationabilem scilicet, & omnium optimam,in arce capitis, vt gubernatricẽ.alteram, irascentiam nimirum, ad cordis deducebat domicilium. cupidinem verò,atque appetitus, infernas abdominis sedes obtinere dicebat:vt vitiorum latebras, & diuersoria luxuriæ, nequitiæq;. Cùm ratio sola regeret,inferiores duæ partes parerent; nihil iracundia, aut voluptas appeterent; quod illa inutile esse dictaret; tum animanti sanitatem inesse, viribus pollere, & pulchritudine. Consulendus Plato lib. De natura. Quod iracundia rursum scripsit. id quoque non puto esse sine mendo, aut vitio scripturæ. verba hæc sunt:

Irascentiam verò procul à ratione, ad domicilium cordis deductã esse:obsequi eam, & respõdere in loto sapientiæ.

Non me fugit eorum verborũ expositio: vereor nihilo minus tamen ab auctore scriptũ fuisse:*obsequi eam, & respuere interdum logos sapientiæ.* iuxta illud Horatij:

Ira,furor breuis est, animum rege, qui n si paret,
Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Sallust. In Coniuratione: *Si libido possidet, ea dominatur, tum animus nihil valet.* nam ita in m.s.meis, *tum,* particulam addi comperisse me, non possum quin moneam.

fol. eod. *Iam gustatus solutiores esse sensus, ideoq; humilioribus potius, aut aquosis commendatos.*

Mutila hæc de gustu olim animaduerteram, quare ea iam adscripsi ex Beroaldina editione & reponenda puto: *ideoq; humidioribus potius, aut aquosis commodatos.* Quinimò & quæ de olfactu subsequuntur, mea opinione in hunc modum restituenda: *Eorum etiam, quæ corrupta videntur, separandi vis intelligenda est.* vulgatæ editiones ad vnam omnes legunt, *quæ corrup. imitantur, separanda vis inest.*

fol. 60. *Cùm quidem ea quæruntur vapore, & fumo exhalantur, odor in his iudicium sensusq; succedunt.*

Reuocatum puto iri elegans loquendi genus, etsi hodie minus frequẽtatum, si legamus: *odoris iudicium, sensusq;*

ſenſuſq; *ſuccedunt*. cùm de corruptis, aduſtis, madefactis ex vapore, aut fumo iudicandum eſt, (quam genuinã, ſcriptoris mentem eſſe nemo negabit) dicuntur illa iudicium odoris ſubire, propter ſymphoniam, quam natura illi ſenſu voluit eſſe cum naribus. qua de re ornatè differit, nec minus eruditè Lactantius Firmianus, libro de opificio Dei, cap. 10. Dixit phraſi non planè abſimili Virg. lib. 3.

———eidem olim curru ſuccedere ſueti.

Itidem quarto Aeneid.

Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes.

Inde quoq; *Succeſſus* dicti Arnobio, pro domibus, lib. 2. aduerſus gentes: *Domibus*, inquit, *ſtructis, & lautioribus ſucceſſibus inſtitutis, non adamarint caſulas.* Immutanda eadem pagina in Apuleio hæc læuia: *auditus illi eſt, v ſuſq; præſtantior.* malè alii, *ille eſt.* Item: *ſed homini promptuarium potius.* vulgò legunt, *hominis.* Item *membrorum alia conditione ſunt optima, atq; longè peiora.* Ruit ſententia niſi reſccibas, *aliaq; longè peiora.*

fol. 61. *Cùm exardeſcit ira, trepidanſq; celerioribus motibus vertex cordis, ipſius madens ſanguine pulmonis excipitur mollitia, ſiti frigore.*

Fortaſſe an in autographis fuerit, *vertex cordis bilis madens ſanguine.*

fol. 62. *Quid de cibatu ipſo loquar? quem itinera ex vtero manentia, fibris iecoris adiuncta diſpertiunt.*

Lege meo conſilio, *manantia.* Manare dicitur cũ humor ex integro nõ nimis ſolido, per minimas ſuas partes erumpit, teſte Feſto.

EX CATALECTIS
FRANC. MODII BRVG.
EMENDAT.
in Lib.

DE DOGMATE PLATONIS.

SVNT *qui Platonem anguſtiore conceptu profatum dicunt.*

Lego: *anguſtiore conceptu.*

Ibidem: *At huius quæ veluti vmbra & imago eſt ſuperioris,*

rationes quoque & verba, quæ de ea disputantur inconstanti sunt disciplina. Lego, *inconstantis sunt disciplinæ.*

Ibidem: *Quæ istis euenit, quarum substantia multimoda potestate, comistione conficitur.* Lego, *coitione conficitur.*

Ibidē: *Idcircoq; in igne atq; in terra & aqua & aëre esse sito, & sicut ignis aëris cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrenæ iungatur.* Lego, *affinitati terrenæ iugatur.*

IN L. APVLEII LIB. DE *PHILOSOPHIA* GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

God. Steuu. Simoni Helmio Delphio, præceptori quondam suo.

S. D.



ABSIT, vt te vir præstantissime, indictum (vt ille ait) præteream: aliter enim mores tui, aliter tua in me, & in omnes pariter litterarum amantes beniuolentia promeruit. quam scio te non nisi cū vita depositurum, quę quidem etsi maiora suo quasi iure à nobis posceret; nihilominus tamen, quòd alia in præsens non suppetunt, ista qualia qualia sunt in Apuleium coniectanea, grato animo accepturū te, atq; expensurū nō diffido. Vale, & Stevvichiū tuum, vt soles, ama, orna. Hugoni nostro, & amicis cæteris salutem.

Αναλγησία. G. pro C. Adigi potestatem, adigi iusiurandū.

Virtutis viam graditur. In tempore lectus vir.

Ferunt ista ad vitam beatam. Cicero Platonē imitatus.

Molimentū Voces integræ non geminatæ à librarijs.

Dicis causa, dicis ergo. dicis gratia.

fol. 66. *Doctoresq; puerorū nihil antiquius curare oportet, quàm vt amatores virtutum, vel inter se moribus, & institutis eos ad id prorsus imbibere, vt regere, & regi discant*

magistro iustitia. Qua re præter cætera induci ad hoc oportere vt sciant, quæ sequenda, fugienda'q; sint honesta esse ac turpia. illa voluptatis, hæc laudis.

Vide, sit'ne concinnior coniecturæ scriptura: *quàm vt amatores virtutum velint esse, moribus & insti e. a. i. p. imbuere, vt regere et r. d. magistra iustitia. Quare præter cætera induci ad hoc oportere vt sciant.*

fol. 68. *Ita enim dixerim, quæ non extinguit incitamenta irarum sed ea stupore deficit immobili.*

Docui alibi, legendū hic esse, *defigit immobili.* quod meritò à me factum (etsi editio Beroaldina reclamat) capiet, qui de vitio incōmobilitatis (Græci ἀναλγησίαν vocabant) dicta illa intelliget.

fol. 80 *Et est ferè melius talem regi; nec ipsum in alios habere potestatem, nec dominari, sed seruire, ipsum aliorum adijci potestati, parendi potius, quàm iubendi officia sortitū.*

Dictum de eo, qui neq; natura, neq; industria sua ad rectum viuendi studium formari queat. quem ego aliorum potestati adegerim, non adiecerim, scripserimque, *ipsum aliorum adigi potestati.* nisi si quis malit, *adigi potestatem* sic in Sallustio, in Pandectis, *adigi iusiurandū*, reponi debere alij suaserunt, membranæ mihi persuaserunt.

fol. 82. *Eum, qui per hæc profectus, fidenti, & securo gradu virtutis via graderetur, adeptum solidam viuendi rationem, repentè fieri perfectum. hoc est repentè præteriti, futuri'q; æui vltimas partes attingere, & esse quodammodo in tempora lætum.*

Primum lege, *virtutis viam graderetur.* qua phrasi *viuere vitam*, alia multa olim efferebant. De cætero, nescio an persuadebo verum esse, aut saltim vero admodum simile: *& esse quodammodo in tempore lectum.* quasi dicat commodè repertum virum, quem Plato requirebat perfectè sapientem.

fol. eod. *Immissus omnibus, quæ ad beatā vitam fuerunt,*

non ex alijs pendere, sed in sua manu esse sapiens rectè putat.

Emend. *quæ ad beatã vitam ferunt* nam Platonis istud auctor expressit: τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, Cic. reddidit: *quæ ad beatè viuendum ferunt.*

fol. 84. *Sapiens non meræ voluptatis quidem alicuius gratia veniet ad agendũ, nisi præstò fuerint honesta emolumenta virtutis.*

Si Philosophorum scholæ patientur, scribam; *molimenta virtutis.* Sisenna 4. historiarũ: *magno cum molimento, ac perpetuo sono procedunt.*

fol. 86. *Non solùm autem oportet, dum vitam colit, digna discere, nec ea agere, quæ eorum maiestati displiceant, verùm & tunc, cùm corpus relinquit.*

Certa mihi correctio visa, ***digna*** DIs dicere. in qua si doctis placebo, non laborabo de cæteris. Vult autẽ Apuleius, seu potius Plato sapientem Deorum imitatorem esse adsiduum, cùm dictis, tum factis:

fol. eod. *Ciuitatem esse coniunctionem hominum plurimorum, in quibus sunt regentes, alij citeriores. coniuncti inter se concordia, &c.*

Vide, si probè emendarim: *in quibus sunt regentes alij, alij citeriores.* Voces totas etsi geminandas, semel tantùm librarios describere solitos, lõgo vsu, & Pompeio Festo obseruante didici. quod hominibus quibusdam scio non persuaderi, qui ipsi neq; sua mihi omnia adhuc probare potuerunt.

fol. 80. *Facere ciuitatẽ plenã bonarũ legũ, & murorum.*

Repono: *legum, & virorum,* nisi malis *morum.* & quod paulò superiùs editiones habent, *ipsa quidem specie, & diis causa.* id operarum somnolentiæ acceptũ feramus oportet. genuina enim lectura, *dicis causa.* Varro quinto de lingua Lat. *& nihil, inquit, intererat, cui imperaret. & dicis causa fiebant quædã neq; item facta, neq; item dicta semper.* Similis formula, *Dicis ergo: Dicis gratia.* quas reperi apud Charisium lib. 1. & vsi I.C. nostri, Vlpian. in l. Prima. De S.C. Sullan. & Caius l. 4. commodari.

Ex

EX CATALECTIS
FRANC. MODII BRVG.
EMENDAT.
in Lib.
DE PHILOSOPHIA.

AMICITIAM *ait sociam, camq; consensu consistere, reciprocamq; esse, ac dilectionis vicem reddere, quando reclamat aequaliter.* Lego, *quando redamat aequaliter.*

Ibidem: *Et est sanè melius talem regi, nec ipsum in alium habere potestatem nec dominari, sed seruire ipsum aliorum adijci potestati, parendi potius quàm iubendi officia sortitum.* Lego, *aliorumq; addici potestati*

Ibidem: *Nam cùm ipsa anima complacita est, homo totus adamatur, sed cùm corpus expetitur, pars eius deterior est cordi dure. Igitur putandū est, &c.* Lego, *est cordi Iure igitur, &c.*

Ibidem: *Neq; aliquid mali passum, ac si fuerit bonae volūtatis etiā melioribus aggregatur.* Lego, *etiam melioribus aggregatum.*

IN L. APVLEII
LIB. DE
DEO SOCRATIS
GODESCALCI STEVVICHII
QVAESTIONES.

God. Steuu. Carolo Maldereo
V. N. S.

NE viuā, si vnquā mihi gratior socius in litteris, quàm tu si in familiaribus amicus amicior. nā quid istis faciamus, quibus aliud in pectore, aliud in lingua. Quoties ioca, quoties seria nostra memoriam subeunt subeunt autem saepius, toties mihi & facies, & suauissima consuetudo tua ob oculos versatur. Amicitia nostra, cuius fundamenta iacta in Grudijs, in Vbijs aliquantis postea mensibus corroborata, tanti apud me; vt frustrà Spiram inuitaturus fueris, ni multis me millia-

ribus quidā paulò antè ex Germania retraxissent. interea silētium inter nos, fateor nimis diuturniū, verùm enimuerò peregrinatio vtriq; (vt mea fert opinio) pro excusatione nimis quàm iusta. alia tibi suppetit, rectè feceris si indicaris; sin plures, eò gratiores futuræ tuæ litteræ, quia meas versibus superabunt. Vale.

VELA *summare; chalare; caperare Festinare, properare quid distent.*

Tres Deorum gradus. Fac *intelligas. Plautus Trinum. emendatur.*

Αποκοπὴ *elegans in priori & posteriori orationis mēbro.*

Correcta l. vnica. C. *de reputationibus quæ fiunt. lib. 2.*

Sallustio repositū genus loquendi non vulgare.

Multiiugus. lunæ colores diuersi. Priuus, priuatus. Munia.

Auersator malis; opitulator bonis, D*æmones, vnde dicti. Obire ministerium.*

Fila corporis. Tonitrus. Geminur. Censorinus, Cato, Sallust. Festius emend.

Laruæ Omnes, pro, homines. Singulis hominibus sui Genij.

Edere vitam. Custodia, pro. eo, qui custoditur. Interpretata leges ff.

Vitator. Optare virum, locum Vegere. Apuleio ista vox restituta.

Speculatores diligere. Voces binæ geminandæ. Terentij ex Plauto mimesis.

Magistratus annui. Accij versus emaculatus. Parentes Vlyssis.

Nobilitatem veram à parentibus non dari.

In ipso huius opusculi limine offendit me illa Lucij opinio de rebus quæ domi leguntur, & quæ audiuntur in gymnasio hæc, quod subitaria sint, veniam facilius mereri contendit, his verbis:

fol. 92. *Illa enim, quæ scripta legimus, & tacentibus nobis talia erunt, qualia illata sunt. Hæc verò in præsentiarū, & quasi nobiscum patienda sunt, talia erunt, qualia vos illa fauendo feceritis.*

Ex quibus verbis sententiam idoneam confieri posse non Apollini, non veritati crediderim, fortean poterit si scripserimus: *Hæc verò, quæ in præsentiarū quasi vobiscū partienda sunt, talia erūt, qualia vos illa fauendo feceritis.*

fol. eod. *In manu vestra situm est, vela nostra summare, & iam*

& iam immittere, ne pendula, & flaccida, vel restricta, & caperata sint.

Paulò antè fauorem publicum, & omen captauit allusione ad formulam antiquã FAVETE LINGVIS. de qua nos alibi. nunc poëtica mimesi translationem nõ inelegantem à re nauali sumptam huic scripto suo applicat, in qua legi debere putabam, *& auram immittere.* Vela summare; & legere, seu deducere vela, opponebantur. dixêre quoq; posteriori ꝗuo *calare vela*, vt ad Vegetium docui. A' *summãdi* verbo, summatum, τὴν ἀκρότητα Lucretius formabat. Caperata porrò vela imitatione Plauti vocauit, qui frontem rugosam, caperatam nuncupabat, & pariter cum eo parens Latini sermonis M. Terent. Varro, *Secundare, prosperare*, alia multa similiter declinata reperire est apud Nonium.

fol. 94. *Coruus & vulpes vnam offulam simul viderant, eamq; raptam festinabant pari studio.*

Scribo, *raptũm festinabant* Sallustius lib. 3. Histor. *Vtroque licentiam in vos auctum, atq; adiutum properatis.* deinde obseruo festinandi verbũ ad corpus rectè hic relatum, cùm properare dicamur animo. vt auctor Nonius, quem sequor, dissentiente Agellio, li. 15. cap. 14. Protinus quod Apuleius subdit:

fol. eod. *Igitur ales bestiam prœuenit, & secundo flatu, passis alis vtrumq; prælabitur, & iam anticipat.*

Id, hoc modo, ex mente scriptoris, & sententia apologi benè restitutum iri puto *passis alis, vtiq; prælabitur, & illam anticipat.* vel quod propius scripturam vulgarem, *vtcumque prælabitur.*

fol. 95 *Plato omnem naturam rerum, quæ ad animalia iure pertineat, trifariam diuisit: censuitq; summos deos, summum, medium, & infimum.*

Parum abest quin reponam, *censuitq; secundum Deos.* Tres namq; gradus Deorum post recenset. & totidem ex Platone auctor cõmemorauit libro suo de dogmate Platonis: vnum summum, incorporeum, patrem, & Orbis architectum: secundo loco cælicolas: tertio

medioximos, quos Semones, & minorū gentiū Deos nuncupatos, suprà diximus.

fol. 96. *Fac intelligas modò loci disclusione, verùm etiam naturæ dignitate.*

Lautitia sermonis, *fac intelligas*. sed hāc & similes non animaduertit puto, qui iniquam de hoc scriptore sententiā tulit. Itidē in fragmento veteris Senatuscōsulti:

Qui ex H. L. condemnatus erit.
prædes facito det. de consil.
maioru partis sententia.

Similia in Plauti fabulis Pseudolo, & Merca. *facito in aqua iaceant. vxori facito vt nunties.* simile & in P. Lentuli litteris ad Catilin. datis apud Sallust. *Fac cogites* (inquit) *in quanta calamitate sis. & memineris te virum esse.* Mirum ni & Plauto quondam eā phrāsis fuerit Trinummo:
Stasime fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum.
Scribebam, —*facete properè celeres.*
De prædicto loquendi modo obseruauit & Charisius lib. 3. Institut. cap. de confusis. Redeamus iam ad illud Apuleij *modo loci disclusione; verùm etiam naturæ dignitate.* Illud, *modo*, ab auctore ipso non arbitror manasse, sed incuria repetitum, ex linea proximè sequenti. *Non*, pro *nō modò*. Ciceronē, Plaut. Frontinum, Iurecōsultos nostros libenter vsurpasse phrasi Græca, pluribus iam olim locis demonstraui atqui scriptor hic milesiarum frequenter vtrunq; supprimit quod etsi vix tanti est, ostendendū tamen confirmandæ superioris cōiecturæ, lib. 1. De asino: *locio perlutus, quasi recens vtero matris editus imò semimortuus: verùm etiam ipse mihi superuiuens & posthumus.* Iterū lib. 6. *Ego* (ait) *simul voluntariæ fugæ voto, & liberandæ virginis studio; sed & plagarū suasu, quæ me sæpiculè commonebant.* Similiter & lib. 10. *Nam & galeam nitore permicantem, & scutū cæteris longius lucens, sed etiā lanceam longißimo hastili conspicuam.* Iterum eodem illo lib. 10. *Tanta deniq; miseratione, tantaq; indignatione curiā; sed & plebem mœrens inflammauerat.* Idem locutionis genus, ex optimis membranis, quibus Coloniæ Melchioris Hittorpij, præstantissimi Theologi beneficio vsus sum, retinen-

retinendū sua deo in l vnica.C.de reputationibus quæ fiunt lib. 2. *Sed & cum minor adijt hereditatem & restituitur, mox quidquid ad eū ex hereditate peruenit, debet præstare; verùm etiam. &c*, quæ duo extrema verba nimis auda cter hinc alij reijciunt, quemadmodum & in alijs constitutionibus, quod Deo volente alibi probabimus. obseruaui nihilominus & alium locum, vbi similis ἀπόκοπή in posteriori orationis mēbro, is apud Sallust. Catill. *iam tum non consulibus modò; [sed] plerisq; senatoribus perniciem machinabantur.* τὸ *sed* in membranis D. Hutteri nullum est, quas ego sequor nec sequerer, nisi alibi eximiè bonas comperissem.

fol. eod. *Seu illa proprio, seu perpeti candore (vt Chaldæi arbitrantur) parte luminis compos, parte altera cassa fulgoris, pro conuersione oris discoloris multiuaga, pollens speciem sui variat.*

Videndum dixerit ne Apuleius *multijuga, pallens*. de coloribus, & prognosticis, quæ velut speculo orbis lunæ ostendit, dicerem, ni ea latè prosecutus essem apud Fl. Veget. lib. vlt. cap. 41. In eo quod subditur de Luna, *ceu quodam speculo radijs Solis obsistit, & aduersi vsurpat*, vt verbis Lucretij vtar:

——*notam iactat de corpore lucem.*

hic, inquam, adulterinum puto τὸ *vsurpat*.

fol. 97. *Arcturum, geminos, leonem, aliosq; itidem radiantes Deos, quibus cœli chorum computum & coronatum visimus.*

Leue peccatum, at dignum animaduersione. scribo, *comptum.*

fol. eod. *Cæterū prophanæ philosophia turba imperitorū vana sanctitudinis, priuæ veræ rationis, inops religionis.*

Malim legi, *priuata rationis*. cōsulendus Agell. lib. 10. cap. 20. & Festus in *priuus*. Nonius in *priua*. In eo quod post subditur de summo Deo ipsum solū ab omnibus nexibus patiendi aliquid, gerendiúe, nulla vice ad alicuius rei mutua obstrictū: in eo subdubito legi ne de-

beat, *ad alicuius rei munia obstrictum*. vide Festũ in *munus*.

fol. 99. *Singulatim mortales cunctis, tamen vniuerso genere perpetui. vicissim sufficienda prole mutabiles.*

Iacio aleã videbo an cadet ex animi mei sententia: *singulatim mortales, cunctim perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles.* quæ omnia, præter alias circumstantias multas, Philosophorum opinio naturæ humani generis attribuit. Vidẽdus Plat. 3. De legib. Festus in *Cuncti*.

fol. 110. *Cui victimã cædã? quẽ miseris auxiliatorẽ, quem fautorem bonis, quem aduersatorem malis cum vita ciebo?*

Facilis, & liquida emendatio, *quem auersatorem malis in vita ciebo?* Deûm tutelarium munus tangit, quorum erat mala arcere, ac defendere. ipsemet Apuleius paulò pòst: *cum vsus postulat mala auertere, bona prosperare.*

fol. 102. *Quæ omnia, vt dixi, mediæ quæpiam potestates inter homines ac deos obediunt.*

Nimis manifesta macula etiam in optima editione. tollo, *inter homines, ac* Deos *obeunt.* quæ præter dignitatem Deorum sunt cœlicolarum, ea administrari ait per δαίμονας, quos Genios alij vocant, ita dictos, quasi rerum peritos. Lactant. lib. 2. Institut. cap. 15. Horũ enim alijs auspicia, alijs fulgura, alijs exta, alijs alia curæ esse ad quę non sit operæ DIS superis descendere. Apul. 11. De asino: *Sedulum quot dies obibam culturæ sacrorum ministerium* Idem lib. 10. *atque hæc omnia faciè obediebam quæ nullo scilicet monstrante feceram.* mihi placeret *obibam.*

fol. 106. *Sed filia corporũ possident rara, & splendida.*

Repono veram scripturam: *fila corporum*: id est, lineamenta. Itidem hic scriptor quarto De asino: *fila liberali virgo.* Neque hæc attingerem, ni viderem relicta in optimis editionibus. quale etiã illud pagina præcedenti: *quid super tonitruum Lucretius facundissimè differat.* germana lectio, *tonitrum.* quod declinatum à tonitrus, exemplo antiquo. Leue quoque quod addam, nec tamen ob id prætereũdum *quo liquidius & plenius de præsagio, Socratis, deq; eius numine cognoscatis.* lege meo suasu, *Deiq; eius.* Itidem & inferiùs paulò hæc corrigebam,

Verùm

Verùm eius monitis obediebat, eoq; Deo suo erat lõgè acceptior vulgant codices etiã Beroaldi, *eoq; de suo*. planè insulsè.

fol. 109. *Haud sciã an bono, certè quidẽ meo periculo poteris Geniũ vocare. quoniã is Deus qui est animus sui cuiusq;, quãquã sit immortalis, tamẽ quodãmodo cũ homine gignit.*

Corrigo, & quidem meo periculo, *cum homine genitur*. Censorinus de die natali, *à gignendo Genius appellatur.* genuinam scripturam in membranis Coloniensibus vidi, *à genendo Genius appellatur.* Itidem emẽdabam Varronem apud Augustinũ lib. 6. de ciuitate Dei. Cato de Re rustica: *at ex agricolis & viri fortißimi, & milites strenuißimi gignuntur.* legerim, *genuntur.* Sallustium pariter cùm, in verbis, cùm in phrasi vbiq; sibi simillimũ id verbi vsurpasse mihi persuadebam, in fragmentis, cùm de fortunatis Insulis agit: *Cuius duas insulas* (inquit) *propinquas inter se, & 10 stadia procul à Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere.* editiones habent *gignere*. Emendandus quoque Festus bis, terúe, in *Genium*.

fol. 110. *Qui verò propter aduersa vitæ merita nullis bonis sedibus interuagatione, ceu quodam exilio punitur, hunc pleriq; Laruam perhibent.*

Concinniorem credidi sententiam fore ex hac coniectura, *nullis positis sedibus incerta vagatione.* Laruis id vbique tribuũm, propter aduersa vitæ merita, erraticas esse. Propertius lib. 4. de vmbris & manibus:

Nocte vagæ ferimur, nos clausas liberat vmbras.

fol. 111. *Ac vbi vita ædita remeandum est, eundem illum, qui nobis præditus fuit, raptare illicò, & trahere veluti custodiam suam ad iudicium.*

Scribo, *edita*. Cicero Philippicis: *Pythagoræ ipsum illum locum, vbi vitam ederit, sedemq; viderim.* Singulos singulis hominibus Genios seu Dæmonas custodes datos Plato credebat. hos etsi inuisos, vbique locorum præstò esse: obseruatores factorũ, & cogitatorũ. quinimò & vita deposita, cõtinuo eundem, cui præfecti fuerint, iudici sistere. quę alter commentiatur redarguere: quæ

vera

vera dicat approbare, prorsus illorum testimonio sententiam ferri. Dignum obseruatione, quod Apuleius *custodiam* appellat ipsum illũ hominem, qui custodiẽdus traditus. vt & Plinius lib. 10 epist. 31. qua phrasi & I. C. dixêre, *custodiam neglegêre. custodiam reciperet* & de ipsis, qui custodiũtur agentes, dicunt, *custodias militibus euadere*. l. 9. 10 12. ff. de custodia & exhibitione reorum. Itidẽ antiqui *optionem* appellauêre eũ, qui optatus sit.

fol. eod. *In rebus incertis prospectator, dubijs præmonitor, periculosis viator, egenis opitulator.*

Emendare conor, *periculosis vitator.* sequentia ipsius auctoris verba considerandae relinquo: tum & hęc Minutij Fœlicis; qui de eodem Deo differens, *Socrates* (inquit) *nouit, qui ad nutum & arbitrium adsidentis sibi dæmonis, vel declinabat negocia, vel petebat.* meminit eiusdem & Lactant. Firmian. lib. 2. Diuinarum institutionũ, ca. 15.

fol. 112. *Quis igitur in tali tempore est ad dicendum exhortatus? nempe Pilius orator, eloquio comis.*

Si me audis, leges, *ad dicendum exoptatus.* Virgilius tertio Aeneid.

Optauitq; locum regno.

imitatus idem Petronius:

Hæc vbi calcauit Cæsar iuga milite læto,
Optauitq; locum summo de vertice montis.

fol. eod. *Corpus annis abire, animum prudentia vigere, verba dulcedine affluere.*

Metuo ne perierit hic verbum vetus, & optimis scriptoribus frequentatum *vegere*. Pomponius Maiali, *animos Venus veget voluptatibus*. Itidem Sallustio repositum principio Coniurationis, volentibus membranis. Iterum reddo Apuleio prima Apologia: *cur oratio vestra rebus flaccet, strepitu veget*. in editis libris hactenus est, *viget*.

fol. eod. *Itidem cum rebus creperis, & adflictis spectatores deligendi sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent.*

Reuocandi huc è re militari *speculatores*, & scribendũ *speculatores diligendi*. de vtroq; adi Commentarium nostrum ad Fl. Veget. fol.

fol. 114. *Verùm enimuerò vt ista sunt, certè qui omnium ariolorum voces audiunt, sæpenumerò auribus suis vsurpant vocem, de qua nihil contentur, quàm sciunt ex ore humano profectam.*

Si quicumq; locum diligenter expenderit, in meam sententiam pedibus iturum, geminatione scilicet duarum vocum rectè constitutum iri, *vt vt ista sunt.* deinde, *quanquam sciunt.*

fol. 82. *Quæ si foret frustra quæpiam, cur non potius aut vxor, aut certè cuiuspiam vox diceretur? vt ait illi Terentiana meretrix: Audire vocem visa sum modò militis.*

Emendare quidā conatus, *aut vox, aut certè*, crus fregit, qui gulam sanare voluit. poscit sententia hanc, aut non absimilem correctionem, *cur non potius aut vxoris, aut serui cuiuspiā vox diceretur?* Terentij versum Andriæ, ex hoc Plautino Cistell. adumbratum video:

Audire vocem visa sum ante ædes modò
Mei Lampadisci serui. ———

fol. 115. *Et nihil æquè miror, quàm cùm omnes cupiāt, & sciant quantum viuax animus colendus sit; tamen animum suum non colant.*

Rescribe. *quàm cùm omnes capiant.*

fol. 118. *Hoc enim nec à patre hæreditarium est, nec casu pendulum, nec à suffragio amminiculum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile.*

Beroaldinam editionem caue sequaris, quæ habet: *suffragio adminiculum*. nam ita mihi nouem sorores illas fauere cupio, vt vera scriptura est, *suffragio anniculū*. magistratū annuū tangit, qui suffragijs adipiscebatur. ab anno ὑποκοριστικῶς formātur, *annulus, annellus et anniculus*

fol. eod. *Inclyte parua prædite patria nomine celebri.*

Claroq; potens pectore Achiuis classibus autor
Grauis Dardanis gentibus vltor Laërtiade.

Eos versus Apuleius laudat ex Accij Philocteta. principio videlicet tragœdiæ, repono, *prodite patria.* simul hos versus in fragmentis veterum poëtarū adhuc desideratos,

ſideratos, adſcribendos indico. Pergit porrò Apuleius in comparatione Socratis & Vlyſſis vtrumq; nimirum ſedulò operam dediſſe, ne quid alienum in laudibus ſuis audirent longè præter morem eorum, quos nihil ferè, quàm imagines maiorum, & longos natales paſſim crepare audias, inauribus, quàm virtutis ſtudio ornatiores. quos parum ſit gloriæ, & claritati ſuorum nō respondere, modone omnino eam extinguerent, vitaque turpiter acta tam denſas offenderent tenebras, vt metuendum ſit illos ipſos, & vnà omnes auos breui in obliuionem omnino venturos: verba Apuleij hoc modo vulgari videmus.

fol. eod. *Nouiſsimè patrem memorat. cæterùm omnes laudes eius viri audiſtis. nihil mihi nec Laërtes, nec Anticlia, nec arctiſsimus vendicat.*

Corrigo, *nec Arceſius vendicat.* coniecturæ noſtræ dabit res ipſa. Vlyſſes namq; patrē habuit Laërtem, matrem Anticliam. Arceſium verò auum paternum. Ouid. lib. 13 Metamorph. vbi Vlyſſem ipſum inducit orantem:

Nam mihi Laërtes pater eſt; Arceſius illi;
Iuppiter huic.———

Ad propoſitam Apuleij ſententiā facit quoq; illud Minutij Fœlicis: *Nobilitate* (inquit) *generoſus es, parentes tuos laudas. omnes enim pari ſorte naſcimur, virtute diſtinguimur.*

EIVSDEM DE DEO SOCRATIS.

Emendationes:

Quarum rationem GOD. STEVVICHIVS, Deo fauente, aliquando redditurus eſt.

LIB de Deo Socratis: *Vſq; ad regni mutabilem ſuggeſtum, & pendulū tribunal euectus eſt.* Emen. *mutabilem ſuggeſtū.* Lib. eod. *Quod cùm omnes facilè reſpiciāt, nequeo ſatis mecū reputare, & perinde, vt res eſt, admirari.* Emen. *perſpiciant: exputare.* adhibe Ciceronem lib. 10. epiſt. 24.

IVSTI

IVSTI LIPSII IN APVLEIO DE DEO SOCRATIS *Emendationes.*

LIB. de Deo Socratis: *Nam & iusiurandum dicitur, vt ait Ennius*. Leg. *nam & Iouis iurandum dicitur.*

Lib. eodem: *per hos eosdem, vt Plato in symposio autumat, cuncta denunciata & Magorum varia miracula reguntur.* Leg. *cuncta Deum nunciata.*

Lib. eodem: *Annibali somnium pingat, vel Flamminio hostiam corrodat, vel Accio Nauio cotificet.* Reponit, *Nauio cotim ficet.*

Lib. eod *Neq; enim in emendis equis phaleras cōsideramus & baltei polimiam*. Leg. *& baltei politiam.*

IN L. APVLEII PRIMAM *APOLOGIAM* GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

Godesc. Steuuich. Arnoldo Baert.

I. C. S. D.



RECTE, tu V. C. qui vt belli calamitosissimi incommoda obliuiscare, alteri illi Genialis lectuli scilicet nomē dedisti. Memini videre me in musęo multa, elaborata planè in iure ciuili, & quæ tua diligentia est, atq; industria, plurima post accessisse non dubito. spero fore, vt tumultibus bellicis nonnihil iam sedatis, ea omnia in lucem proferas, & vt auditores tuos soles similiter & iuris antecessores, pariterq; togatos iuues tua opera. Eram nuper in lectione Apuleij, in quo carptim notabam hæc pauca (etsi fortasse nimis multa) de quibus, vt soleo de cæteris laboribus nostris, censuram tuam expectabo. Vale.

ACCV-

ACCVSATORES, quare subscribere coacti. Tornare.

Leuigando corpori antiquitas dedita. Lauere, & lauare.

Cato cum tribus tantū seruis in Hispaniam profectus.

Putare, pro æstimare. Sallustius Iugur. restitutus.

Finge, fac, ponè, da ita esse.

Professio bonorum apud Censores delata.

Ostendere, explere, demonstrare; valent, probare.

Vox similis in fine præcedentis absumpta.

Carminum inuentor Mercurius. Anquirere. Iuuenalis correctus.

Humanitas prolixa. Doctrina posthuma.

Clepsidræ in iudicio quales.

Prouerbiū, aqua mihi hæret.

Formulæ, bonæ rei, malæ rei: bono reip. malo reip. Magici qui.

Exdorsuare. Autem, Verò, in oratione cum ornatu.

Quantum potest. restituta hæc phrasis Apuleio sæpius.

Penitius, Arnob. emen.

Dextra corporis fortiora.

Stata tempora Quippini.

fol. 121. *Ita totiens ab accusandi periculo profugus, in asistendi venia perseuerauit.*

Narrat Apuleius aduersarium suum Siciniū Aemilianum primariæ causæ diffidentem, ne periculum incideret, quod in accusando ex subscriptione subeundum erat, latibulum quæsisse. libellum enim postera die, nomine pueri porrexisse, inibi adscripsisse. se pupillo accusanti tantum adsistere. quorum verborū sententia mihi quidem (nescio an tibi quoq;) postulare videtur, legerem: *in asistendi vmbra perseuerauit*. Constitutum autem ab Impp. Arcadio & Honorio. vt in causis criminalibus inscriptiones præponerentur, l. in causis. C. de accusa. & inscriptionibus. l. momentariç. C. vnde 6. l. vnic. C. de abigeis. l. libellorum. ff. eodem tit. epistola D. Traiani ad Plinium, de Christianis cohibendis. eò videlicet, vt alterutrā partem digna legum tenere posit auctoritas. dicta l. in causis. & l. si cui. ff. de accusationibus. neq; impunita sit mentiendi licentia, cum calumniantes ad vindictā poscat similitudo supplicij. l. accusationis. C. de accusationibus.

fol. 124. *Capillus horrore implexus, atq; impeditus stuppeo tormento asimilis.*

Putabam

Putabam emẽdari posse, *impexus, atq; impeditus. stupeo tornamento assi.* voce deriuata à tornando. Cic. *Id ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius.* sequitur mox: *ab ineunte æuo vnis studijs litterarum ex summis viribus deditus* energiam habiturum videtur, *& summis.*

fol. 126. *Quidni? crimen haud contemnendum philosopho nihil in se sordiũ sinere, nihil vspiam corporis apertum, immundum pati, ac fætulentum.*

Quod viderem de dẽtifricio disceptari, placuit verum esse, *nihil vspiam corporis asperum,* respexisse videtur ad eum versum de præcedentibus:

Complanatorem tumidulæ gingiuulæ.

Præterea toto corpori leuigando veteres studuisse, præter Tibullum, Catullum, alios, testis mihi Arnobius non vno loco. & Martialis lib. 2.

Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.

fol. 127. *Cæterùm qui sese sciat rationem prompturũ, neq; inutilem, neq; iniucundam, eius meritò os vt bono potui poculum prælabitur.*

Præterierint licet hos scrupos p̃clari viri, nihilo secius tamẽ mihi statutũ est eos tollere. primũ substituo, *orationẽ prompturum.* inde scribo, *os vt bono potui poculum præla Vetur.* quod valet idem quod *prælabitur.* Multa apud antiquos verba diuersimodè inflexa. sic & *lauare:* & tertia inflexione *lauere* dicebant. Virg. 4. Georg.

—lauit improba teter ora cruor.

Ea forma id verbi vsitatũ Varroni, Plauto, Sallustio, & maioribus eorum fuisse, videre est apud Nonium Marcellum.

fol. 138. *Cùm in Hispaniam consul proficisceretur, tres seruos solos ex vrbe duxisse, quoniam ad villam publicam venerat, parum visum quî vteretur:*

Continentiæ exemplum hoc ipse de se memoriæ prodidit M. Cato de cætero ne omittas emendare, *quoniam ad villam pub. venerat.* istic enim duos insuper pueros sibi emendos Cato curauit. & illos quinque in Hispaniam duxit.

fol. 139. *Delitias* [illegible] *ne quo possit.*

Suspicione ducor, scribendum neq. vale [illegible] hoc est, [illegible] ad eum modum si verè Terentio, Ciceroni, Plauto [illegible] pueri scire [illegible] ex Nonio. Apuleius hac eadem apologia: [illegible] Apuleius tertio Floridor. [illegible] Sallustius legere idem [illegible] animaduerti in oratione Adherbalis [illegible] *bello Carthaginis* [illegible] *fortunæ* [illegible] legunt alij nec [illegible] *fortunæ* [illegible] tamen habet quod [illegible] in membranis reperi. [illegible], vel [illegible] mutare, ac scribere *fortunæ* [illegible] Cicero Attic. [illegible] lib. 12. epist. 21. idem [illegible] lib. 1. Famil. epist. 9. Plaut. Amphit.

—[illegible]

fol. 142. *Quod [illegible] potius [illegible] [illegible]*

[illegible] animi [illegible] Sed [illegible] Expedita [illegible] [illegible] pro [illegible]

Quo [illegible] —

[illegible] Romanæ proceritas [illegible] nos in vita [illegible]

[illegible] etiam ad [illegible] amor Cæ- [illegible] *sus,*

fert. æstimet. Idem: *lacus quoq; piscatores, & portus in cælum dominus debet deferre*. l. Forma. ff. de cēsibus. Rursum deprauatè apud eundem Apul. superiori versicul > vulgaunt: *Hercules purgator ferarum*. cùm deberent *pugnator*.

fol. 147. *Quin inquā vana hæc conuicia aufertis? quin ostēditis, quid insimulauistis? scelera immania & incōcessa.*

Exigua mutatione opus, vt sententia cōstet: *quin ostenditis quod insimulauistis? sceleri immania.* quin, inquit, friuolis omissis, ad scelera grauiora deuenitis; & quæ ostendistis crimina capitalia probatis? *Ostendere, demonstrare, explere, implere*, Iurisprudentibus idem esse quod probare, alibi doceo. quinimò & ipse Apuleius infrà dixit: *quæ si omnia palam, ac dilucidè ostēdero.* Iterū hac eadem oratione: *expleas, quod es pollicitus.* Arnobius: *Aperite* (ait) *monstrate liquor iste cur detur*: id est, *superfundatur altaribus.*

fol. 148. *Quin magū qualem isti dicūt in discrimē capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cæcam & ineuitabilem prohibeat?*

Primò reponebam, *qualEM isti dicunt.* valet, *qualem* e. cuiusmodi multa passim in Pandectis Florentinis, e quibus ego in Commentario Vegetiano in emendatione l. quæret aliquis. ff. de verb. signific. Postea quod nesciam quis scrupulorum vsus sit, mālim, *quibus satellitibus, quibus custodibus.*

fol. 149. *Cæterùm quæ ab illis ad ostendendum [crimen] iecta sunt, vana, & inepta, & simplicia; vereor ne m crimina putes, quòd obiecta sunt.*

facil[illegible] intelligis, cur τὸ [*crimen*] glossema

solebat ad magorū cerimonias ad... um vector, & ilex animi Venus, ... manium potens Triuia

...cia; quero sit 'ne pariter ve... ...tor. persuadebo puto his, ...m bubulcum fistulas in-Apollini cessisse pro virga

 aurea,

aurea, teste Apollidoro lib. 3. quę superāt, ea interpretabitur nobis Virg. 4. Aeneid.

Tercentum tonat ore deos Erebumq; chaosq;,
Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis auerni:
Falcibus & messæ ad lunam quaruntur ahenis.

fol. 156. *Tu eodem referes etiam gulones omnes, qui impenso pisces precio à piscatoribus mercantur: etiam ipsos piscatores, qui omnium generum pisces acquirunt.*

Emendo, *anquirunt*. composita vox ex prępositione antiqua, *Am* (quæ significabat circū) & *quæro*: testē habeo Festum. Idem verbū & libris superioribus Apuleio aliquoties reddendū notaueram. at loca in præsentiarū non occurrūt. Inferius hac eadem apologia: *eadē Græcè & Latinè adnitar cōscribere, & in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere.* in vulgatis hæret, *acquirere*. Reuoco & apud Iuuen. id verbi, satyra 14.

—nam quæ terraq; e, mariq́ue
Anquirenda putes, breuior via conferet illi.

fol. 158 *Quin ergo dicitis me eadem opera precio impenso per plurimos piscatores quæsisse de littore conchulā striatam, testulam habentem, calculum teretem.*

Mihi certè illa scriptura non sapit. nescio an coniecturam alijs probaturus sim, *testulam hiantem*.

fol. 159. *Ne tu Claudi Maxime nimis patiens vir es, & oppido proxima humanitate, qui hasce eorum argumentationes diu herculè perpessus sis.*

Magis placeret, *prolixa humanitate*. de quo nos alibi. hoc amplius ipse Apuleius mox, *liberalitatem vxoris suæ prolixam vocat*. Item Minutius ait, *prolixè gaudere*.

fol. eod. *Si videtur suscipiat doctrinam seram planè, & post vinum.*

Memineram auctore... nc lib 4. De asino dicere, *spem posthumam*. ideoq; emendabam hic: *doctrinam serā planè, & posthumam*. idemq; vt Iacobo Cuiacio primario I.C. in suis Obseruationibus. li. 3 c. 4. placere intel-
lexi,

lexi, oppidò gauisus sum, nobis in mentem venisse, quod tantus vir suo quoq; calculo probãt. *Sic immortalitatem posthumam* vocauit Minutius Fœlix, quę Christianis post resurrectionem tribuetur.

fol. 160. *At tu interea dum legit, causam sustine.*

Iubet Apuleius amanuensem, aut alium recitare ex libro à se cõposito, quæ aduersarij vt magica accusauerant. nihilominus tẽpus quod huic lectioni impendebat, illud inquã tempus effluere sibi orãti nolebat, quare iubebat nõ causam interea, sed *aquã* aut *clepsydram* sustinerẽt. Causarum patronis tempus distribui solere ad clepsydras, apud Vegetium docui eodẽ spectant & hæc paulò infrà eadẽ hac apologia: *cedo pueros istos, quibus confiditis, produc. nomina qui sint, mea aqua licet ad hoc vtare.* natum ab his clepsydris adagium, *aqua mihi hæret.* quo Cicero vsus ad Q. Fratrem lib. 2. epist. 7. Apuleius apologia sequent. *at tu licebit aquam sinas fluere.* quod ad figuram clepsydrę antiquę etiã Apuleij hæc adijcienda censeo ex 3 De asino: *Sic rursum prędonis amplo boatu citatus accusator quidã senior exurgit: & ad dicendi spacium vasculo quodã in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua, populum sic adorat.*

fol. 163. *At enim, inquit, piscem cui rei, nisi malè prosecidisti?*

Scriben. *malæ*, reclament licet editiones ineptę. formulæ antiquarijs notæ: *bonæ rei: malæ rei: bono tuo, malo tuo, bono reip. malo reip.*

fol. 165. *Quis enim fando audiuit ad maleficio [magica] desquamari, & exorsari pisces solere.*

Magnum periculũ est illud, *magica*, olim interpretandi causa ad vocem præcedentem adhibitũ. suprà dixit, *maleficia, & artes nefandas.* Itidem tertio De asino dicebat Fotis ancilla: *& quod alioquin publicitus maleficæ disciplinæ per infames sumus.* Iterũ hac eadẽ apologia: *vt me in aliquo maleficio experirentur.* Similiter principio apologiæ sequẽtis vox illa accipienda est, his verbis: *& ipsis maleficijs infensus accusationem istam suscepit.*

Quinimò solent aruspices mathematici, arioli, augures, vates, Chaldæi, & quicunq; magicis carminibus adsueti sunt, non alio quàm malefici nomine cõsuetudine vulgi, appellari. l. nemo. & l. etsi. C. de maleficis In reliquis Apuleij, repono *exdorsuari pisces*. imitatio Plautina est ex Aulul.

Congrum, murænam exdorsua quantum potest.

fol. 166. *Debet ille nescio qui puer prouidus quantum ego audio & corpore decorus atq; integer diligi, & animo solers & ore facundo, vt in eo aut diuina potestas quasi bonis ædibus diuersetur.*

Lego, *puer probus*, prouidũ enim, & quod mox subijcitur, solertem esse, non videntur tam conuenire, vt videlicet dicatur diuina prouidentia in eo puero tanquam in bonis ædibus diuersari. Dicta hæc de puero, cuius opera vsi in vaticinatione magici. de cuius habitu scribit Apuleius secũdo De asino. & meminit illius Lactantius Firmianus lib. 7. cap. 15. In verbis reliquis, *in eo aut diuina potestas*. visum mihi τὸ *aut* minus sincerũ, fortasse an mutandum in *autem*. quo modò suprà hac oratione particula *vero* cõlocabatur his verbis: *qui prouidentiam mundi curiosius vestigant, & impensius deos celebrant, eos verò vulgò magos nominãt*. Pari phrasi apud Plinium non vno in loco, nominatim lib. 3 epist. 8. *quare ego verò honestissimæ voluntati tuæ pareo.*

fol. 174. *Agnoscis Maxime rationem Platonis, quantũ potui, pro tempore perspicuè explicatam.*

Locutionem elegantẽ, ab alijs miror hactenus non reuocatam, *quantũ potuit*. vsos ea formula Cæsarem, Terentium, Plautum, non vacat, neq; lubet ostẽdere. Apuleium potius secundò emendem hac eadem apologia: *audi igitur, cur cura cognoscere est, sed animo quantum potest erecto*. hactenus libros occupat, *quantum potes*.

fol. 175. *Quod dextræ auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti.*

Lege, *penitius adacti* & causam huius rei ab Apuleio disce. Quã dextra, inquit, corporis validiora sunt, eoq́, minus

minus ſpei ad ſanitatē. Emendo & Arnobium etſi leuiuſculè l. 2. *quod ſi homines penitus ſe noſſent, aut intelle-ctū dei ſuſpitionis exciperent aura.* libri impreſſi retinent, *penitus.* Eodē pertinet quod & ſuprà in hac apologia legendum monui, *penitus piſcium ventribus inſuatis.* pro vulgari, *penitus piſ ven. inſuatis.* de quo nos alibi plurib.

fol. eod *Exuuias more cæterorum ſerpentium ſtatutis temporibus exuant.*

Locus iſte ex ijs eſt, in quibus reſtituendum putaui, *ſtatis temporibus.*

fol. 177. *Solus repertus es Aemiliane, qui ſcias etiam illa, quæ neſcis, tantū ſuper omnis ſtultitiæ vectus es. quippe qui ſolertiſſimi & acerrimi philoſophorum, ne ijs quidem confidendum eſſe aiunt, quæ videmus.*

Clara, vt mea quidem fert opinio, emendatio: *ſuper omneis ſtultitia euectus es. quippini ſolertiſſimi, &c.*

fol. 182. *Ac bono iam periculo ad teſtimonium illud Craſſi. quod poſt iſta quaſi grauiſſimū legerūt [à ſuſpicionibus Aemiliani tranſcurſus] Teſtimoniū ex libello legi audiſti Gumiæ cuiuſdam & deſperati lucronis Iunij Craſſi.*

Quæ includenda curaui, ad oram libri ab interprete quondam adſcripta fuiſſe arbitratus ſum.

fol. 183. *Quàm verò ſublimiter compoſitum & veroſimiliter commentum.*

Referēda huc quę aliàs dixi de verbo, *cōponere.* deinde ſcripturā cōpendioſam librarijs cauſam prębuiſſe loci deprauandi nō negabis, reſtituo *ſubtiliter compoſitum.* facit pro me iſtud, quod reperi apologia proxima. *ô mirum commentum, ô ſubtilitas digna carcere.*

fol. 185. *Aut potius Aemilianus de conſilio fecit. ne cū ſub tam ſeueris oculis suis conſtitueret, ne tu belluam illam vulſis maxillis, fœdo aſpectu. de ſpecie improbares.*

Seruiret hoc loco, vt cōueniens tribunali vocabulum, *conſiſteret.* magis tamen arridet ſcribamus, *ne cum ſub tam ſeueris oculis conſtitueretur, tu belluam illam.*

IN L. APVLEII SECVNDAM APOLOGIAM GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

Godesc. Steuuich. Francisco Lestrao.

I. C. S. D.



FATEOR, V.C. scribere oportuit ad te iã ante multos dies, si non alia causa, saltim quia id tibi placere intellexeram; tum etiam liberandæ meæ fidei: cæterùm, quò minus desiderio, quo minus officio satisfactũ sit, nõ ego in culpa; sed in causa rumores bellici, quibus effectum, vt vel pauci, vel omnino nulli ex agro Treuirensi commeare ad vos inpræsentiarũ ausint. Quod ad valetudinẽ tuam, spero eandem esse, qualis, cùm inter nos discessimus: hoc est, firmam. me profectò vehementissima febris, eaq; tertiana, iam tertiùm corripuit. si pertendat, nescio quid me futurum sit, periculum maximè in eo ponendũ, quod peregrinus ego; tum quod medicos paucos, paucissima quę necessaria ægrotis in hac vrbe reperta iri existimem. Illud mihi deliberatum; atq; constitutum est, per dies aliquot hîc consistere, vt vel sola quiete reficiar. nam naui me committere, ac Mogontiacum pergere nisi valentem, ac benè firmum; neq; consultum, neq; adeò necessariũ. Obseruationes istas in Apuleiũ si modò est vt possis, mecum considera. mox respondebo quoq; ad ea quæ vel per litteras, vel in coram ex me quæsisti. Vale, & collegas tuos D. P. Gregorium Decanum, & D. Gulielmum Barelaium, iuris professores, meis verbis saluta.

NON *est aliud, inuidia: valet, quàm inuidia. Sublata menda ex Cic. epist.*

Eo ad, ea propter, ad quo.

Ex eò. Fructurus. In Panegyrico locus sanatus. Solere, verbum non castum.

Magna fraus circa dotem.

Formulæ,

Formulæ, Ex more: more maiorũ: sine more: malo more: More Romano: more perpetuo: contra bonos mores. Macci & buccones. Stare pro aliquo. Quàm ausus es. Diluco T. Lauta dos. Hominis, pro ominis. Scæuum, & læuum omen. Ingratè, Ingratijs, Ingratus, pro, inuito. Infausta omina. Mineruæ curriculum currere. Prouenire rectè, malè. de altero suauè prouenire. Carmina, cantamina. Tabulæ dotales. Explicata l. in Pãdectis iuris. Emendatus liber Feudorũ, Persius satyr. correctus.

fol. 192. *Quid igitur est? cuius clarè dilucet aliam rem inuidiam nullam esse.*

Ratam phrasim minus perceptam sententię deprauandæ fuisse intelliges rescribo, *aliam rem inuidia nullã esse.* vt Aemilianus & impulsor eius Rufinus Apuleium reum facerent, non aliud, præter inuidiam, in causa fuisse ait. ea phrasi Horatius:

Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra.

Itidem Varronem locutũ demonstraui in Particulis. Addo nunc, mendam tollendã ex epistola M. Bruti apud Ciceron. lib. 11 famil. epist. 2. *Nec quidquid aliud libertate cõmune quęsisse.* vulgatis in libris adhibetur prępositio: *aliud à libertate,* sed eam codices m. s. respuunt.

fol. 193. *Vt medius fidius verear Maxime, quiq; in cõsilio estis, ne demissum & subornatũ à me accusatorẽ putetis.*

Fortean in antiquis fuerit, *ne ei missum.*

fol. 194. *Verùm enimuerò vanis frustrationibus nuptias eludit eo ad, dum puerorum auus fato concessit.*

Ita verba interpungenda, nec ordo eorum mutandus, quòd veteribus non displicuerit istiusmodi vocum anastrophe, *eo ad, adquo, ea propter, &c.*

fol. 196. *Nam Pontianus acceptis litteris matris cõfestim Romam aduolauit.*

Hic somnus fortè obrepsit operis in opere nõ lõgo, & quod magis mirere propagatus error per omnes editiones quem tollo, *confestim Roma aduolauit.* mater

vera dicat approbare, prorsus illorum testimonio sententiam ferri. Dignum obseruatione, quod Apuleius *custodiam* appellat ipsum illū hominem, qui custodiēdus traditus. vt & Plinius lib. 10 epist. 31. qua phrasi & I. C. dixêre, *custodiam neglegêre. custodiam recipere!* & de ipsis, qui custodiūtur agentes, dicunt, *custodias militibus euadere*. l. 9. 10 12. ff. de custodia & exhibitione reorum. Itidē antiqui *optionem* appellauêre eū, qui optatus sit.

fol. eod. *In rebus incertis prospectator, dubijs præmonitor, periculosis viator, egenis opitulator.*

Emendare conor, *periculosis vitator.* sequentia ipsius auctoris verba consideranda relinquo: tum & hęc Minutij Fœlicis; qui de eodem Deo disserens, *Socrates* (inquit) *nouit, qui ad nutum & arbitrium adsidentis sibi dæmonis, vel declinabat negocia, vel petebat.* meminit eiusdem & Lactant. Firmian. lib. 2. Diuinarum institutionū, ca. 15.

fol. 112. *Quis igitur in tali tempore est ad dicendum exhortatus? nempe Pilius orator, eloquio comis.*

Si me audis, leges, *ad dicendum exoptatus.* Virgilius tertio Aeneid.

Optauitq; locum regno.

imitatus idem Petronius:

Hæc vbi calcauit Cæsar iuga milite læto,
Optauitq; locum summo de vertice montis.

fol. eod. *Corpus annis abire, animum prudentia vigere, verba dulcedine affluere.*

Metuo ne periērit hic verbum vetus, & optimis scriptoribus frequentatum *vegere.* Pomponius Maiali, *animos Venus veget voluptatibus.* Itidem Sallustio repositum principio Coniurationis, volentibus membranis. Iterum reddo Apuleio prima Apologia: *cur oratio vestra rebus flaccet, strepitu veget.* in editis libris hactenꝰ est, *viget.*

fol. eod. *Itidem cum rebus creperis, & adflictis spectatores deligendi sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent.*

Reuocandi huc è re militari *speculatores,* & scribendū *speculatores diligendi,* de vtroq; adi Commentarium nostrum ad Fl. Veget.

fol.

fol. 114. *Verùm enimuerò vt ista sunt, certè qui omnium ariolorum voces audiunt, sæpenumerò auribus suis vsurpant vocem, de qua nihil contentur, quàm sciunt ex ore humano profectam.*

Si quicumq; locum diligenter expenderit, in meam sententiam pedibus iturum, geminatione scilicet duarum vocum rectè constitutum iri, *vt vt ista sunt*, deinde, *quanquam sciunt*.

fol. 82. *Quæ si foret frustra quæpiam, cur non potius aut vxor, aut certè cuiuspiam vox diceretur? vt ait illi Terentiana meretrix: Audire vocem visa sum modò militis.*

Emendare quidã conatus, *aut vox, aut certè*, crus fregit, qui gulam sanare voluit. poscit sententia hanc, aut non absimilem correctionem, *cur non potius aut vxoris, aut serui cuiuspiã vox diceretur*? Terentij versum Andria, ex hoc Plautino Cistell. adumbratum video:

Audire vocem visa sum ante ædes modò
Mei Lampadisci serui. ———

fol. 115. *Et nihil æquè miror, quàm cùm omnes cupiãt, & sciant quantum viuax animus colendus sit; tamen animum suum non colant.*

Rescribe, *quàm cùm omnes capiant.*

fol. 118. ***Hoc enim nec à patre hæreditarium est, nec casu pendulum, nec à suffragio amminiculum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile.***

Beroaldinam editionem caue sequaris, quæ habet: *suffragio adminiculum*. nam ita mihi nouem sorores illas fauere cupio, vt vera scriptura est, *suffragio anniculũ*. magistratũ annuũ tangit, qui suffragijs adipiscebatur. ab anno ὑποκοριστικῶς formãtur, *annulus, annellus et anniculus*

fol. eod. *Inclytæ parua prædite patria nomine celebri.*

Claroq; potens pectore Achiuis classibus autor
Grauis Dardanis gentibus vltor Laërtiade.

Eos versus Apuleius laudat ex Accij Philocteta, principio videlicet tragœdiæ, repono, *prodite patria*. simul **hos** versus in fragmentis veterum poëtarũ adhuc desideratos,

ſideratos, adſcribendos indico. Pergit porrò Apuleius in comparatione Socratis & Vlyſſis vtrumq; nimirum ſedulò operam dediſſe, ne quid alienum in laudibus ſuis audirent longè præter morem eorum, quos nihil ferè, quàm imagines maiorum, & longos natales paſſim crepare audias, inauribus, quàm virtutis ſtudio ornatiores. quos parum ſit gloriæ, & claritati ſuorum nō reſpondere, modone omnino eam extinguerent, vitaque turpiter acta tam denſas offenderent tenebras, vt metuendum ſit illos ipſos, & vnà omnes auos breui in obliuionem omnino venturos: verba Apuleij hoc modo vulgati videmus:

fol. eod. *Nouiſſimè patrem memorat. cæterùm omnes laudes eius viri audiſtis. nihil mihi nec Laërtes, nec Anticlia, nec arctiſsimus vendicat.*

Corrigo, *nec Arceſius vendicat*. coniecturæ noſtræ dabit res ipſa. Vlyſſes namq; patrē habuit Laërtem, matrem Anticliam. Arceſium verò auum paternum. Ouid. lib. 13 Metamorph. vbi Vlyſſem ipſum inducit orantem:

Nam mihi Laërtes pater eſt; Arceſius illi; Iuppiter huic. ———

Ad propoſitam Apuleij ſententiā facit quoq; illud Minutij Fœlicis: *Nobilitate (inquit) generoſus es, parentes tuos laudas. omnes enim pari ſorte naſcimur, virtute diſtinguimur.*

EIVSDEM DE DEO SOCRATIS.

Emendationes:

Quarum rationem GOD. STEVVICHIVS, Deo fauente, aliquando reddituros eſt.

LIB de Deo Socratis: *Vſq; ad regni mutabilem ſuggeſtum, & pendulū tribunal euectus eſt*. Emen. *mutabilem ſuggeſtū*.
Lib. eod. *Quod cùm omnes facile reſpiciāt, nequeo ſatis mecū reputare, & perinde, vt res eſt, admirari*. Emen. *perſpiciant: exputare*. adhibe Ciceronem lib. 10. epiſt. 24.

IVSTI

IVSTI LIPSII IN APVLEIO DE DEO SOCRATIS *Emendationes.*

LIB. de Deo Socratis: *Nam & iusiurandum dicitur, vt ait Ennius.* Leg. *nam & Iouis iurandum dicitur.*

Lib. eodem: *per hos eosdem, vt Plato in sympofio autumat, cuncta denunciata & Magorum varia miracula reguntur.* Leg. *cuncta Deum nunciata.*

Lib. eodem *Annibali somnium pingat, vel Flamminio hostiam corrodat, vel Accio Nauio cotificet.* Reponit, *Nauio cotim ficet.*

Lib. eod *Neq; enim in emendis equis phaleras cõsideramus & baltei polimiam.* Leg. *& baltei politiam.*

IN L. APVLEII PRIMAM *APOLOGIAM* GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

Godesc. Steuuich. Arnoldo Baert.

I. C. S. D.



ECTE, tu V. C. qui vt belli calamitosissimi incommoda obliuiscare, alteri illi Genialis lectuli scilicet nomẽ dedisti. Memini videre me in musęo multa, elaborata planè in iure ciuili, & quæ tua diligentia est, atq; industria, plurima post accessisse non dubito. spero fore, vt tumultibus bellicis nonnihil iam sedatis, ea omnia in lucem proferas, & vt auditores tuos soles similiter & iuris antecessores, pariterq; togatos iuues tua opera. Eram nuper in lectione Apuleij, in quo carptim notabam hæc pauca (etsi fortasse nimis multa) de quibus, vt soleo de cæteris laboribus nostris, censuram tuam expectabo. Vale.

ACCV-

ACCVSATORES, *quare subscribere coacti. Tornare.*

Leuigando corpori antiquitas dedita. Lauere, & lauare.

Cato cum tribus tantū seruis in Hispaniam profectus.

Putare, pro æstimare. Sallustius Iugur. restitutus.

Finge, fac, ponè, da ita esse.

Professio bonorum apud Censores delata.

Ostendere, explere, demonstrare; valent, probare.

Vox similis in fine præcedentis absumpta.

Carminum inuentor Mercurius. Anquirere. Iuuenalis correctus.

Humanitas prolixa. Doctrina posthuma.

Clepsidræ in iudicio quales. Prouerbiū, *aqua mihi hæret.*

Formulæ, bonæ rei, malæ rei: bono reip. malo reip. Magici qui.

Exdorsuare. Autem, Verò, in oratione cum ornatu.

Quantum potest. restituta hæc phrasis Apuleio sæpius. Penitius, Arnob. emen.

Dextra corporis fortiora. Stata tempora Quippini.

fol. 121. *Ita totiens ab accusandi periculo profugus, in assistendi venia perseuerauit.*

Narrat Apuleius aduersarium suum Siciniū Aemilianum primariæ causæ diffidentem, ne periculum incideret, quod in accusando ex subscriptione subeundum erat, latibulum quæsisse. libellum enim postera die, nomine pueri porrexisse, inibi adscripsisse. se pupillo accusanti tantum adsistere. quorum verborū sententia mihi quidem (nescio an tibi quoq;) postulare videtur, legerem: *in assistendi vmbra perseuerauit*. Constitutum autem ab Impp. Arcadio & Honorio, vt in causis criminalibus inscriptiones præponerentur, l. in causis. C. de accusa. & inscriptionibus. l. momentariæ. C. vnde 6. l. vnic. C. de abigeis. l. libellorum. ff. eodem tit. epistola D. Traiani ad Plinium, de Christianis cohibendis. eò videlicet, vt alterutrā partem digna legum tenere posit auctoritas. dicta l. in causis. & l. si cui. ff. de accusationibus. neq; impunita sit mentiendi licentia, cum calumniantes ad vindictā poscat similitudo supplicij. l. accusationis. C. de accusationibus.

fol. 124. *Capillus horrore implexus, atq; impeditus stuppeo tormento assimilis.*

Putabam

Putabam emẽdari posse, *imprexus, atq; impeditus stuppeo tornamento assi.* voce deriuata à tornando. Cic. *Id ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius.* sequitur mox: *ab ineunte æuo vnis studijs litterarum ex summis viribus deditus* energiam habiturum videtur, *& summis.*

fol. 126. *Quidni? crimen haud contemnendum philosopho nihil in se sordiũ sinere, nihil vspiam corporis apertum, immundum pati, ac fœtulentum.*

Quod viderem de dẽtifricio disceptari, placuit verum esse, *nihil vspiam corporis asperum.* respexisse videtur ad eum versum de præcedentibus:

Complanatorem tumidulæ gingiuulæ.

Præterea toto corpori leuigando veteres studuisse, præter Tibullum, Catullum, alios, testis mihi Arnobius non vno loco. & Martialis lib. 2.

Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.

fol. 127. *Cæterùm qui sese sciat rationem prompturũ, neq; inutilem, neq; iniucundam, eius meritò os vt bono potui poculum prælabitur.*

Præterierint licet hos scrupos p̃clari viri, nihilo secius tamẽ mihi statutũ est eos tollere. primũ substituo, *orationẽ prompturum,* inde scribo, *os vt bono potui poculum præla Vetur.* quod valet idem quod *prælabitur.* Multa apud antiquos verba diuersimodè inflexa. sic & *lauare:* & tertia inflexione *lauere* dicebant. Virg. 4. Georg.

—lauit improba teter ora cruor.

Ea forma id verbi vsitatũ Varroni, Plauto, Sallustio, & maioribus eorum fuisse, videre est apud Nonium Marcellum.

fol. 138. *Cùm in Hispaniam consul proficisceretur, tres seruos solos ex vrbe duxisse, quoniam ad villam publicam venerat, parum visum qui vteretur:*

Continentiæ exemplum hoc ipse de se memoriæ prodidit M Cato de cætero ne omittas emendare, *quom iam ad villam pub. veneras.* istic enim duos insuper pueros sibi ẽmendos Cato curauit. & illos quinque in Hispaniam duxit.

fol. 139. *Delitias veneris, & inguinum neq; vult vllas, neque potest.*

Suspicione ducor. scribēdum *neq; vult vllas, neq; putat*: hoc est, *æstimat philosophus.* ad eum modum id verbi Terentio, Ciceroni, Plauto vsitatum pueri scire possint ex Nonio. Apuleius hac eadem apologia: *quod si hæc exempla nihili putas.* Apuleius tertio Floridor. *cuperi nemo, si verè putet, potest.* Sallustio Iugur idem excidisse animaduerti in oratione Adherbali: *Familia nostra cum populo Rom. bello Carthaginiensi amicitiam instituit. quo tempore magis fides eius, quàm fortuna petenda erat.* legunt alij nec malè, *fortuna pendenda.* mihi tamen lubet quod diuersis in membranis reperi. *petenda*, vel tantillum immutare, ac scribere *fortuna putanda erat* Cicero Attico: *Iampridem scito esse, cùm vnum te pluris, quàm omnes illos putem.* lib. 12. epist. 21. idem: *ea à me minimi putabantur.* lib. 1. Famil. epist. 9. Plaut. Amphi.

—nam mecum argumentis puta.

fol. 142. *Quod viuo gracili lare, quod pauciores habeo, parcius pasco, leuius vestio.*

Aut valdè huius animi frustra sum: aut scripsit auctor: *quod paucos seruos habeo.* paulò antè: *Sed finge hæc aliter se, ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna diuitias inuidit.* Expedita mihi, atq; adeò certissima ad emēdationem semita. ex geminatione syllabæ, scribo *aliter s E,* pro *aliter esse.* Virg quarto Aeneid.

Quis me autem, fac velle, sinet.—

Locutiones solemnes linguæ Romanæ proceribus: *fac ita esse. fac aliter esse. finge illum posse. puta me dedisse. pone victum esse. do retineri posse, &c.* de quibus nos in vsum puerorum egimus in libro de Particul.

fol. 194. *Si me non ad causam agendā, verùm ad censum differundum vocasti. ne quid tu rerum mearū nescias.*

In vetustis codicibus, ex antiquo scribēdi more fuisse autumo, *ad censum differundū*, pro *deferendū*. conueniens vocabulum ei, qui in iudicio tanquā apud Censorem patrimonij sui vires professurus erat. Itidē Vlpianus in Formula censuali: *omnia*, inquit, *ipse qui defert,*

fert. æstimet. Idem: *lacus quoq; piscatores, & portus in censum dominus debet deferre.* l. Forma. ff. de censibus. Rursum deprauatè apud eundem Apul. superiori versicul o vulgarunt: *Hercules purgator ferarum.* cùm deberent *pugnator.*

fol. 147. *Quin inquã vana hæc conuicia aufertis? quin ostẽditis, quid insimulauistis? scelera immunia & incõcessa.*

Exigua mutatione opus, vt sententia cõstet: *quin ostenditis quod insimulauistis? sceleri immania.* quin, inquit, friuolis omissis, ad scelera grauiora deuenitis; & quæ intendistis crimina capitalia probatis? *Ostendere, demonstrare, explere, implere,* Iurisprudentibus idem esse quod probare, alibi doceo. quinimò & ipse Apuleius infrà dixit: *quæ si omnia palam, ac dilucidè ostẽdero.* Iterũ hac eadem oratione: *expleas, quod es pollicitus.* Arnobius: *Aperite* (ait) *monstrate liquor iste cur detur:* id est, *superfundatur altaribus.*

fol. 148. *Quin magũ qualem isti dicũt in discrimẽ capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cæcam & ineuitabilem prohibeat?*

Primò reponebam, *qualEM isti dicunt.* valet, *qualem me.* cuiusmodi multa passim in Pandectis Florentinis, de quibus ego in Commentario Vegetiano in emendatione l. quæret aliquis. ff. de verb. signific. Postea quod nesciam quis scrupulorum vsus sit, malim, *quibus satellitibus, quibus custodibus.*

fol. 149. *Cæterùm quæ ab illis ad ostendendum [crimen] obiecta sunt, vana, & inepta, & simplicia; vereor ne ideo tantum crimina putes, quod obiecta sunt.*

Causam facilè intelligis, cur τὸ [*crimen*] glossema censeam.

fol. 155. *Igitur vt solebat ad magorũ cerimonias aduocari Mercurius carminum vector, & illex animi Venus, & Luna noxium conscia, & manium potens Triuia*

Vt scribendũ, *noctium cõscia*; quero sit ne pariter verum. *Mercurius carminis inuentor.* persuadebo puto his, qui memores erũt Mercurium bubulcum fistulas inflasse, cõpegisse; ac demum Apollini cessisse pro virga

aurea, teste Apollidoro lib. 3. quę superāt, ea interpretabitur nobis Virg. 4. Aeneid.

Tercentum tonat ore deos Erebumq́, Chaosq́,
Tergeminamq́; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis auerni,
Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis.

fol. 156. *Tu eodem referes etiam gulones omnes, qui impenso pisces precio à piscatoribus mercantur: etiam ipsos piscatores, qui omnium generum pisces acquirunt.*

Emendo, *anquirunt*. composita vox ex prępositione antiqua, *Am* (quæ significabat circū) & *quæro*: testē habeo Festum. Idem verbū & libris superioribus Apuleio aliquoties reddendū notaueram. at loca in præsentiarū non occurrūt. Inferius hac eadem apologia: *eadē Græcè & Latinè adnitar cōscribere, & in omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere.* in vulgatis hæret, *acquirere.* Reuoco & apud Iuuen. id verbi, satyra 14.

—nam quæ terraq́ue, marique
Anquirenda putes, breuior via conferet illi.

fol. 158 *Quin ergo dicitis me eadem opera precio impenso per plurimos piscatores quæsisse de littore conchulā striatam, testulam habentem, calculum teretem.*

Mihi certè illa scriptura non sapit. nescio an coniecturam alijs probaturus sim, *testulam hiantem.*

fol. 159. *Ne tu Claudi Maxime nimis patiens vir es, & oppido proxima humanitate, qui hasce eorum argumentationes diu herculè perpessus sis.*

Magis placeret, *prolixa humanitate.* de quo nos alibi. hoc amplius ipse Apuleius mox, *liberalitatem vxoris suæ prolixam vocat.* Item Minutius ait, *prolixè gaudere.*

fol. eod. *Si videtur suscipiat doctrinam seram planè, & post vinum.*

Memineram auctore... ne lib 4. De asino dicere, *spem posthumam.* ideoq́; emendabam hîc: *doctrinam serā planè, & posthumam.* idemq́; vt Iacobo Cuiacio primario I.C. in suis Obseruationibus. li. 3 c. 4. placere intellexi,

lexi, oppidò gauisus sum, nobis in mentem venisse, quod tantus vir suo quoq; calculo probāt. *Sic immortalitatem posthumam* vocauit Minutius Fœlix, quę Christianis post resurrectionem tribuetur.

fol. 160. *At tu interea dum legit, causam sustine.*

Iubet Apuleius amanuensem, aut alium recitare ex libro à se cōposito, quæ aduersarij vt magica accusauerant. nihilominus tēpus quod huic lectioni impendebat, illud inquā tempus effluere sibi orāti nolebat, quare iubebat nō causam interea, sed *aquā* aut *clepsydram* sustinerēt. Causarum patronis tempus distribui solere ad clepsydras, apud Vegetium docui eodē spectant & hæc paulò infrà eadē hac apologia: *cedo pueros istos, quibus confiditis, produc. nomina qui sint, mea aqua licet ad hoc vtare.* natum ab his clepsydris adagium, *aqua mihi hæret.* quo Cicero vsus ad Q. Fratrem lib. 2. epist. 7. Apuleius apologia sequent. *at tu licebit aquam sinas fluere.* quod ad figuram clepsydrę antiquę etiā Apuleij hæc adijcienda censeo ex 3 De asino: *Sic rursum pręconis amplo boatu c tatus a.cusator quidā senior exurgit: & ad dicendi spacium vasculo quodā in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua, populum sic adorat.*

fol. 163. *At enim, inquit, piscem cui rei, nisi male prosecidisti?*

Scriben. *malæ*, reclament licet editiones ineptę. formulæ antiquarijs notæ: *bonæ rei: malæ rei: bono tuo, malo tuo, bono reip. malo reip.*

fol. 165. *Quis enim fando audiuit ad maleficia [magica] desquamari, & exorsari pisces solere.*

Magnum periculū est illud, *magica*, olim interpretandi causa ad vocem præcedentem adhibitū. suprà dixit, *maleficia, & artes nefandas.* Itidem tertio De asino dicebat Fotis ancilla: *& quod alioquin publicitus maleficæ disciplinæ per infames sumus.* Iterū hac eadē apologia: *vt me in aliquo maleficio experirentur.* Similiter principio apologiæ sequētis vox illa accipienda est, his verbis: *& ipsis maleficijs infensus accusationem istam suscepit.*

Quinimò solent aruspices mathematici, arioli, augures, vates, Chaldæi, & quicunq; magicis carminibus adsueti sunt, non alio quàm malefici nomine cõsuetudine vulgi, appellari. l. nemo. & l. etsi. C. de maleficis In reliquis Apuleij, repono *exdorsuari pisces*. imitatio Plautina est ex Aulul.

Congrum, murænam exdorsua quantum potest.

fol. 166. *Debet ille nescio qui puer prouidus quantum ego audio & corpore decorus atq; integer diligi, & animo solers & ore facundo, vt in eo aut diuina potestas quasi bonis ædibus diuersetur.*

Lego, *puer probus*, prouidũ enim, & quod mox subijcitur, solertem esse, non videntur tam conuenire, vt videlicet dicatur diuina prouidentia in eo puero tanquam in bonis ædibus diuersari. Dicta hæc de puero, cuius opera vsi in vaticinatione magici de cuius habitu scribit Apuleius secũdo De asino. & meminit illius Lactantius Firmianus lib. 7. cap. 15. In verbis reliquis, *in eo aut diuina potestas*. visum mihi τὸ *aut* minus sincerũ. fortasse an mutandum in *autem*. quo modò suprà hac oratione particula *vero* cõlocabatur his verbis: *qui prouidentiam mundi curiosius vestigant, & impensius deos celebrant, eos verò vulgò magos nominãt.* Pari phrasi apud Plinium non vno in loco, nominatim lib. 3 epist. 8. *quare ego verò honestissimæ voluntati tuæ pareo.*

fol. 174. *Agnoscis Maxime rationem Platonis, quantũ potui, pro tempore perspicuè explicatam.*

Locutionem elegantẽ, ab alijs miror hactenus non reuocatam, *quantũ potuit*. vsos ea formula Cæsarem, Terentium, Plautum, non vacat, neq; lubet ostẽdere. Apuleium potius secundò emendem hac eadem apologia: *audi igitur, cur cura cognoscere est, sed animo quantum potest erecto.* hactenus libros occupat, *quantum potes.*

fol. 175. *Quod dextræ auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti.*

Lege, *penitius adacti* & causam huius rei ab Apuleio disce. Inã dextra, inquit, corporis validiora sunt, eoq; minus

minus spei ad sanitaté. Emendo & Arnobium etsi leuiusculè li.2. *quod si homines penitius se nossent, aut intellectũ dei suspicionis exciperent aura.* libri impressi retinent, *penitus.* Eodẽ pertinet quod & suprà in hac apologia legendum monui, *penitus piscium ventribus insuatis.* pro vulgari, *penitus pis ven.insuatis.* de quo nos alibi plurib.

fol.eod *Exuuias more cæterorum serpentium statutis temporibus exuant.*

Locus iste ex ijs est, in quibus restituendum putaui, *statis temporibus.*

fol. 177. *Solus repertus es Aemiliane, qui scias etiam illa, quæ nescis. tantũ super omnis stultitiæ vectus es. quippe qui solertissimi & acerrimi philosophorum, ne ijs quidem confidendum esse aiunt, quæ videmus.*

Clara, vt mea quidem fert opinio, emendatio: *super omneis stultitia euectus es. quippini solertissimi, &c.*

fol. 182. *Ac bono iam periculo ad testimonium illud Crassi. quod post ista quasi grauissimũ legerũt [à suspicionibus Aemiliani transcursus] Testimoniũ ex libello legi audisti Gumiæ cuiusdam & desperati lucronis Iunij Crassi.*

Quæ includenda curaui, ad oram libri ab interprete quondam adscripta fuisse arbitratus sum.

fol. 183. *Quàm verò sublimiter compositum & verosimiliter commentum.*

Referẽda huc quę aliàs dixi de verbo, *cõponere.* deinde scripturã cõpendiosam librarijs causam prębuisse loci deprauandi nõ negabis, restituo *subtiliter compositum.* facit pro me istud, quod reperi apologia proxima. *ô mirum commentum, ô subtilitas digna carcere.*

fol. 185. *Aut potius Aemilianus de consilio fecit. ne eũ sub tam seueris oculis tuis constitueret, ne tu belluam illam vulsis maxillis, fœdo aspectu. de specie improbares.*

Seruiret hoc loco, vt cõueniens tribunali vocabulum, *consisteret,* magis tamen arridet scribamus, *ne cum sub tam seueris oculis constitueretur, tu belluam illam.*

IN L. APVLEII SECVNDAM APOLOGIAM GODESCALCI STEVVICHII QVAESTIONES.

Godesc. Steuuich. Francisco Lesltæo.

I. C. S. D.



ATEOR, V.C. scribere oportuit ad te iā ante multos dies, si non alia causa, saltim quia id tibi placere intellexeram; tum etiam liberandæ meæ fidei: cæterùm, quò minus desiderio, quo minus officio satisfactū sit, nō ego in culpa; sed in causa rumores bellici, quibus effectum, vt vel pauci, vel omnino nulli ex agro Treuirensi commeare ad vōs inpræsentiarū ausint. Quod ad valetudinē tuam, spero eandem esse, qualis, cùm inter nos discessimus: hoc est, firmam. me profectò vehementissima febris, eaq; tertiana, iam tertiùm corripuit. si pertendat, nescio quid me futurum sit, periculum maximè in eo ponendū, quod peregrinus ego; tum quod medicos paucos, paucissima quę necessaria ægrotis in hac vrbe reperta iri existimem. Illud mihi deliberatum; atq; constitutum est, per dies aliquot hìc consistere, vt vel sola quiete reficiar. nam naui me committere, ac Mogontiacum pergere nisi valentem, ac benè firmum; neq; consultum, neq; adeò necessariū. Obseruationes istas in Apuleiū si modò est vt possis, mecum considera. mox respondebó quoq; ad ea quæ vel per litteras, vel in coram ex me quæsisti. Vale, & collegas tuos D. P. Gregorium Decanum, & D. Gulielmum Barelaium, iuris professores, meis verbis saluta.

NON *est aliud, inuidia: valet, quàm inuidia. Sublata menda ex Cic. epist.*

Eo ad, ea propter, ad quo.

Ex eò. Fructurus. In Panegyrico locus sanatus. Solere, verbum non castum.

Magna fraus circa dotem.

Formulæ,

Formulæ, Ex more: more maiorũ: sine more: malo more: More Romano: more perpetuo: contra bonos mores.

Macci & bucconcs. Stare pro aliquo. Quàm ausus es.

Diluco T. Lauta dos. Hominis, pro ominis. Scæuum, & læuum omen.

Ingratè, Ingratijs, Ingratus, pro, inuito.

Infausta omina. Mineruæ curriculum currere.

Prouenire rectè, malè, de altero suauè prouenire.

Carmina, cantamina. Tabulæ dotales.

Explicata l. in Pãdectis iuris. Emendatus liber Feudorũ, Persius satyr. correctus.

fol. 192. *Quid igitur est? cuius clarè dilucet aliam rem inuidiam nullam esse.*

Ratam phrasim minus perceptam sententię deprauandæ fuisse intelliges rescribo, *aliam rem inuidia nullã esse.* vt Aemilianus & impulsor eius Rufinus Apuleium reum facerent, non aliud, præter inuidiam, in causa fuisse ait. ea phrasi Horatius:

> *Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem*
> *Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra.*

Itidem Varronem locutũ demonstraui in Particulis. Addo nunc, mendam tollendã ex epistola M. Bruti apud Ciceron. lib. 11 famil. epist. 2. *Nec quidquid aliud libertate cõmune quęsisse.* vulgatis in libris adhibetur prępositio: *aliud à libertate,* sed eam codices m. s. respuunt.

fol. 193. *Vt medius fidius verear Maxime, quiq; in cõsilio estis, ne demissum & subornatũ à me accusatorẽ putetis.*

Fortean in antiquis fuerit, *ne ei missum.*

fol. 194 *Verùm enimuerò vanis frustrationibus nuptias eludit eo ad, dum puerorum auus fato concessit.*

Ita verba interpungenda, nec ordo eorum mutandus, quòd veteribus non displicuerit istiusmodi vocum anastrophe, *eo ad, adquo, ea propter, &c.*

fol. 196. *Nam Pontianus acceptis litteris matris cõfestim Romam aduolauit.*

Hic somnus fortè obrepsit operis in opere nõ lõgo, & quod magis mirere propagatus error per omnes editiones quem tollo, *confestim Roma aduolauit,* mater

enim filiũ ad Tripolitanæ prouinciȩ ciuitatẽ Oẽam, Roma suis litteris euocauerat; ex Italia in Aphricam.

fol. 198. *Multis etiam precibus me ab amicis meis Appiis aufert, vt sese domum matris suæ transferat. salubriorẽ mihi habitationẽ futuram. præterea prospectu matris, qui mihi gratissimus est, liberius me ex ea fruiturum.*

Quin scribamus, *vt secũ domũ matris suȩ trãsferat*, tum & posteriora in hunc modũ mutemus. *liberius me ex eo fructurũ*. vsurpauit. *ex eo*, pro, *exinde*, *ex eo tẽpore*. quod nõ possunt ignorare iuris studiosi. nam ita solent Prudẽtes loqui, quibus vsui quoq; *fructus*. *fructurus*, pro *fruitus*, *fruiturus*. testes mihi leges, & fragmẽta Senatuscõsultorũ veterum Festus. Lucretius, alij. Manifesta mẽda in scriptore Panegyrico. vbi legitur, *futurus exinde luce perpetua*. debet enim restitui, *fructurus exinde l. p.*

fol. 199. *Perpaucis hominem quã modestissimè potero necessario demonstrabo. Nisi omnino de eo reticuero operam perdiderit, quod negocium istud mihi ex summis viribus conflauit.*

Mutuò leuiter interpunctionem & scripturam, *demonstrabo: ne si omnino de eo reticuero.*

fol 200. *Olim solers suo nunc coniugis corpore vulgo meret.*

Vsus, vt opinor, Plautino verbo, *solere*. quod obscœnum, & in re venerea vsitatum diuersi iam monuerũt. scribo igitur, *olim solens suo.*

fol. 201. *Pleraq; tamen rei familiaris in nomen vxoris callidissima fraude confert: ipse egens, nudus.*

Fraudem istã Rufini norunt quoq; nostri temporis mercatores, quos videmus vxores domũ ducere dote lautiore interdum, quàm vel maritus accipere dignus sit, vel socer potens persoluere. Cæterùm dos illa, ne quid erres, non in alio, quàm in vna tabula ferè consistit. venit vxor cum mille: at tabulis decẽ millia continentur, vt nimirum, si foro cedendum sit, creditores frustrentur, vxor pecuniam dotis nomine conseruet,

ſeruet, ipſa cum marito pudorem amittat. facit huc l. quamuis 75 ff. de iure dotium.

fol. eod *Vt crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur, homo iuſtus & morum dedit operã, quod malè partum erat, vt malè periret.*

Quod locũ iſtum Beroaldus ſtigmatiam fecerit, factumq; nõ iniuria. vide ſi bene repoſuerim, *homo iuſtus ex more dedit operã.* Infrà hac eadẽ apologia ſimili formula dicitur: *litteras matris Pontianus ex more adſeruauit.* Frequẽtatæ bonis auctoribus formulæ multæ nõ abſimiles, qualis: *More maioũ. ſine more, malo more, nullo more,* de quibus ego alibi, *more Romano.* Cicer. lib. 7. famil. epiſt. 5. & epiſt. 18 Itidem ſuprà apud ſcriptorem hũc, *more perpetuo. contra bonos mores.* apud alios alia.

fol. 206. *Ordinem repetiuit eundem, quem ego paulò prius longa viduitate. de remedio valetudinis. de voluntate nubendi.*

Neceſſariò ſcribendum, *de longa viduitate.*

fol. eod. *Omnes iſti quos nominaui, ſi cũ hac vna Rufini fallacia contendantur, machi prorſus & bochones videbuntur.*

Scribo, *macci & buccones.* cõuincia ſat nota, vel ex ſolis fabulis, quas plures vtroq; illo nomine inſcripſit vetus poëta Põponius Afranius, Nonius, etiam Plautum memini vti. ſed quia is ad manum non eſt, verſus nequeo adſcribere. Iteratum ab Apuleio conuicium repono infrà hac eadẽ oratione: *quid illi exiſtiment nacti non putabo,* poſſit legi, *nauci non putabo.* mihi tamen plus arriſit, *quid illi exiſtiment macci, non putabo.*

fol. 207. *Nemo erat qui pro me ferret ac ſic reſponderet. totam ſodes epiſtolam cedo, ſine omnia inſpiciam, principio ad finem perlegam.*

Scripſerat vxor Apuleij ad Pontianũ filiũ, imò acriter obiurgarat, quòd eundẽ, quẽ paulò antè omnimodo cõmendaſſet, nunc Rufini impulſu, vt magum diffamaret, has litteras nactus Rufinus, eam partem, quæ

quæ de maleficio agebat, cuilibet ostendit: quę suprà & infrà adscripta erant, occultauit. qua re magnã sibi apud imperitos inuidiam concitatã Apuleius queritur. neq; vicissim fuisse, qui eius partes tuerentur. hinc ego ex mente illius putabam scribi posse, *nemo erat qui pro me staret.* verbo altercationibus percommodo.

fol. 211. *Nunquam matris tuæ litteras attigisses, si vllas attigisses, ad quam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare quàm nimis inreuerenter.*

Non me fugit sentẽtia, quæ ex verbis istis elici possit. perplacet nihilominus coniectura, etsi diobolaris, *attigisses. at quàm ausus es.* quasi audaciã & impudentiã istius facti reprehendat. D. pro T. immigrasse suspicor & loco sequenti, verbo extremo: *hic qui epistolã Pudẽtillæ Græcatiorem legere non poterat, hanc vt suam facilius legit, & aptius cõmendauit.* nam vt ego scriptoris mentem perspicio, harum litterarum (quòd ipsemet illas concinnasset) non lectorem modò, verùm & interpretẽ, & quasi commentatorem probum fuisse.

fol. 218. *Lõga dote & molli cõditione inuitasset iuuenẽ.*

Dubito verius ne sit, *larga*, vel *lauta dote.* illud mihi pcerto est, rectè me emaculasse quod subsequitur, *sine illa morte amisit maritum, vt sæui hominis mulier & infausti coniugij minimè appetenda.* rectè inquã emaculasse, *scæui ominis mulier.* de quo ego suprà. & Festus in *Scæua.* vel hoc modò, *læui ominis mulier.* omem læuum, numina lęua dixisse veteres, inter alios, testis locuples Arnob.

fol. 219. *Hæc ego ab inuita Pudentilla ægrè exauditus, ingentibus precibus, inuitè & iratè extorsi.*

Fallor ne an dixit Apuleius *inuitè & ingratè extorsi* id ea significatione, qua Plaut. Terent. & ipsemet Apuleius secundo De asino posuit *ingratis.* Simili locutione & *ingratus*, pro *inuito*, Apuleius vsurpauit 6. De asino: *Tunc ingratus ad promptum recurri exitium.* Donatus, *vltronea*, inquit, *grata sunt, ingrata: quæ ab ingratis fiunt, ac recusantibus.* Apuleius li. 3. De asino: *Euictus tandem necessitate succumbo, & ingratus licet, arrepto pallio retexi corpora.*

fol.

fol 222. *Quid posses, vel quas quis in isto negocio accusare? Pontianus ipse quod à matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat.*

Non me hic extrico. expedire has tricas videbar posse hac ratione: *quid posses, vel quos quires in isto negocio accusare?*

fol. eod. *Litteras plenas honoris, plenas amoris quæso Maxime paulisper recitari sinas, vt sciat frater eius accusator meus, quàm in omnibus Mineruæ curriculum cum fratre optimæ memoriæ viro currat.*

Discrepant hæc, vt ego sentio, ab ijs quæ de vtroq; priuigno Apuleius & narrauit. & narraturus est. Pontianus vitricum dominum, magistrum appellabat: Pudens vt magum & maleficum accusabat. ille & Græcè & Latinè bene doctus; hic tertiatis verbis animi sensa exprimere vix poterat. ille ad magistros frequenter ibat; hic sæpius in ganeum, & ludum gladiatorium. quæ de Pudente Apuleius paulò antè recitauit, ea Philippus Beroaldus sic emendare conatus est, *cum fratre optimæ memoriæ vir occurrat*. cæterùm, meo animo, non potius destinato. si veteres libri iuuarent, legerem, *quàm infaustis ominibus Mineruæ curriculum cum fratre optimæ memoriæ viro currat.*

fol. 223. *Testamentum Rufinus neq; comparari, neque perfici passus, etiam pudore perditæ hæreditatis, quàm paucorum mensium, quibus socer Pontiani fuit:*

Qui me audiet, voce distracta interpunget, *neq; perfici passus est, tam pudore perditæ hæreditat. quàm, &c.*

fol. 224. *Fauet enim Rufino Aemilianus, & prouentum cupit.*

Elegans is sermo, nec mirum, quia Plautinus: aqud quē eundem reperias bis térve in vna Truculento. atqui bene prouenisse, rectè prouenisse dicuntur, qui re, vel liberis aucti. in malā quoq; partem sumi, Nonius ostendit. Apuleius lib. 10. De asino: *at ille nequā vt posset de me sitanè prouenire, lucro suo tantū contentus annuit.*

fol.

fol 227. *Qui ibi plurimas contumelias dixit coram.*

Germana ſcriptura, *qui tibi* ac non multo inferius: *haſce tabulas Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis abÿcio.* in alijs eſt, *adÿcio.* proinde antehac non animaduerſum, quæſtorem publicũ diuerſimodè eadem hac pagina nuncupari Coruinum Celerem, & Coruinũ Clementem. quod monere debuerãt qui paulò pòſt in maleficio, pro *carminibus*, ſubſtitui volebant *cantaminibus*: immemores fortè iſtius Virgiliani quarto Aeneid.

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes.

Item aliorum eiuſdem poëtæ, ecloga octaua, & alibi:

fol. 23 0. *Lucrum ſectatus es dotis: dotalem accipe, donationem recordare, teſtamentum lege.*

Emendandum cenſui, *lucrum ſectatus es? Dotis tabulã accipe.* in quo rectè & ordine feciſſe me conuincit ipſa hæc Apuleij, non ita multis abhinc verſibus præmiſſa; *Diuitias ſaltem concupieras? negant tabulæ dotis, negant tabulæ donationis, negant tabulæ teſtamenti.*

Quod ſupereſt id mihi nunc faciendũ video, vt promiſſa ſcilicet appareant de ijs, quæ mecum communicanda putaſti. Quærebas originem vocis in reſponſo Vlpiani l. cùm hic ſtatus. § ſi diuortium. D. de donat. inter virum & vxorẽ, his verbis, *quod ſi diuortium nõ interceſſerit, ſed fribuſculũ, profectò valebit donatio ſi fribuſculũ quieBit.* in libris m.ſ. modò eſt, *friguſculũ*; modò *friuiculum*: modò *friuuſculum*; vide ſit ne germana ſcriptura *friBiuſculũ*, quod valet friuiuſculũ; voce deriuata à friuo, & friuolo. quo modo pro vnguento, dixiſſe antiquos vnguen, vnctum, vnctulũ, & inde porrò diminuiſſe vnctiuſculum, teſtes mihi Apuleius lib. 3. & Plautus Pſeudulo. Nunc quod locum ſuſpectabas in cõſuetudinibus feudorum, titul. quibus modis feudũ amittatur, id pariter mecũ feciſti. clara enim & liquida ſententiæ interpretatio; fons verbi obſcurus. in his ſcilicet quæ dicam: *Item ſi ſeruus cucurbitauerit dominum*: id eſt, *cum vxore eius concubuerit.* Certè ad meum ſenſum, iſta cucurbita hic intruſa videt̃, alia voce eiecta. quã vide quæſo inuenerim, qui lego, *curruc auerit dominum*

demimum meminisſti ſcio, quæ de curruca aue veteres, & noſtri hodie in emblematis tradant. cuculum videlicet in nido illius oua parere; hanc illa fouere, incubare, & excluſos inde pullos educare. quinimò coniugem mœchæ poëta Iuuen. currucam vocat Satyr. 6.

Tu tibi tunc curruca places.—

Deniq; currucandi vocabulum abſurdum nõ videbitur his, qui in memoriam redibunt Varronem & alios dixiſſe: *eunuchare ſeipſum: galeare puellam; brachium clypeare.* alia mille pari phraſi. Satyras Perſij, in quibus tu reip. cauſa deſudaſti, legi, relegi. notabam inibi hos verſus ſatyr. ſecunda:

De Ioue quid ſentis? eſt ne vt præponere cures
Hunc cuiquam? cui nam? vis Staiô? an ſcilicet hæres
Quis potior iudex puriſue quis aptior orbis? (nos quos de coniectura interpungere, atq; reſcribere co-
—an ſcilicet hæres
Quis potior? vindex puriſue quis aptior orbis.

Tutorum munus mihi conſidera, & quæ illis occaſio ex rebus alienis augendi; adipandi res ſuas tum illud nobis ſtet, *inter bonos bene agier.* Vale. & ſi quid hæc tibi placeant, reſcribere.

IN L. APVLEII APOLOG. EMENDATIONES.

Quarum rationem GOD STEVVICHIVS, aliquando redditurus eſt.

I. APOLOG. *Non tam purgandi mei gratia.* deleo, *gratia*, vt gloſſema.

II. Apolog. *Quippe vt ſolitudinis tædium [perpeti] poſſet, tamen ægritudinem corporis ferre nõ poterat.* Superfluum arbitror, τὸ *perpeti.*

Apolog. ead. *Epiſtola ad Pudentillam ſcilicet, per aliquem fidentem miſſa, vt in re tali [actitari] ſolet.* Adulterinum cenſeo illud *actitari.*

DIVERSORVM IN APVLEIO CORRECTIONES.

I. APOLOG. *Tamen & ſi videtur, ſuſcipias doctrinam ſeram.*

feram planè, & post vinum. Ia. Cuiacius emendauit, *feram planè, & posthumam.* lib. 3. Obser. cap. 4.

EX CATALECTIS.

FRANC. MODII BRVG.
in Apolog. emendationes.

I. APOLOG. *Thallus pauimẽtis illuditur, tu tribunalibus.* Lego, *Thallus pauimentis illiditur, tut.*

Ibid. *puerum nullũ habuisse, qui pinnas conuerteret.* Lego, *qui pinnas conuerreret.*

II. Apolog. *Mihi credite, quodre ab se intelligetur.* Lego, *quod reapse intelligetur.*

Ibid. *Ita potius faciam, quid illi existiment nacti non putabo.* Lego, *nauci non putabo.*


Ibid. *cunctasq; diuitias in concordia coniugis & multo amore ponentem.* Lego, *& mutuo amore ponentem.*

Ibidem: *misero puero obijcit & obsternit.* Lego, *obijcit & substernit.*

EIVSDEM
IN LIB. L. APVLEII
DE MVNDO
EMENDATIONES.

QVOT *modis aër nubium conditionibus cogitur.* Lego, *nubium coitionibus cogitur.*

Ibid. *de rectore quippe omnium non, vt ait ille, silere melius est, sed vel parum dicere vetus opinio est. Atq; in cogitationes.* Lego, *dicere. Vetus opinio est, atq;* in cogitationes.



FINIS.

IN

L. APVLEIVM, ET EIVSDEM Commentaria

INDEX.

a acopia

in

Althea

anhela-

aquæ

arcescere

Baby-

B

C

Cicero,

Druydæ

epibas

præstan-

gazo-

Helius

hippo.

horreo

in

inter-

Italiæ

35

Marcellæ

mili-

obsca

opplodere

oscula

phthi-

Pleiades

P

Parthos

phthi-

Pleiades

proter-

55

Pytha-

Rhamo

ronchus

salicum

ſtrigo.

Tarqui-

tinni-

tutorum

vulpes

Zeloty-

FINIS.

BASILEÆ,
PER
SEBASTIANVM
HENRICPETRI.
Anno Salutis humanæ
cIↄ ɔc xx.

